BERNARDI TANUSII NOB. PISANI EPISTOLA DE PANDECTIS PISANIS. IN AMALPHITANA...

Bernardo Tanucci



Digitized by Google

R. BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B
393
NAPOLI

1840
da me Prospero de Rosa
D. 260

0209

V - A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

VII. B. 393

BERNARDI TANUSII
NOB. PISANI

EPISTOLA
DE PANDECTIS PISANIS
In Amalphitana Direptione Inventis,

AD

ACCADEMICOS ETRUSCOS;

IN QUA CONFUTANTUR

Quæ Guido Grandius Cremonensis Abbas, & Antecessor in Pisano Gymnasio oppofuit FRANCISCO TAURELLIO, & HENRICO BRENCMANNO.

[redacted] [redacted]



FLORENTIÆ
ANNO M.DCC.XXXI.
Typis Bernardi Paperini ad D. Apollinar.

SUPERIORUM PERMISSU.



Digitized by Google

527390



Digitized by Google

Illustrissimis, atque Amplissimis
Pisanorum Reipublicæ
Curionibus

BERNARDUS TANUSIUS
S. P. D.



Ui Pisis debeam quidquid profecerim in studio litterarum; qui amplissimo Ordini Vestro debeam Pisanam Nobilitatem, qua meam gentem donastis; qui hujus Patriæ decora, gloriam, virtutem jam a teneris annis sim admiratus, mihi proposui res veterum Pisanum investigare diligentius, eoq; conferre quidquid otii mihi contingeret. Nondum multum progressus eram, cum Guido Grandius ille, ille Grandius, cujus arrogantiam, cujus temeritatem, cujus iniquitatem, cujus morsus nemo Etruscus, nemo bonus effugit, Pisanam historiam Pandectarum Pisanarum in Amalphitanâ direptione inventarum anno P. MCXXXVI rabide impetivit, & hujus inventionis laudem Pisanis ademptam duobus Longobardis Lan-

/nor


Biblioteca Nazionale V.E. III NAPOLI

Digitized by Google

franco Monacho & Guarnerio illius sodali transcribere conatus est. Usitatâ ille sibi libidine novitatis accensus, usitato sibi in Pisanos immeritos odio stimulatus, usitatâ Monachis cupiditate suos ornandi, suasque familias, sibique omnia quærendi quæ Mundi sunt, quem deseruisse, profitentur, polluit aram Pisanæ antiquitatis, cujus Religio ad Etruriam universam manaverat. Scilicet inventionis illius Amalphitanæ historia a sapientissimo Viro, ac fortissimo Senatore Lælio Taurellio Francisci Filii nomine dedicata est duobus abhinc sæculis in celebri, planeque Regiâ Pandectarum editione. Continuò huc transtuli curas meas, & ab illo offensus, duobus proximis mensibus eâ de re adornavi epistolam ad Academicos Etruscos, quamcunque per tempus potui. Eam ad vos mitto primum in Pisanis rebus inquirendis industriæ meæ fructum, & amoris, obsequiique in Vos mei argumentum. Hoc si vobis, Illustrissimi, atque Amplissimi Patres, non displicuisse, intellexero, alacrius posthac prosequar opus libentissime susceptum.

Digitized by Google

NOBILIBUS VIRIS SOCIIS
CORTONENSIBUS

BERNARDUS TANUSIUS

S. P. D.

AUdiſtis, Academici, tert. nugantem Contradictorem meum, & fortaſſe vidiſtis. Prodiit, ut liberius ineptiret, & Principis imperio fraudem faceret perſonatus. Heus tu, mihi multi, quieſcis adeo laceſſitus? Tu contra audentior ito. Ego vero, quieſcam, refero. Quid enim furioſus ille niſi ſua & vetera tulit? Illa vero quid, niſi nugæ pueriles, convicia, ſal niger, ſermones Bionei, rabieſque teterrima? Vix ergo loquar; quod ad me attinet; quod ad rem hiſtoricam, epiſtola illa, quam tribus ab hinc annis ad vos ſcripſi, una loquetur. Una ſufficit ſibi tuendæ; una prodeat aliquibus adjectis, translatiſque, non ex neceſſitate, ſed ut legentibus minus moleſta ſit comparatio, ſitque judicandi ratio expeditior. Redeat vero; nam & incommodum librum illum meum edendi celeritas, & rarum fecit iniquitas ejus, qui Magiſtratu, & Principis humanitate tunc temporis abutebatur. Providendum eſt autem, ne imperitis imponat Monahus, dum ſolicitat ridicule veterum monumenta, dum portentoſam hiſtoriam effert, dum ſcribit ea quæ diſcit male cum ſcribit. Ob hanc unam cauſſam nota iterum ſunto peccata nocentis.

Gran-

Digitized by Google

Grandius vitilitigator, injuriosus juris imperitus.

C A P. I.

I. IDibus Juliis ab Archiepiscopo Pisano commodatum accepi librum, quem nuper Florentiæ edidit Guido Grandius Monachus Camaldulensis. Comperi, nihil esse aliud librum, quàm epistolam illam veterem, quam Monachus ad Vir. Clar. Josephum Averanium scripserat, Pisisque vulgaverat, nunc vero paucis quibusdam auctam, magna ex parte ex Donato Astensi promptis, cujus utrumque de Pandectarum antiquo usu librum huc Monachus descriptum fideliter, Astensi vix commemorato, traduxerat, monumentis aliquot veteribus epistolæ assutis, quæ amici ejus ex Archivis Pisanis eruerant. Scitis itaque, esse illam in evertenda veteri sententia de Pandectis Pisanis in Amalphitanâ direptione a Pisano milite inventis occupatam; in confirmando testimonio Roberti Montensis Pandectas primum Bononiæ repertas esse anno MXXXII. multó ante quàm ea gererentur, quæ de Amalphiâ commemorantur; in Brencmanno denique refutando, qui jus Digestorum Pisanis usitatum negaverat ante annum MCCXXXV.

II. Invidebat Monachus clarissimo Brencmanno gloriam absolutæ historiæ, quam de Pandectis Florentinis seu Pisanis ediderat. Invidebat Astensi convicia jacta in Pisanos. Invidebat Geometris sapientissimis, qui hoc sæculo in Angliâ, Germaniâque & jurisprudentiam, & historiam coluerunt, quoq, repente Geryonem aliquem literatum, formamque tricorporis umbræ in eo mortales, mortuique habere possent, in jurisprudentiam

pru-

prudentiam, historiamque desiluit. Ut videretur Jurisconsultus judicium primó proposuit, quod inter Syndicum Sancti Michaelis, & Syndicum Sancti Pauli ad hortos Pisis peractum est anno Ch. MCXCIII. coram Pisanis Judicibus *in domo Sacerdotum de Palude* ex legibus Digestorum, quas litigantes attulerant, eoque se Brencmanni de jure Pisano sententiam uno spiritu difflasse, gloriabatur. At Ecclesiasticum fuit illud judicium; jamque Brencmannus suum communi sententiæ adjecerat calculum, Ecclesiam jure Romano uti perpetuó consuevisse etiam ubi cæteri cives aliis legibus uterentur (1). Protulit deinde Monachus Codicem Juris Pisani, cujus ad calcem nonnullæ digestorum particulæ allatæ sunt. At etsi Pisanum jus illud latum fuerit anno Ch. MCLX., particulas digestorum ad calcem eodem tempore adjectas esse, nihil est, ut credamus, adjicere testimonia codicibus suis studiosi omni tempore consueverunt, quin collationes istæ possint efficere, ut Codicum materies ex adjunctis monumentis deducta esse videatur, ne dicamus de Mosaicis sumptas leges Romanas quod fuerit aliquando, qui cum illis istas contulerit. Quis ignorat vetustissimam in re librariâ querelam, juncturas hujusmodi, aut libros corrupisse, aut decepisse imperitos ob rerum, ob hominum, ob temporum diversitates (2)? Protulit tert. Grandius

Grandius iniquus Brencmanno.

dius

(1) *Brencm. hist. Pand. lib. 1. cap. 9. §. constat. Hincmar. opusc. 44. & 55. tom. 2. Selden. diss. ad Fletam cap. 6. de Marca concord. Sac. & Imper. lib. 3. cap. 6. §. 2. Struvius hist. jur. cap. 5. §. 7. Brunquell. Hist. Jur. part. 3. memt. 2. cap. 1.*

(2) Jo: *Cleric. art. Critic. vol. 2. sect. 1. c. 7. per tot.*

Grandius temere Brencmannum reprehendendum suscepit.

dius Codicis Justinianei loca aliquot, quorum verba, aut sententiæ in jus Pisanum devenisse, videntur. Verum & Brencmannus falsus erat, *Codicem Justinianeum Pisanorum Statutorum compilatores minime latuisse* (1). Nihil ergo hactenus aliud egerat Monachus, quam quod imperitiam suam & reprehendendi temeritatem ostenderat.

III. Interim subsidium Virginius Valsechius Monachus albo niger attulerat, & probabiliorem Juris Pisani cum Pandectis comparationem ediderat. Subsidium accepit Grandius vel invitus, publicum enim istud Valsechius fecerat epistolâ ad ipsum Grandium scriptâ, & vulgatâ; sed ne ejus opis indigus videretur, pleniorem ipse aliam Valsechianâ collationem tentavit. Verum cum suas ipse vires cognosceret, aliunde clam mutuabatur obvia quæque, ex me quoque adversissimâ per eos dies valetudine utente, qui Donati Astensis libros ei commodavi, rogatus ab ipso, ne eosdem Valsechio videndos permitterem, quem inhumanum appellabat, quod alienam provinciam invasisset. Fateor, inter loquendum suspicantis hæsitantisque verbis me Pisani juris frustula digestis imputasse, eamque *vacuam possessionem*, quæ, fato meo nescio quo, mihi aliud omne, excidit cogitanti, jurgiumque illud Monasticum negligenti. Scribebat continuo Grandius, quidquid ejusmodi audiebat, aut scribi sibi, petebat, ut quantocius novâ sui operis editione raptam sibi a Valsechio palmam repeteret, & Typographo quantumvis crudum mittebat. Tres integri menses fluxerunt, priusquam Grandii liber vulgaretur, postquam mihi rem consideranti diligentius in mentem

Grandii invidia.

tem

(1) *Hist. Pandect. lib. 1. cap. 9. § constat.*

Digitized by Google

tem venerat, vacuam possessionem in Codice Justiniani sæpe dici, idque Monachum bis terque monueram invitum, & repugnantem, cui contrarium erat commodius, utque firmius suaderem, nescio quæ Codicis Justiniani capita scripta ei, qua die ferocius mihi monenti obstiterat, miseram (1) coram luculentissimo teste, quem integritas vitæ, quem bonæ artes, quem præclarissimum genus commendant. Quid tum Grandius? Expectatis, credo, Nobiles Academici, tribus illis mensibus, qui inter Grandium monitum, & ejusdem librum vulgatum delapsi sunt, cum integra res esset adhuc, sublatam ab eo esse omnem vacuæ possessionis mentionem; hoc ratio, hoc humanitas, hoc prudentia suadebat. Atqui humanum omne exuerat jamdiu Monachus, aliam omnino emendandi viam arripuit. Servavit impressam cum illa mentione paginam, cui tribus denariis purgatam aliam substituere potuisset, ut sibi, ut amico, ut veritati consuleret; Grandii feritas.

B

(1) *Hanc epistolam meam ad Grandium, Grandius ipse a me accusatus protulit in Vindiciis pag.* 46. Bernardo Tanucci riverisce il Reverendissimo P. Abbate Grandi, e ardisce dirgli, che alla prima apertura del Codice nella *l. 2. tit de acquir. & retin. poss.* ha trovato il modo di dire *vacuam possessionem*, e promettendosi di trovar altri passi, prende intanto quest' occasione di portar a S. S. Rev. i suoi ossequj.

Di Casa 20. Febbrajo 1729. abinc.

Google

leret; deinde vero inter *addenda* & emendanda hæc subiecit: *Fatèmur vacuam possessionem, seu vacantem utique in Codice Justinianeo usurpari, ut patet ex l. 2. 3. & 7. C. de adq; & retin. possess., & infra pag. 172. lit. 5. expressè id ipsum a nobis notatur; sed cum hæc scriberemus, cuidam Jurisconsulto, qui eam phrasim in Digestis duntaxat a se deprehènsam fidenter jactabat, absque ulteriore examine fidem imprudenter habuimus, sed ne peritorum quidem judicio standum esse, didicimus.* Hanc Monachus gratiam rependit amico, qui quod poterat ei tribuerat, qui ei commodaverat libros, quos unus Pisis habebat, quorumque maxime descriptione novus ille Monachi liber succreverat, qui, ut ipse fatetur in suis vindiciis Monachus, ei favebat. Utinam Popilio isti nunquam vacassem! Utinam plenum semper convicii, plenum tumultus, plenum irarum & arrogantiæ hominem non admisissem unquam! Sed promiscua illa non tam homini, quàm humanitati data sunto. Itaque me cum in eâ notâ nominatim non designasset, sæpe tamen Florentiæ in conventibus hominum eruditorum nomen meum non reticuit, quo officii genere amicos colere consuevit, quoque gravissimum, & elegantissimum Senem Alexandrum Marchettum prosecutus est; suâ enim impudenti illâ dicacitate, & efferatâ disputatione afflixit adeo, ut sapientissimo viro vitam minuisse feratur. Qui duo a me dicta acceperit, alterum, quod mihi imprudenti exciderat, alterum, quo illud emendabatur, primum illud vulgavit, celavit alterum; nec puduit atrocem animum, & grave virus quaquaversum jacientem, ut me jugularet, rudem sese rerum, quas scribebat, ostendere, & quidquid audiret, temere se libro mandasse, fateri.

Grandius ingratus contumelias pro benefic is rependit.

Digitized by Google

teri. Ego vero ne levius, quam deceat, irasci videar, multa comprimo, quæ jam prope superant. Vos interim & calumniæ, & falsi reum Monachum ex legibus habetote (1), dum ego, quid transversum illum ageret, tamque efferaret, ut se imperitiæ, & negligentiæ suspectissimum faceret, quo me pungeret, indico quærentibus fortasse vobis. Habebam per eos dies inimicos Pisis duos Antecessores, quibus ille litare voluit, eoque pretio illorum amicitiam, quam feroci ingenio suo, semperque æstuanti sæpe scindit, religat sæpe, redimere. Et ille mihi subiratus erat. Scripserat primâ epistolâ suâ, antiquiorem mentionem Pandectarum in epistolâ CXL Petri Blæsensis esse. Eam mihi legendam vir Cl. Josephus Averanius, cum adversâ ipse valetudine angeretur, judicandamque tradiderat. Retuleram, antiquiorem illam mentionem epistolæ illi Blæsensis tribui non debuisse, quæ & Ivonis, & Gratiani *Decretis* esset posterior, qui Pandectas sæpe & commemoraverint, & descripserint; idem ego ipsi Grandio, qui amice monitum sese excipere, simulavit. Simulavit vero: epistolæ enim suæ partem illam vulgò redonans hoc anno, contumeliosum mihi hunc protectum adjecit: *Locum hunc nonnulli calumniati sunt, quasi primam Pandectarum notitiam P. Blæsensi imperite tribuèrim, cum antea nedum Gratianus aliquas ex his lèges citaverit c. biduum c. non solent, & can. post appellationem 2. qu 6. c. certis 15. qu. 3., sed & Ivo Carnotensis, me ipso fatènte tum ep. 99. a me allegata*, tum

Monachus falsi reus.

(1) *L. instrumèntorum 23. ff. ad leg. Cornel. de falsis.*

Digitized by Google

tum epist. 134. *ad earumdem Pandectarum auctoritatem exprcsse provocet*. Quid agam calumniæ, quid imperitiæ accusatus, quid adeo læsus immerito. Sileamne irrevocabil[illegible] infamatus? obscurumne hactenus nomen meum primo vulgabitur cum imperiti, & calumniatoris nota? Quid Amici, quid æquales, quid omnis posteritas cogitent, si quietem inhonestam atroci oppositam injuriæ videant, & me perpeti turpiter, quám facere periculose, quod honestissimum semper fuit, maluisse? Valeat ergo naturæ vis, ubi modus, ubi officium, ubi cessavit humanitas. Cum véro pulsam e medio voluerit sapientiam Monachus, & vi rem esse gerendam, conferendæ manus sunt, classicumque canendum; jam liceat hosticum quodlibet populari; liceat per universum Grandii librum excurrere. Itaque quâ sit ille juris ignorantiâ, monstrare pergo.

|verbo

IV. Ne comparationes illas juris Pisani cum Pandectis, quas Monachus venabatur, ut Brencmannum occideret, omnes ex Valsechio mutuatus videretur, suo marte in eo monumento, quod sub numero XIII. attulit, docuit, de jurejurando in litem agi, quo controvérsia dirimatur, & ex Pandectis esse jus illud acceptum, *disciplina hæc litem finiendi per juramentum manasse videtur ex lib. XII. tit.* 2. *Pandectarum*. Plaudite qui Codicem, qui Institutiones juris Romani ignoratis. At nos, Academici, Monacho indicemus *l.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 12. aliasque multas ex titulo Codicis Justiniani de rebus créditis, §. *item si* Instit. tit. de actionibus, §. *æque si debitor* Instit. tit. de exceptionibus, ubi jusjurandum in litém invéniat. Væ vobis Compilatoribus Codicis, væ Institutionum Concin.

Grandius ignorat in Cod. & Instit. agi de in litem jurejurando.

cinnatoribus; timeo Vobis a petulantiſſimo homine. Vobis obſtrepentem illum audire mihi videor, quod titulum nullibi illorum librorum invenerit *de jurejurando in litem*, adeoque indicibus unis vacantem malo fato acti deceperitis; ſi titulum iſtum codici, ſi inſtitutionibus adiicere nolueratis, & ab ipſa re abſtinendum vobis erat, ne occupatus Matheſi homo, ne auctor librorum quatuordecim, qualem ſe ſolet adoleſcentulis venditare, interiora juris inire cogeretur, ſi quando ad Juriſprudentiam noſtram oculos convertere dignaretur, ſi quando ad illam contrectandam animum triumphalem demitteret. Jure ergo vapulent quantum attinet ad jusjurandum in litem. Sed quid miſeri peccaverunt, quod idem Grandius, cum notas adderet illas acutiſſimas monumento XXIII evincendi verbum offendens, repente illud ex Pandectis illuc deveniſſe, conſtituit, *hæc phraſis quoque eſt Pandectarum, ut patet ex lib. 21. Digeſtorum tit. 2. de evictionibus*? Ergone, Guido, ne Codicis quidem indicem videndum tibi, arbitratus es, cum Codex tibi fuerit omni ope excludendus adverſus eum diſputanti, qui Codicem Piſanis notum ante ſæculum XIII fuiſſe, concéſſerat, Pandectas verò negabat unas? Nonne Codicis titulus XLV libri VIII eſt de evictionibus? Sed crabrones ne irritèmus: Cum enim omnem ſibi exitum clauſum eſſe, compererit, ad ſuum illud ibit effugium, non eſſe ingenua quæ de evictionibus ſunt in Codice, & inſtitutionibus Juſtiniani, manuque eſſe illa alienâ & poſteriore injecta, eritque juriſprudentiæ pars illa delénda, eque Juriſconſultorun manibus excutienda.

Grandius ignorat, in Cod. & Inſtit. agi de evictionibus.

V. Paginâ quadrageſimâ nonâ Pandectas notas

Ago-

Digitized by Google

Agobardo Monachus facit, ut muniat ſuam illam de Lanfranci Pandectis ſententiam, earumque doctrinâ geſtis Piſanorum ad Amalphiam antiquiore. Agobardum vero Pandectas doctum obiicit, quod pecuniæ publicæ furtum appellaverit ſacrilegium: *Furtum de publico ærario inter majores reatus enumerans ait, quod & leges ſæculi ſacrilegium vocaverunt, procul dubio textum deſignans qui in Pandectas occurrit l. 9. ff. ad Legem Jul. peculatus.* At ſacrilegus non eſt, qui pecuniam publicam abſtulerit, intercœperit, ſed ille demum, qui ſacra publicâ compilaverit; idque Juriſconſulti cum affiirmaverint, afferre ſolent *l. 5. & legem illam 9 ff ad l. Jul. pecul.* ubi ſcripſit Paulus: *Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilavèrunt*; & illud Servii in Eclogam IX Virgilii, *Sublegere furari eſt, unde is ſacrilegus dicitur, qui ſacra lègit*: Locus Agobardi hic eſt (1), *in qua diſputatione prædictus Pater Auguſtinus, tres, ni fallor differentias furtorum, & furum facit, de privatis videlicet, publicis, ac Divinis rebus: Nam cum alicui homini de proprio theſauro aliquid furari procul dubio reatus ſit, multo major de publico, quod & leges ſæculi ſacrilegium vocaverunt; jam vero de dominicis, ideſt Eccleſiaſticis theſauris fraudare aliquid.* Agite bona ex fide quicumque ſcribitis. Si Aſtenſ:s, ſi Grandius riſum moverunt, quod nullo certo argumento Agobardum Pandectarum peritum fecerint, mala ex fide eſt; Baluzius Agobardum or-

Grandius ignorat quid ſit ſacrilegium.

Grandius ſine judicio ullo plagiarius.

(1) *C. 19. extat etiam in Biblioth. Patrum tom. 9. pag. 1291.*

Digitized by Google

ornans interpretum vitio laboravit, qui apta inepta glomerare monumenta solent; ornatus plenioris caussâ caput illud nonum ex titulo digestorum *ad legem Juliam peculatus* Baluzius attulit ad illa verba Agobardi. Si Astensis, si Grandius gloriolam contempsissent collati a se cum Pandectis Agobardi, Baluziumque Interpretem Agobardi laudassent, in Baluzium ludibria rejecissent, a quo, ejus nomine occultato, totam hanc de Agobardo conjecturam abstulerant! Hoc uni Astensi dictum esto, qui probandus cæteroquin est Scriptor, & diligens, nam Grandius ex nostris est finibus totus eiiciendus, qui ne elementares quidem libros legit, qui duos vel tres libros cum ad instar librarii descripserit, voluit malum esse in alienâ Republicâ peregrinum, nimisque curiosum. Cæterum abusus Baluzio aliquantulum videtur Astensis, cujus verba suæ Grandius epistolæ plumbavit. Neque enim Agobardo visam legem illam nonam scripsit Baluzius, sed illius de furtis doctrinæ sedem in lege illâ nonâ esse, duntaxat indicavit.

VI Paginâ LXXXVI affirmat cum Astensi Grandius, Hispanis cognitum fuisse jus Justinianeum eo tempore, quo Codex Wisigoticus condebatur. Illius rei argumentum Grandio est cognationis ratio ad juris Romani modum exacta, & quod *iisdem rationibus, quibus Justinianus usus est, admittatur in eo Codice fœminæ ad successionem genitorum communium ab intestato*. Itane paratus animum ad scribendum appulisti, Guido? Quis in totâ natione Jurisconsultorum ignoravit hactenus, junctas ab antiquissimis usque temporibus Codici Theodosiano fuisse Paulli sententias, inque Alarici Regis Breviario, quod Anianus vulgavit, quodque Evarici leges

Grandius ignorat quod nullus in jurisprudentia Tyro ignorat

ges

ges barbaras occupavit (1)? Quis aut Jurisconsultus, aut Theologus ignoravit, cognationis gradus a Paullo esse in sententiarum libris illis explicatos (2)? Quæ vero sunt illæ rationes, quibus fœminas Justinianus admisit ad successionem genitorum communium ab intestato? Patribus sui heredes ac necessarii cum mares, tum fœminæ ex XII tabularum legibus jamdiu fuerant, emancipati ex jure Prætorio succedebant. Matribus legitimos heredes fecerat Senatusconsultum Orphitianum. Descendentes per fœminas ad hereditatem parentum multo ante Justinianum admiserant Valentinianus II, Theodosius, Arcadius, eorumque constitutio est in Codice Theodosiano (3). Denique, cum Justinianus in eam juris partem incumberet, & produceret successionem hanc descendentium sexus utriusque, nullam suæ constitutionis attulit causam (4). Ne illa quidem ratio, qua Justinianus Legem Voconiam abstulit a successionibus agnatorum (5), in Codice Wisigotico legitur (6), qui perperam ab Asensi citatus est (7). Et verò Hispanos caruisse Justinianeo Jure integro post Justinianum sæculo, Isidorus Hispalensis ostendit, cum Juris conditoribus Justinianum non adjiciat (8), *leges autem redigere in libris primus omnium Gn Pompejus instituere voluit, sed non perseveravit obtrectatorum metu: Deinde Cæsar cœpit id facere, sed ante interfectus est. Paullatim autem antiquæ leges vetustate, atque injuria exo-*

(1) *Sculting. in præfat. Jur. Antejust. Gotbofr. in prolegom. ad Cod. Theod. c. 5.* (2) *Lib. 4. tit. 10.*
(3) *Tit. de legit. hæred.* (4) *L. ult. Cod. de suis & legit. hæred. Nov. 118 c. 1.* (5) *L. penul. C. de legit. hered.* (6) *L. 7. 8. 9 tit 2. lib. 4* (7) *Lib. 1. cap. 8. p. 117.* (8) *Lib. 5. etymol. c. 1*

Digitized by Google

exoleverunt, *quarum etsi nullus uſus èſt*, *notitia tamen neceſſaria vidètur*; *leges autèm novæ a Conſtantino Cæſare cœperunt*, *& reliquis ſuccedentibus*; *eranique permixtæ*, *& inordinatæ*. *Poſtea Theodoſius minor Auguſtus ad ſimilitudinem Gregoriani*, *& Hermogeniani Codicem factum conſtitutionum ab Conſtantini temporibus*, *ſub proprio cujuſque Imperatoris titulo diſpoſuit*, *quem a ſuo nomine Theodoſianum vocavit*: Hoc teſtimonio uſus eſt ad eandem rem cum acutiſſimi Vir ingenii Antonius Auguſtinus, tum doctiſſimus Vir Joannès Seldenus (1). Ut Aſtenſis Grandium, qui Aſtenſiana quæque temere deſcribebat (2), ita aut Jannonium idem decepit (3), aut hunc ille: Jannonium vero fortaſſe negligenter lectus Cujacius, qui Codicém Gothorum Occidentalium æmulatione Codicis Juſtiniani, & pétitis magna ex parte ex Jure Civili conditum eſſe duntaxat affirmaverat (4). Alarici Codex ſexto ſæculo, adeoque eodem fere, quo Juſtinianeus tempore componebatur (5). Occidentalis vero ille alter, qui Wiſigothicus dicitur, etsi Juſtinianeo poſterior, æqualis fere eſt Iſidoro, qui ſeptimi ſæculi annum attigit ſextum, & triceſimum (6), & ut Labbéus animadvertit, origines poſt Chronicon ſcripſit, quod annum capit illius ſæculi ſextum, & viceſimum.

Incertum eſt Codicis Wiſigotici compilatores vidiſſe libros Juſtiniani.

C mum.

---

(1) *Auguſt. de emend Gratiani lib. 1. dialog. 19. Seldèn. diſſert. ad Flètam cap. 6.*
(2) *Dell' uſo della ragion civ. lib. 1. cap. 8.*
(3) *Storia Civile lib. 3. c. 1. §. 3.*
(4) *Lib. 2. Feud. tit. 11.*
(5) *Gothofr. prolègom. ad Cod. Theodoſ. cap. 5.*
(6) *Gothofr. lib. c. 7. Labbè de ſcript. Eccl.*

Digitized by Google

mum. Neque vero probari potest, triginta illis annis, quibus Isidori origines a perfecto Codice Wisigothico dividuntur, Justinianeum Codicem in Hispaniâ viguisse, qua quidquid Græcum superérat Lewighildi primis annis, ab eodem, cui Conquæstoris nomen tributum est (1), ejectum videtur anno Christi DLXXX. Si enim, cum minorem Hispaniæ partem Gothi tenerént, quod de initiis Lewighildi scribit Isidorus in Chronico, Justiniani libri in Hispaniam penetrare non potuerunt, quantó minus penetrasse videbuntur, cum ibi Gothi regnarént latissime, ibique frequentiores fuissent é Galliis Francorum armis ejecti? At erat, inquit ex historia Gregorii Turonensis (2) Donatus Astensis, circa Hispaniam Dux aliquis Romanorum, ad quem Lewighildi filius, irato ei patre, confugerat: Erat ergo, Lewighildo regnante, in Hispaniâ jurisprudentia Justiniani. Sed erit hæc in obscurissima re suspicandi causa, non adfirmandi. Solent novæ leges mitti Præsidibus Provinciarum: At & graves Viri, qualis Isidorus fuit, qui de legum conditoribus scribunt, novissimos, & clarissimos præterire non solent. Donec certius aliquid afferatur, lis erit tota sub Judice relinquenda. Eadem debuit eorum esse continentia, cum Germanis notos Justiniani libros fuisse prioribus duodecimo sæculis disputaverunt (2). Antiquissimi Germanorum Scriptorum Sigebertus, Marianus Scotus, Hermannus Contractus, cum Justiniani libros historiis, quas edebant, man-

(1) *Isidor. in Chron.*
(2) *Grand. epist. cum not. pag. 84. 85. Astens. lib. 1. cap. 10. & lib. 3. cap. 2.*

Digitized by Google

mandaverunt, ita scripsérunt, ut vix intellexisse videantur anteriora monumenta, in quibus libros illos mémoratos invenerant. *Iste* de Justiniano scribens Marianus Scotus (1) *leges Romanorum multis libris nimis prolixis, & inutili dissonantiâ intra duodecim libros coarctavit in unum Librum, quèm Codicem Justinianèum nominari præcepit*: Paullo aliter in Chronico Sigébertus *Justinianus Impèrator Libros legum Romanarum abbreviavit in uno volumine, quod Justinianeum vocatur* (2). Minus istis est Hérmanni Contracti absurda narratio (3) *ipse leges Romanas infinitas abbreviatas collegit, & leges, quæ Justinianeæ dicuntur, compofuit*: Verum & ipse Contractus Digestorum materiam, quæ non ex legibus antiquis innumeris est, sed ex Jurisconsultorum libris decerpta, videtur ignorasse, cum Sigebértus, & Scotus qui de uno Codice duodecim librorum, aut de uno volumine loquuntur, non Pandectas modo, sed & Novellas, & Institutiones partim ignoraverint. Neque véro, quod Sigebertus post Chronica de Scriptoribus suum illum indicem suens, Justiniani libros pleniore, & meliore narratione recensu rit, visos libros illos Sigéberto, aut Germanis fuisse, satis certo demonstrat; legentibus enim Paulli Diaconi Historiam, & illum Sigeberti Commentarium patet Sigebertum hoc loco Paullum Diaconum descripsisse, cujus opéra ad Germanos pérvenerint, ut mos fuit illius, aliarumque circa, ætatis Scriptoribus. Neque speculum Saxonicum, ne-

Chronica Germanica sæc. XI. XII. male enarrant libros Justiniani.

C 2

(1) *Chronic. lib 2 ætat. 6.*
(2) *Chron. ad ann. Chr. 533.*
(3) *Chron. ad ann. Chr. 540.*

Digitized by Google

neque Jus Magdeburgenſe juvat magis illam Aſtenſis, & Grandii de Germaniâ ſententiam. Utrobique non Digeſtorum, ſed Codicis duntaxat ſigna aliqua apparent (1). Utrumque opus ineptum illis eſſe debuerat quærentibus uſum Pandectarum ante direptionem Amalphitanam, cum duodecimo videatur ſæculo utrumque eſſe poſterius: fidem enim, quam cum Colero Aſtenſis adhibuit epilogo Codicis Magdeburgenſis, quo Ottonis Magni Imperium, & annus Ch. nongenteſimus quadrageſimus primus adſcribitur, detraxit apte Conringius, qui & Fridericum primum, & ſextum Henricum, & Ottonem quartum laudatos illius libri articulis III, XXIIX, LV, & alia perpendit, quæ, ut Colerus, ita & Aſtenſis, cumque Aſtenſi Grandius irretortis oculis prætérierunt (2). Speculum Innocentio III Romanam Eccleſiam adminiſtrante conditum eſſe, Conringius arguméntis firmiſſimis demonſtravit, maximé vero quod & Bohemorum Regem appellaverit, non Ducem, quales, qui Bohemis antê annum Ch. MCLXIIX imperavérunt, habiti ſunt, & Innocentii III conſtitutiones, ut viventium afferri ſolent, attulerit. Germanis ſapientibus, quos Kulpiſius, & Schiltèrus dividunt, inquirenda nos iſta relinquimus, monuiſſe in præſentiâ nobis Aſtenſem, Grandiumque ſufficiat, illis temporum gradus, & Digeſtorum, Codiciſque farraginés fuiſſe cum Germano illo jure accuratius conferéndas, & argumenta Conringii non vagis verborum excurſibus,

Conringius jam confutaverat antiquitatem tributam ſpeculo Saxonico, & Gloſſæ Magdeb.

---

(1) *Brunquell. hiſtor. Jur. part. 4. c.6.*

(2) *De orig. Jur. Germ. cap. 18. & cap. 29. cap. 30.*

fibus, & conjecturis levissimis confutanda.

Grandius rursus juris imperitus, quod nec Ivonis, nec Gratiani opera viderit.

C A P. II.

Erat Grandio datum illud principale negotium, ut Pandectas longe ante bellum Neapolitanum a Pisanis gestum usitatas fuisse, confirmaret. Erat & alterum, ut Ivoni, ut Gratiano Pandectas adimeret, quarum ego usum illis tribueram, cum Grandium reprehenderem, quod ineptissime antiquiorem mentionem Pandectarum in Petri Blæsensis epistolis esse, adfirmaverit. Primum illud aggressus testimonio Roberti Montensis, quod ei fors objecit legenti Lanfranci Archiepiscopi Cantuariensis vitam in libris Bollandianis, implevisse sibi visus est cum Assensis libros descripserit, & monstra quædam historiæ Academicæ somniaverit, quæ paullo post expendemus. Alterum, quod erat primo illi contrarium, qua ratione sit executus, protinus inspiciamus.

Grandius duo simul contraria præstanda suscepit.

II. Struvius ille doctus, qui Juris historiam non latinis floribus, quod Vincentius Gravina fecerat, sed copiâ, & varietate doctrinæ conscripsit, usum Pandectarum odoratus est antiquiorem aetate Lotarii, sive II, sive III Germanorum Imperatoris, facem ei præferente Cironio, qui in suis *observationibus* idem indicaverat *vix mihi persuadeam jus civile tamdiu latuisse, nam & ipse Ivo libros Pandectarum citat epist.* 99., *& ipsas leges Romanas Justiniani epist.* 134, *sed & alii plerique qui floruerunt ante Lotarium, & Irnerium*; *ita ut facile*

Multi Pandectas Ivoni notas dixerunt.

cile existimaverim , tamdiu delituisse jus Romanum , idest ab usu recessisse in Italia , quamdiu Gothi , & Longobardi , & Franci eam lacerarunt, non vero ut dicamus , jus illud in solâ Apuliâ reconditum , in aliis terris , & Provinciis deperditum fuisse (1) . Id vero non modo ex Ivone Cironius, sed ex Gratiano quoque conjecerat , qui per id tempus,quo Amalphia diripiebatur, suum *Decretum* componebat , aut certe paullò post illud bellum, (2) cum anno demum Chr. MCL vulgatum fuerit : Quis enim credat , Pisana illa duo , seu Amalphitana volumina statim describi cæpisse, statim diffundi , ut ad Gratianum exemplaria pervenirent , quibus opus ornaret suum per illud tempus , quo illorum librorum haud ita explorata , haud ita firma erat auctoritas ? Nisi forte admittimus , quod unanimi Calixti , Conringii , Lindembrogii , Brencmanni , *Struvii* , *Thomasii* , *Hertii* , *Brunquellii* , omniumque hujus aetatis eruditorum consensu explosum est , Lotarium Saxonem lege latâ abrogasse jus Longobardicum , illique Romanum , quod Digestis maxime continebatur , subrogasse (3) . Struvius itaque ille , cum eos refutaret , qui putabant , ante Lotarium nihili fuisse Pandectas , illis ex Selden o & Ivonem , & Gratianum opponit *Sic*

can.

---

(1) *Lib. 5. c. 25.*

(2) *Struv. histor. jur. c. 7. §. 17. Mastricb. histor. jur: Eccl. num.* 304. *Tritbem. de vir. illust. Bened. ad ann.* 1127.

(3) *Struv. hist. jur. c. 5. §. 10. Brunquel. hist. jur. part. 2. memb. 2. cap. 2. §. 8. & seqq.*

can. 29. cauſ. 2. qu. 6. ex lib. 49. Pandect. tit. quando appellandum ſit, eſt deſumptum, can. 30. ex tit. de appellationibus recipiendis. Vide: Jo: Saldenus diſſ. ad Fletam cap. 6. §. 1. & 2. Ex quo facile patet, quid de Conringio ſentiendum, qui cap. 22. ait: de Pandectis autem nihil reperio, quem ſequitur Ludovici hiſtoria Pandectarum §. 36. 37. (1). Valſechius, qui reprehenſum a me Grandium audiverat, quod Gratianum, & Ivonem Petro Blæſenſi poſthabuerit, ad Struvium confugit, ut aliquid de his rebus, librum & ipſe quacunque poſſet ope facturus, eveheret; & vero id ipſum evexit, quod retulimus, cum enim de uſu Pandectarum diſputaret, ait (2) *certe Gratianus, qui ſub ipſius Amalphitanæ direptionis tempora ſuum opus cudebat*, duas Pandectarum leges *recitat, nec ita recitat, velut tunc primum in lucem Pandectæ fuiſſent revocatæ*. Grandius deprehenſas a Valſechio leges accepit, duaſque alias adjecit, quas circa indicatum a Struvio, & Valſechio Gratiani locum offendit. At Seldenus, qui Struvio, quæ Gratiano fuerit, Pandectarum ſcientiam detexerat, alias præter duas illas, quas Struvius, quas Valſechius attulit, leges Pandectarum in *Decreto* Gratiani eſſe compererat; cum enim duas illas recitaſſet, addidit &c. ut alias afferre ſe poſſe, monſtraret. Videndus itaque Valſechio, videndus Grandio Seldenus fuerat, quem deſcriptus ab illis Struvius, Struvio non commemorato, indicaverat, cum Pandectas, cum Juriſprudentiam, a qua alieniſſimi ſunt,

Valſechius Struvium deſcribendo decipitur.

Grandius a Valſechio deceptus.

Nec Valſechius nec Grandius auctores illos Struvio laudatos vidit.

---

(1) *Hiſt. Jur. c. 5. §. 7. in not. ult.*
(2) *Epiſtol. de Piſan. Civit. vet. Conſtit. pag. 27.*

ſunt, attrectare aggrederentur, ne non imperiti modo, ſed & negligentes gloriolam ſequi fruſtra viderentur. Hæc ſunt Grandii verba *non alias a Gratiano leges nominari ex Digeſtis, quàm quæ ad materiam appellationum, & accuſationum pertinent*: indeque ille ſuſpicatur *aliquam duntaxat laciniam, non vèro univerſum Digeſtorum opus ei innotuiſſe* (1).

III Jure itaque defenſionem illam, quam Grandius adverſus me tantopere paravit, & ira plenus objecit, futilem, putidamque riſu excipiamus Academici, qui ſciamus, non duo, non tria, non quatuor ex digeſtis loca eſſe, quæ Gratianus in ſuum librum retulerit non aliquam illum digeſtorum particulam, ſed tota noviſſe, habuiſſe, verſaſſe. Ergo habeat Grandius quinquaginta ſex digeſtorum leges quæ in Gratiani decreto leguntur: In *can.* 11. *diſt.* 1. ſunt verba *l.* 1. §. *hujus ſtudii ff. de Juſtit. &* Jur. II *in can. qui ſaccum diſt.* 50. ſunt verba *l. qui ſaccum ff. de furt.* III *can. in eum* 127. *cauſ.* 1. *qu.* 2. eſt *ex l.* 1. *in princ. ff.* de calumn. IV *can. concuſſionès* 124. *eàd. cauſ. & quæſt.* eſt *ex l.* 2. *ff. de concuſs.* V *can:* 129. *ibidem* palea eſt antiqua non afficta & habet verba *l. lege* Julia 3. *& l ſeq. ff. ad leg.* Jul. *repetund.* VI *can. eadem lege* 130. *ibid.* eſt *ex l. eadem lege* 6. *ff. ad leg.* Jul. *repet.* VII in eodem *can. verſ. lex* Julia eſt *ex l. leg.* Julia 7. *ff. eod.* VIII *can. crimen.* 1. *qu.* 4. eſt *ex l. crimen.* 28. *ff de pœn.* IX *can. probibentur* 2. *qu.* 1. eſt *ex l. qui accuſare* 8. *verſ. itaque probibent ff. de accu-*

Plurima Digeſtorum loca in Gratiani Decreto.

(1) *Not.* 6. *pag.*46. *epiſt. de Pandectis cum not. ed Flor.*

Digitized by Google

accusat. X *can. si quem pœnituèrit vers. accusatorum* 1. *qu.* 4. est ex *l.* 1. *ff. ad SC. Turpilian.* XI §. *prævaricator* ejusdem canonis est *ex l.* 1. *ff. de prævaric.* XII §. *destitisse* est *ex l. destitisè ff. eod.* XIII §. *accusator* est *ex l.* 5. *ff. eod.* XIV §. *in omnibus* est *ex l. ult. ff. eod.* XV *can. infantes* 3. *qu.* 7. *vers. est autem* est *ex l.*1. §. *postulare ff. de postul.* XVI XVII *can. item pro iis eâd. caus. & quæst.* est *ex l. item* 4. *& seqq. ff. eod. tit.* de postul. XVIII in eodem canone §. *omnes* est *ex l. puto autem omnes ff. de postul.* XIX §. *adfinitates* ejusdem canonis est *ex l.* 3. §. 1. *&* 2. *ff. eod.* XX §. *filius* est *ex l. quin etiam* 6. *ff. de recept. arbit.* XXI §. *si quis vero* est *ex l. sed si in servum* 9. §. *si quis judex ff. eod tit. de recept. arb.* XXII *can. post script.* §. *quæ vero* 2. *qu.* 8. est *ex l.* 3. *ff. de public. judic.* XXIII. *can. si testes* 4. *qu* 3. est *ex l.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 20. 21. 24. 25. *&c. ff. de testib.* adeo ut decem & septem Digestorum leges in hoc uno canone contineantur XXXIX *Can. Episcop.* 56. *circa medium* 12 *qu.* 2. est *ex l. ult. ff. de in jus vocando*. XL §. *qui manumittit* 4. ejusdem canonis est *ex l. sed si hac lege ff. eodem* XLI canon secundus 15. *qu.* 1. est *ex l.* 3. *ff. de injuriis*. XLII *Can. per adoptionem* 30. *qu.* 3. est *ex l. per adoptionem* 17. *ff. de rit. nupt.* XLIII *Can. vulgaris de pœnit. distinct.* 1. est *ex l. vulgaris* 21. *in princ. ff de furt.* XLIV *Can. solicitatores eâd. dist.* est *ex l.* 1. *ff. de extraord. crimin.* XLV *Can. hæc autèm eâd. dist.* est *ex l.* 1. *vers. hæc autem, ff. quod quisq. juris &c.* XLVI *Can. cogitationis ead. dist.* est *ex l. cogitationis* 18. *ff. de pœn.* XLVII. *Can. aut facta eâd. distinct.* est *ex l. aut facta* 16. *ff. de pœn.* XLVIII. *Can. divortium eâd. distinct.* est *ex l.* 3. *ff. de divort. & re-*

Digitized by Google

pud. XLIX *Can. si quis fœminam eâd. dist.* est *ex l. sed est quæstionis §. ult. ff. de injur.* L & I extremus vero Canon ille est *ex l. adtentari & ex l. non solum ff. de injuriis* LII *Can. si quis eâd. dist.* est *ex l. item apud, dig. eod.* Quibus si addatis quatuor illa Gratiani loca, quæ Seldenus, Struvius, Valsechius, Grandius ex Digestis esse, agnoverunt, quinquaginta novem ex digestis capita, seu leges a Gratiano excerptas, easque non ex uno, sed ex pluribus iisque distantibus ab invicem libris deductas esse, comperietis. Totidem fere Pandectarum loca sunt ab Ivone in suum *Decretum* translata I *c.* 32. *part.* 10. *ex l. idem juris §. mulierem quoque ff. ad leg. Aquil.* II *c.* 14. *part.* 11. est *ex l.* 57. *ff. pro Socio* III Partis decimæ sextæ *c.* 75. est *ex l. si is, qui pro emptore §. servum quem ff. de usurp. & usuc.* IV *c.* 78. est *ex l. itaque ff. ad Leg. Aquil.* V *c.* 103. est *ex l. Lege Julia* 4. *ff. de testib.* VI *c.* 163. est *ex l.* 2. *§. si quis judicio ff. si quis cautionibus.* VII *c.* 164. est *ex l.* 4. *§. illud ff. eod.* VIII in eodem capite est *l.* 1. *ff. de feriis.* IX inque illo est etiam *l.* 3. *ff. eod.* X *c.* 165. est *ex l. si unus §. pacta quæ ff. de pactis* XI in eodem *can.* est textus Digestorum *ex l. contra ff. eod.* XII *c.* 168. est *ex l.* 1. *ff. quod metus caus.* XIII caput idem 168. continet legem 9. *ff. eod. tit.* XIV. in eodem capite 168. est ex digestis *l. metus* 3. *tit. ex quib. caus. major.* XV. In eodem capite est etiam textus *l.* 3. *§. sed vim ff. quod metus caus.* XVI *c.* 171. est *ex l.* 5. *ff. naut. caup. Stabul.* XVII *c.* 172. est *ex l.* 4. *ff. ad Leg. Aquil.* XVIII ibidem est & *l. qui occidit* 30. *ff. eodem.* XIX est & *l. Quintus in fin ff eod.* XX. c. 176. est *ex l. nec* 57. *ff. pro socio.* XXI cap. idem est *ex l. quod autem ff. eod.* XXII *c.* 175. est

Plurima Digestorum loca in Ivonis collectione.

Digitized by Google

est ex l. qui patitur ff. mandati. XXIII *c.* 177. *est ex. l. bovem §. qui ad amicum ff. de ædilit. edict.* XXIV *c.* 179. *est ex l. 2. ff. de probat.* XXV *c.* 180. *est ex l. Lege Julia ff. de testibus* XXVI XX VII XXVIII XXIX in capite 181. sunt textus in *l.* 6. 9. 16. 17. *ff. eod.* XXX *cap.* 191. *est ex l. ut vim ff. de Just. & jur.* XXXI *cap.* 192. *est ex l. cum lex in præteritum ff. de legib.* XXXII XXXIII XXXIV XXXV XXXVI XXXVII *in cap.* 193. sunt textus in *l. septimo mense*, *l. cum legitimæ l. vulgo concepti*, *l. lex naturæ*, *l. qui in utero ff. de stat. hom. l. patre furioso vers. nam furiosus ff. de his qui sunt sui, vel alien. Jur.* Dum brevis esse laboro, mitto Digestorum leges non paucas, quas Ivo sumpsit ex titulis de sponsalibus, & de ritu nuptiarum.

Grandius inconstans & sibi contrarius.

IV Quid putatis ad hæc Grandium replicasse Academici, Grandium illum, qui, cum jus Pisanum cum Pandectis conferebat, vix duobus aut tribus verbis Digestorum in eo jure inventis, statim sperabat, se ex Pandectis desumptum illud mirifice comprobasse? Grandium illum, qui cum quatuor loca Pandectarum in Gratiani *Decreto* offenderit, repente constituit, Gratianum habuisse particulam Digestorum, ad quam loca illa pertinent? Grandium illum, qui loca ea quatuor sine examine ullo a Struvio, & Valsechio accèperat, & erat, ex Digestis esse confessus? Abstulit, quas ego attuleram omnes Digestorum leges a Gratiani Decréto, unâ liturâ delevit omnes, unâ omnés sententiâ damnâvit, quæ nil aliud peccaverant, quám quód delituerant, quám quód fugerant Mathematicum, qui nunquam studuérat libris juris, qui quam non severat, messem vastabat. Cum veró nullum exemplar,

 nul-

Grandius sine auctoritate, sine ratione Gratianium emendat.

nullum Gratiani Codicem antiquum, recentemve edere posset, a quo leges illæ Digestorum abessent, jamque temerarii litigatoris pœnam subeundam sibi, sentiret, argumentationibus conijcere putidis, frigidis, ridiculis, puerilibus conatus est alienas manus, quæ Gratiano leges illas adiecerint. Itaque maxima cacatarum illarum *Vindiciarum*, quas mihi opposuit, pars est occupata suspicionibus efferendis, non pertinere leges illas Digestorum ad ea Gratiani loca, quibus sunt intertextæ, adeoque juniorem Gratiano aliquem imperitum, & Canonici juris rudem emblemata inepta addidisse. Scitis, quantâ Nos confutatione suspiciones illas futiles difflaverimus, quæ est in primo *Secundæ defensionis* libro ad Pisanæ Reipublicæ Curiones. Scitis, quâ modestiâ, quâ diligentiâ amentem illum, qui arma sumpserat, in quibus nihil rationis erat, corripuerimus. Scitis, Luccaberti nomine triplicantem illum, *cum oppressum sese cum ratione*, tum auctoritate esse, cognosceret, honestamque evadendi viam sibi esse nullam, in imposturæ sese latibula proripuisse. Itaque Sacerdotem, Monachum, Abbatem, Antecessorem scelere turpissimó obligatum, irata, mœrensque vidit Etruria, falsum librum a se confictum vulgare, cui titulum de *interpolations Gratiani*, auctorem *Diomedem Bravam*, tempus seculum Chr. decimum sextum commentus est; Eamque pœnituit perfidi, malefici, conturbatoris humanissimo, diuturnoque hospitio non excepti modo, sed & eruditi, & nutriti, & culti, & celebrati, auctique, cum pecuniâ, tum dignitate, quemque ficulnum, cum scamnum illa posuisset, Deum habere maluerat. Ergo Lege agat in illum Corneliâ, quicunque in Republica literatorum

Grandius impostor fingit librum qui nunquam fuit.

Ca-

Castigatque, auditque dolos, subigitque fateri.
Expleat ille numerum impostorum, tenebrisque reddatur. Nobis, quibus alii mores sunt, manus sunt, & verba abstinenda, neque enim

—— fas castis sceleratum insistere limen.

Ut hinc tandem integri abeamus, securique nostri propositi, hic esto nobis murus ahæneus nondum quassus, nunquam a Monacho quatiendus, quamlibet perversa intorserit, quamlibet prava minetur. Gratianus sæculo XII componebat *Decretum* (1). Gratianus citare consuevit eos libros, quos delibabat, ita Correctores Gregoriani (2), ita Joannes Molinæus (3), ita Covarruvias (4), ita Bellarminus (5), ita Augustinus (6), ita Baluzius (7), ita Fontaninius (8), ita Grandius ipse testantur (9), ita omnes, quos Wanespenius, Mastrictius, Struvius attulerunt, quum de erroribus, qui in Gratiani cita-

Gratianus citare solebat.

(1) *Mastricht. hist. Jur. Can. num.* 304. *August. de emend. Grat. lib.* 2. *Diolog* 9 *Aste. lib.* 2. *cap.* 5. *Grand. epist. edit. Flor. pag.* 60., *& seqq. Baluz. in præf. not. ad Ant. Aug.*

(2) *In præfat., & in c.* 22. *caus.* 2. *qu.* 6., *& in can.* 8. *caus.* 1. *qu.* 2.

(3) *In præfat. Decr. Ivonis.*

(4) *Variar. lib* 4. *cap.* 13.

(5) *De Script. Eccl. in Gratiano.*

(6) *De emendat. Gratiani lib.* 1. *Dialog.* 4. *& passim.*

(7) *In præfat. notarum ad Augustini Emendat. Gratian.*

(8) *In præfat. ad Gratian. Turrecremat.*

(9) *Epist. de Pand. ed. Flor. not.* 6. *pag.* 47.

Digitized by Google

tationibus deprehenduntur, disputaverunt. Gratianus Pandectas habere potuit, cum jam Irneriana doctrina ita diffusa esset, ut Irnerii discipuli, præceptore mortuo, celeberrimi essent Pandectarum explicatores in ea ipsa Urbe, quæ Gratianum habebat, ut ipse Grandius cum suo Astensi fatetur ex Morena maxime auctore (1), quem Struvius post alios, quibus ingratissimi sunt nostri isti, detexerat. Denique Gratianum voluisse jus Civile juri Canonico jungere, ut illius ætatis mos erat, testatur Petrus de Marca (2), Wanespenius (3) Conringius (4), Brantius (5) ipseque Monachus Noster cum nondum tot vidisset a Gratiano sumpta de Pandectis *quod si universum Digestorum opus in manus eorum (Ivonis, & Gratiani) venisset, nemo persuaserit, in suas Canonum collectiones multò uberiorem sententiarum farraginem coacervandam non fuisse ex aliis titulis Juris Justiniani, ut cæteras quoque materias, de quibus agunt, opportune illustrarent, & Civilium legum auctoritate communirent* (6).

Grandius Pandectas habere, & citare potuit.

V Firma ista refricans Monachus nomine Luccaberti, abutensque lecturis, ne impostura illa una Diomedæâ me jugulare videretur, (7) mendacia, & ca-

(1) *Asti lib. 2. c. 5. Grand. epist. pag. 60. ed. Flor. & seqq.*
(2) *Concord. Sacerd. & imp. lib. 3. c. 6. num. 11.*
(3) *Jur. Eccl. par. 5. c. 3. §. 2.*
(4) *Epist. ad Baluz. oper. Conring. tom. 6. pag. 477.*
(5) *In præfat. ad Pannorm.*
(6) *Epist. d. pag. 47.*
(7) *Nuov. disam. part. 1. cap. 10. & part. 2. cap. 1.*

Digitized by Google

& cavillationes pristinas repetiit, quas ego confutaveram, quarumque pars maxima, sola comparatione, & locorum Gratiani, quos citat lectione evanéscunt, quos ille involvit, invertitque pueriliter. Qui hæc legent attentius, & conferent, refutatione nostra non indigebunt; Iis, quorum veritatém inquirere non interfit, neque mea intereſt operam navare meam. Unum itaque illud, quod Luccabertus novum attulit commemoraſſe ſufficiat. Ait, rubricas non eſſe Gratiani, adeoque nec citationes Pandectarum. Quid de rubricis Guido nugaris? Rubricæ ſunt tituli, & principia Scriptorum, quód rubricâ, quæ rubra terra eſt, ornatus causâ ſcribi consueverunt. Tituli plerumque rubricæ dicuntur, cum aliorum Scriptorum, tum legum maxime, ita Hotomannus (1), ita Caſaubonus (2), ita Mabillonius (3), ita Corſus (4), ita Thelesius (5), ita alii; etsi Colerus in Parergis ad Legum titulos, rubricæ appellationem contrahere velle videatur, ut addere cauſſas poſſit terroris a legibus ſanguineo colore inferendi, ſcriptarum ſanguine Draconis legum, ſanguinearum virgarum, quas Legati gerebant, ne læderentur. In Pandectis quidem veteribus illis Piſanis tituli omnes, & nomina Juriſconſultorum, e quorum libris ſingula capita, ſeu leges deſumptæ erant, minio ſcripta ſunt (6). At

Grandius ignorat quid sit rubrica.

---

(1) *Comm. verbor. juris.*
(2) *Ad Perſii Sat. v.*
(3) *De re diplomat. lib. 1. cap. 10. num. 3.*
(4) *Indagat. lib. 252.*
(5) *Lib. de color.*
(6) *Brencman. hiſt. Pandect. lib. 2. c. 2. §. inſuper.*

in Gratiani libro minio scriptæ inveniuntur duntaxat summæ, primæ literæ canonum singulorum, caussæ, quæstiones, distinctiones, non citationes, non verba, quibus Gratianus proponit quid affirmandum sit, quid negandum, ut discordantes in re canonica opiniones concordentur, non Conciliorum, non Patrum, non Pontificum, non Legum auctoritas, qua Gratiani propositum confirmatur. Adfer Gratiani Codicem aliquem, qui citationes habeat rubras. Adfer gravem aliquem fide, & jurisprudentiâ Virum, qui ad eum modum, quem tu somnias, scriptas citationes legisse sese, testetur. Expecto a mendacissimo homine, & perfido Diomedem aliquem Bravam, qui confictum a se Gratiani Codicem Carottio det vulgandum, cum rubricis istis suis, quas nemo sanus, nemo probus hactenus vidit. Scitis, Academici, de appellatione Gratianeæ Farraginis disputari inter doctos, quod veterum Codicum aliqui, *concordiam discordantium Canonum*; alii *Decretum* appellandam illam esse, demonstrent; alii vero *Decrèta* (1). Cum verò antiqui multi Codices nomen Gratiani non præférant, de illâ ipsâ inscriptione rubris literis scriptâ, qua Gratiani opus incipit *Concordia discordantium Canonum* non addito Gratiani nomine, dubitatum est Gratianine sit an alterius. Gregoriani Correctores ita de hac re scripserunt: *In plerisque vetustis hujus collectionis exemplaribus, hæc tanquam inscriptio rubris literis posita est*; Concordia discordantium Canonum, *addita in quibusdam dictio-*

Grandius impudenter mentitur.

(1) *Anton. Aug. de emend. Grat. lib.* 1. *Dialog.* 1. *Baluz. in præfat. not. ad Augustin. Emendat.* §. xxv. *Mastricht. hist. Jur. Eccl. num.* 306. 307.

Digitized by Google

diEtione incipit *finè ullâ Gratiani mentione*. Ita Antonius Auguſtinus (1), ita Maſtrichtius (2), ita Baluzius. Poſt titulum, eſt in Decretis *ac primum de jure Divinæ*, & *humanæ conſtitutionis*: rubricâ ſcriptum: Correctores de his verbis dixerunt ea, quæ Tu Guido mendaciſſime ad citationes trahis, de varietate, quam in MM.SS. deprehenderant hunc titulum exhibentibus *verumtamèn in hac tanta varietate, argumento eſſe poteſt, nullam hic a Gratiano poſitam eſse rubricam*. Correctoribus rubrica fuit titulus, non citatio. Hoc mendacium ſufficeret, ut cætera. quæ in hanc rem affert perfidus, & pervicax, & falſus homo, falſa haberentur. Sed & Cæpollam expendamus, & Felinum, quibus triumphat. Sunt ambo eâdem fide, eâdem fronte a Monacho téſtes allati. Quærebat Cæpolla (3) an ſumma *can. chartæ* (non Curiæ; nullus eſt enim in Decreto canon. qui ita incipiat) 3 *qu.* 9. textum bene efferat, & cum ſumma ſit *reo abſente*, *libellus accuſationis fruſtra offertur* rûbricâ ſcripta, ait Cæpolla malam eſſe ſummam, quia Canon non de libello accuſationis eſt, ſed de atteſtationibus: Deinde Gratianum defendit, quod ſumma non ſit Gratiani *rubricæ decretorum non poſſunt allegari*, *neque jus faciunt*, *tum quia ſunt falſæ*, *tum quia alius fuit conditor Decretorum*, & *alius rubricarum*: Rubrica itaque & hic ſumma eſt, non citatio, de qua nulla hoc loco quæſtio erat. Ipſe Cæpolla hoc ipſum

E expli-

(1) *In add. Dialog.* 1. *lib.* 1.
(2) *Hiſt. Jur. Eccl.*
(3) *De cognit. lib. Jur. Can. TraEt. M. t.* 1.

Digitized by Google

explicat paullo post illa verba, cum argumenta erroris glomerat *quinta & ultima ratio est secundum eosdem quia summaria sunt, & non rubricæ; & ideo multi appellant rubrum, & non rubricam, ubi hujusmodi rubricæ reperiuntur*. Mendacissimum & in Felino Grandium inveniet quicunque legat, quæ ille in *c. ex parte de constit.* (non *de rescriptis* ut male Monachus citavit, ubi nulla rubricarum mentio est) de rubricis dixit; neque enim citationes in animo Felinus habebat, sed summas; ut habuit (1) Speculator, cujus explanator distinxit a rubricis, quæ orationem perfectam habeant, eas quæ nihil constituant. Quis non videt hanc distinctionem ad summas canonum, non ad citationes pertinere? Quis enim quærat de citationibus an vim legis habeant, quod & Cæpolla quærebat, & Speculator, & Felinus, & alii, quos Monachus attulit de rubricis? Neque vero hæc dicta velim, quasi iis assentiar, summas Canonum non esse Gratiani, quod rubricâ scriptæ sint, & aliquibus MM. SS. desint. Defectum hunc rubricarum librariis imputandum aliquando esse, arbitror, qui ne moram scriptioni facerent, dum minio atramentum mutant, minium differebant in finem scriptionis, quod postea aut obliti, aut fraudem emptoribus facientes, vacuis relictis non adhibebant, secundis curis omissis; luculentissimum hujus suspicionis auctorem habeo doctissimum Mabillonium, qui rem librariam tractavit diligenter(2): *accessit autem plerumque, ut miniati illi tituli, cum codicibus jam descriptis secundæ manus adhiberentur, incuriâ librariorum omissi sunt*, vacuo spa-

---

(1) *Lib. 2. par. 2. §. 6. num. 15. lit. E.*
(2) *De re diplomat. lib. 1. c. 10. num. 3.*

spatio relicto, aut certe inconcinne scripti, aut dispositi ob spatium male commensuratum.

VI. Nihiló aptius refutavit Monachus, quas ex Ivone attulimus particulas Pandectarum (1). Si verba, si sententias Digestorum aliquando contraxisse, aliquando invertisse, aliquando suis miscuisse Ivo dicatur, habebit hoc cum Scriptoribus plurimis Ivo commune. Quis scripsit unquam, qui non aliquando minus integre aliorum verba reddiderit, qui alios idém peccasse, questus non sit? Qui hoc castigabunt Ivonis vitium severiores, diligentiam in eo, non Pandectarum notitiam desiderabunt; nisi forte velit Adversarius ille Noster, & Virgilio, qui Lucretii, qui Hesiodi, Homeri, Theocriti multa, quæ sua fecerát, leviter immutaverit, Lucretium, Hesiodum, Homerum, Theocritum ignotos fuisse; & Horatio Alcæum, cujus carmina quædam in sua cum aliquâ detorsione transtulerit; & Ciceronem, qui Platonis Rempublicam, Panætii officia, Crantoris consolationem cum multâ verborum, & sententiarum trajectione retulerit, Platonis libros, Panætii, Crantoris non legisse (2). Cum Pandectas Ivo citaverit; cum Pandectarum verba ipsa sæpe, cum sæpe sententias verbis utcumque diversis extulerit; cum ea fuerit Ivoni cura, ut Græcos collectores imitaretur, qui Nomocanones ediderant jus Civile Canonibus conjungentes (3); Cum Ivoni Pandectas visas, Pandectas usitatas do-

Grandius temere Ivoni Decretum adimit Decreto vero temere eximit loca Pandectarum.

F 2 ctis-

(1) *Nuov. disam. part. 1. c. 9.*
(2) *Plin. in præfat.*
(3) *Mastrict. histor. Jur. Ecclesiast. n. 266.*

ctissimi Viri (1) esse, affirmaverint; cum tu (2), Guido, scripseris idem, epistolas Ivonis ostentans, quas Cironius (3), quas Gravina (4), quas Brencmannus (5), Struvius, alii te priores attulerant, quod tamdem Tibi supererit argumentum probabile, quæ veri tamdem similis cavillatio fingatur, qua Ivoni possint extorqueri Pandectæ? Mastrichtius, & Baluzius occupaverunt quidquid de auctore Decreti, & Pannormiæ disputari hactenus possit utiliter. Utriusque operis auctorem Ivonem illi fecerunt, qui sunt historiæ Canonicæ laudatissimi Scriptores. Uterque refutavit eorum argumenta, quibus Pannormia alteri, quám Ivoni tribuebatur, cum de Ivone auctore Decreti nemo dubitaverit. Primus, qui dubitaverit, Grandius fuit, cum se, quem ego negligentiæ reprehenderam, tueretur; & ut sibi placet magnopere, novam se de auctore Decreti Ivoniani hæresim fundare posse gloriatus est (6) *ogni cosa vuol principio, ed ogni opinione ora vecchia, una volta fu nuova*: credo, ut augeret in Jurisprudentiâ numerum eorum, quos Menchenius *Charlatanos erudi-* tos

(1) *Brant. in præfat. Pannorm. Wan espen. Jur. Eccl. part. 5. c. 3. §. 2. Selden. diss. ad Flet. c.6. §. 1. Natal. Alex. diss. 21. num. (1. sec. 1). Daviat præn. Can. lib. 4. c. 4. num. 1. August. de emend. Gratian. lib. 1. Dialog. 19. &c. &c.*

(2) *Epist. de Pand. ed. Flor. pag. 11.*

(3) *Obs. lib. 5. c. . 5. .*

(4) *De ort. & prob. Jur. Civ. c. 140.*

(5) *Hist. Pand. Flor. lib. 3. c. 2.*

(6) *Nuova dissamin. part. 1. c. 7. num. 5.*

Digitized by Google

tos appellat, intér quos Guidonem noſtrum, quantum ad Geometriam attinet, collocavit, quod ea ſcripſerit, *quæ repugnant omnibus Geometriæ legibus* (1). Qui Maſtrichtium, qui Baluzium legent, comperient, quám ſint a Monacho deformata vetera monumenta, quæ duo illi docti homines expenderunt, quám temere Monachus, cum nihil novi dederit, litem reduxerit diudicatam. Comperient, antiquiſſimos Pannormiæ Codicés eſſe ſine iis, quæ adjuncta aliis Codicibus ſuſpicioni cauſsam dederunt, cum ſint Ivone recéntiora. Tu vero Guido, qui, quod Melchior quædam capita Pannormiæ ſine ulla citatione in Codicibus ſuis eſſe, teſtatus ſit, argumentaris, defuiſſe etiam citationés Pandectarum, cur caput aliquod ex Pandectis deſcriptum non affërs, cui citatio defuerit? Quod autem Mélchior ille tuus ait, citationes multas eſſe falſas, multas vitiatas, nihil nobis aliud argumenti objicit, quám quod hæc farrago citationes contineat, quas aut librarii male deſcripsérint, aut Ivo négligenter adjecérit. Neque enim contendimus, Ivonem pro hominé habendum eſſe, qui errare non potuerit; Illud vero affirmamus, Ivonem & citare conſueviſſe, & citaviſſe Pandectas.

VII. Quæ cum ita ſint, quis vetabit *inſtitutiones Catholicorum Regum*, quas Ivo locis annumerat, e quibus ſua ſibi meſſis conſtiterit, ad Jus Theodóſianum, Juſtinianeumque produci? Nos jam (2) Guidoni monſtravimus, quám late patéat, Regis, Regumque apppellatio; maxime vero Imperatores illâ

Grandius ignorat, Regiam dici quamlibet ſummam poteſtatem.

(1) *Charlatan. Erudit. pag. mihi 236.*

(2) *Difeſ. delle Pand. lib. 1, cap. 2.*

illâ comprehendi, ubi potéstas, quam hodie sæcularem dicimus, significanda, aut jungenda, aut opponenda sit Sacerdotum, aut Pontificum potestati. Græcis, veteribusque omnibus hujus vocis usum hunc doctissimus Averanius attribuit (1). Latinis vero quid esset usitatum, Sallustius indicat, cujus in Catilinario hæc verba sunt *principio Reges, nam in Terris id imperii nomèn primum fuit*: indicat Cicéro, cujus in Legibus illa est *regio imperio duo sunto, iique præeundo, judicando, consulendo, Prætores, Judices, Consulès appellantor*: (2) indicat Tacitus (3), Vopiscus (4), Suetonius (5), Horatius (6), Seneca (7); Neque vero lex illa, quæ ferebatur, de unoquoque electo a Romanis Imperatore, aliter quam Régia dicebatur, (8) quamvis esset imperii lex, non Regni, ut vulgo accipi solet Regni appellatio (9). Sæpissime veró factum id est a Scriptoribus Ecclesiasticis. Petrus *Apostolus* Christianos docens parere Principibus, quibus eorum Patria subjecta sit, & Imperatorem Romanum maxime intelligi voléns præcépto illo, quo homines obligabantur, quorum pars maxima Romanorum Imperatori subjecta erat, ait *subjecti esto-*

(1) *In Thucid. diss.* 5. *num.* 8.
(2) *Lib.* 3.
(3)
(4) *In Tacit.*
(5) *In Calig. c.* 22.
(6) *Lib.* 3. *od.* 1.
(7) *In Octavia act.* 1. *sc.* 3.
(8) *L.* 1. *ff. de constit. Princip.* §. *sed & quod Principi Inst. tit. de Jur. nat. gent. & Civ.*
(9) *L* 3. *C. de testib.*

Digitized by Google

estote omni creaturæ proptèr Dèum, sive Regi, tamquam præcellenti, sive Ducibus, tamquam ab eo missis -- omnes honorate, fraternitatem diligite, Dèum timete, Regem honorificate (1): quæ verba Innocentius III. præ cæteris explicans, hoc, quod proposuimus, egregie confirmat *quod sequitur, Règi tamquam præcellenti, non negamus, quin præcellat Imperator in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo suscipiunt temporalia* (2), maxime vero ubi Imperatorum potestatem confert cum potestate Pontificum *ad firmamèntum Cæli hoc est universalis Ecclesiæ, fecit Deus duo magna luminaria, idest duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis auctoritas, & Regalis potestas*: Videndi sunt, quos alibi attulimus, Gelasius (3), Tertulliánus (4), Bernardus (5), Petrus Damiani (6), Ambrosius (7), Ivo ipse (8), cujus verba repetere juvat *quod etiam legibus Sæculi cautum habemus, quas Catbolici Reges composuerunt, & ex auctoritate Romanæ Ecclesiæ, populis servandas tradiderunt; Unde Justinianus in Codice Novellarum &c.* Maffejo, formularum veterum peritissimo, quem jam attulimus, addimus in præsentiâ, & Fritschium (9), & Mabil-

(1) *Epist. 1. cap. 2.*
(2) *Cap. solitæ de majorit. & obed.*
(3) *Labbe tom. 4. Concil. epist. Gelas. 8.*
(4) *Lib. 1. aduers. Nation. cap. 12.*
(5) *De consider. lib. 4. cap. 4.*
(6) *Epist. 3. lib. 7.*
(7) *Ad Luc. lib. 4. cap. pen.*
(8) *Epist. 242.*
(9) *Exercit. Jur. quæst. 3. part. 2. num. 34.*

Digitized by Google

billonium (1) , & Confingium (2) . Mabillonii hæc sunt : *Ad hæc observare convenit uoces Regni, & Regnantis non semper sumi pro regno , sed etiam pro imperio* : quod ille , cum ostenderit pluribus editis veteribus monumentis , orationem ita concludit *hæc idcirco notare visum est , quoniam quidam uir doctus , in voce regnantis, vim facit ad significandum regnum , non imperium* : vir ille doctus , cujus judicium in re ad antiquitates medii ævi pertinente, instar est omnium, immo plus quam omnium probandum est quæ a mille Grandii similibus proferantur , ubi gravitate , ubi doctrina , ingenio, peritia , diligentiâ , ubi integritate testimonia pensanda sint . Conficit propositum nostrum Confingius , Codicem afferens Juris Canonici , quém compositum Sæculo XII. fuisse affirmat , quoque leges Romanæ , quæ in eo continentur , quemadmodum in Ivonis , & Gratiani Decretis continentur , leges dicuntur Regum *Catholicorum : alter Sæculi fortasse* XII. *fætus , sed itidem Anonymus ; constat autèm duplici collectione canonum , altera ex epistolis Pontificum , altera ex canonibus Conciliorum , illum locum concludit auctor hisce verbis* hactenus de corpore canonum ; ea quæ sequuntur , aut sententiæ sunt orthodoxorum Patrum , aut legés Catholicorum Régum , aut Synodicæ sententiæ *sequuntur deinceps illæ sententiæ per multos titulos , quorum ultimus inscribitur , de causis laicorum , digestæ ; Earum nonnullæ desumptæ sunt ex Institutis, Pandectis , Codice, & Nouellis Justinianeis* : Quid tu ,

(1) *De re diplom. lib. 2. cap. 26. §. 14.*
(2) *Tom. 6. operum omnium pag. 477.*

tu, Guido, Conringio, quid Mabillonio respondes? Mendaxne erit uterque Vir sapientissimus? Falsane erit Ivonis epistola illa, qua Justinianus, qui auctor est unus Digestorum, & Novellarum, Rex Catholicus appellatur? Habésne ex penu illâ tuâ cavillationum plenissimâ aptiorem aliquam explicationem verbi ab Ivone usitati, quam illud ipsum verbum ab eodem Ivone explicatum? Nobis Jurisconsultis, cum verbi vis quæritur, aut conventionis, aut legis, aut testamenti, nulla melior, nulla justior, nulla est firmior interpretatio, quám quæ ex eo abducitur verbo, quod idem usurpaverit homo, cum aut pacisceretur, aut legem ferret, aut faceret testamentum; ita nos Ulpianus docuit, ita quicumque de optima interpretandi ratione disputaverunt (1).

XIII Hæc non modo non refutavit Grandius (2), sed ne memoravit quidem; his vero nec memoratis, nec refutatis, pervicax homo, perinde ac si stultæ plebi verba danda essent, non tacuit. Cum de verbi potestate agatur, jam scitis, quo confugit, qui Glossario Latino = barbaro describendo libros facere consuevit. Videamus itaque quid, *Catholici* verbum interpretaturus, ille Glossator attulerit. Codicem tradit is Thuanum, Schannati epistolam Pontificiam ab Honorio IV scriptam, clausulam librorum Gregorii Turonensis, quibus alii dum alloquebantur Regés Francorum, scripserunt = *Viro*

Grandius rursus abutitur glossario Latino = barbaro.

F *Ca-*

---

(1) *In l. qui filiabus 17. ff. de legat. 1. ibique DD. Mantica de conjectur. lib. 6. tit. 23.*

(2) *Nuova disam. lib. 1. cap. 9.*

Digitized by Google

Catholico= alii= *temporibus tranquillissimi, & Catholici Pipini, Regis Francorum, & Patricii Romanorum*. Ergo Catholicos illos Reges Ivonianos pro Francorum Regibus, clamat Grandius, esse accipiendos. O infelix Ivo! qui Glossario Latino=barbaro uti non potuisti, jam aut mendax, aut imperitus formularum habeberis, qui Justinianum Imperatorem significaturus, Regem Catholicum tuâ illâ epistolâ CCXLII dixisti. Infelix Anonyme Conringiane, qui eodem Glossario carens, Catholicorum Regum appellatione Romanorum Imperatores, qui Christum coluerant, complexus es! Verum monumenta illa Glossarii non habent *Reges Catholicos*, sed *Viros Catholicos*. Deinde, & Reges Herosolymitanos RegumCatholicorum appellatione comprehendi, vult Codicis illius Thuani Scriptor de formulis inscriptionum = *viro Catholico, quod apponi solet Regi Franciæ; & Regi Jerosolymitano*. Tertium & illud est considerandum, eos, qui Glossarium auxerunt, eamdem formulam, & *Catholici* appellationem Comitibus Belgarum adhibitam protulisse, inque medio reliquisse, an religio, an solemnis titulus, an ditio totius Flandriæ Catholici denominatione habeatur= *an Catholici titulus hic exprimat fidē hujus Comitis, an Catholicam, seu universalem vel integram totius Flandriæ ditionem, aliis definiendum permitto; potius tamen crediderim titulum esse Religionis, quam potestatis, & possessionis*. Cum itaque, & titulus solemnis, & religio, & ditio verbo illo significentur, quis affirmet sanus, Ivonem solemniter, seu *Papaliter*, non naturaliter in Decreti præfatione esse locutum? Quis non videt hoc demum esse verbum ambiguum, quod illâ sit maxime interpretatione excipiendum, quæ ex usu loquentis,

tis,

Digitized by Google

tis, ejusque similium elicitur (1)? At insultat Scurra ille de plaustro Noster vernili plane lascivià, quod Catholicorum Regum Constitutiones pro Digestis accéperimus, quæ sunt non ex Principum constitutionibus, verum ex Jurisconsultorum, aut responsis, aut disputationibus, aut commentariis. Plaudite, qui Fraterculis istis procacibus delectamini. Vos véro, Academici, qui sapitis, qui profanum istud vulgus oderitis, & arcétis, bilem teneatis, cum de Pandectis disputantem Monachum ne Justiniani quidem constitutionem, videritis, quæ est de confirmatione Pandectarum, aut legisse, aut audivisse? Quis est in Jurisprudentia hospes, qui Jurisconsultorum veterum sententias in Digesta relatas, ignoret Justiniani constitutiones esse, & haberi ex ipsius Justiniani præcepto, cujus sunt illa verba notissima (2) *omnes, qui relati fuerint in hunc Codicem prudentissimi Viri, babeant auctoritatem, tamquam eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta, & nostro Divino fuerint ore profusa; omnia enim meritò nostra facimus, quia ex nobis omnis ei impertietur auctoritas.*

Grandius ineptus, & obscitans in historia.

CAP. III.

Neque vero mirari debetis, Academici, superbissimum hominem adeo in Jurisprudentiâ delirare, quæ est a Geometriæ studio paulló remotior, quam

(1) *L. qui filiabus* 21. *ff. de legat.* 1.
(2) *Confirmat. Digest.* §. *sèd neque* 6.

Digitized by Google

Grandius sibi sæpe contrarius.

quam historia sit, cum historiam inepte tractaverit. Quis fuit unquam historiæ conditor, qui bicipitem ita statuerit scriptionem suam, ut alterum superesse caput non possit, quin alterum subvertatur, cum & poetis, quod proxima veris sint eis proferenda, id maxime curæ esse debeat, ut simplex, & unum componant, ut eis res, & persona dicenda

—— *servetur ad unum*

Qualis ab incepto processerit, & sibi constet?

Quis credat, hominem, qui Pandectarum historiam aggressus, earum usum, earum doctrinam non sæculo Chr. XII., sed XI. receptam esse, moliebatur, primam Pandectarum mentionem Petri Blæsensis epistolæ CXL. tribuisse? Quis credat, eumdem Scriptorem, cum anno Chr. MXXXII. explicatas Bononiæ a Lanfranco Pandectas, intenderit, & incipiente sæculo XII Irnerium occubuisse celeberrimum Pandectarum Doctorem, medio illo sæculo Irnerii discipulos floruisse, affirmaverit, dicere potuisse, Blæsensem primum fuisse eorum, qui Pandectarum meminerunt, Archidiaconum Bathoniensem, Scriptorem epistolæ, quæ anno Chr. MCLXXI. antiquior esse non possit? *Ego quidem* sunt ejus verba (1) *Justiniani Codicem, & Institutiones, aliaque peculiaria ejusdem statuta pridem ante direptionem Amalphitanam allegari animadverteram, Pandectas non item, quarum antiquior mentio apud Petrum Blæsensem anno 1160. florentem, dum epistol. 140. inquit = vides quàm immeabile pelagus sit Pandecta, in qua jus Civile continetur.* Quid habebat epistola illa Petri Blæsen-

(1) *Epist. de Pandect. edit. Flor. pag. 11.*

Google

sensis commune cum quæsitâ a Grandio vetustate aut restitutarum, aut nunquam intermortuarum Pandectarum ? Inclusa tota isthæc quæstio erat annis, qui Paullum Diaconum ab Irnerio separabant, adeoque Chr. DCCC. , & MCII, quo exploratum jam erat, Irnerium Bononiæ jus Pandectarum docuisse. Blæsensis véro vita est anno Chr. MCXX tota posterior, qualem ejus esse decet, qui ad annum MCC pervenerit, testibus Petro de Cussamuilla (1), Natali Alexandro (2), Claudio Floriacensi (3), Oudino (4) Viris doctissimis, & historiæ Ecclesiasticæ diligentibus, maxime vero ejusdem Petri Blæsensis epistolis.

II. Harum epistolarum aut nulla est, quæ ab eo scripta sit Archidiacono Bathoniensi prior anno MCLXXI, aut manifesti erroris a Petro de Cussamuilla deprehensa est; Multæ vero sunt, quæ ferre non possunt ætatém antiquiorem decénnio illo, quod annis Chr. MCXC, & MCC intercedit. Docuit Petrus de Cussamuilla, qui de rebus Blæsensis scripsit accuratissime, decennio illó esse includendas epistolas CXXIII CXXIV CXXV CXXVIII CXLIII CXLIV CXLV CLX Docuit, Blæsensem juvenem in Sicilia fuisse, cui appulérit anno Chr. MCLXVII, illinc anno MCLXIX exeunte cum discesserit (1), incipiente anno MCLXX in Galliam pervenisse, in Angliam denique

Grandius ignorat ætatem P. Blæsensis.

(1) *In vita Blæs. & in not. ad ejusdem epistolas.*

(2) *Histor. Eccl. Sæc.....*

(3) *Histoir. Eccles. liv. 75.*

(4) *De Script. Eccl. ad ann.* 1180.

Digitized by Google

nique anno MCLXXI migravisse, *ibi* fuisse Regi Anglorum Henrico II. ab *epistolis*, ejusdemque Regis beneficio Archidiaconatu Bathoniensi donatum. Hujus historiæ luce, & Codicum quorumdam auctoritate detraxit Cussamuilla aliquibus epistolis titulum Archidiaconi Bathoniensis. Monachum Nostrum, qui iisdem instrumentis titulum illum epistolæ CXL. illi suæ detrahat, sequemur. Interim dum nullo argumento, nullo testimonio réceptam vulgo scripturam sollicitat, negamus adhibendam esse homini fidem, qui in rem suam téstis, & judex advéniat, quem habeamus jam & feritatis, & mendacii, & imposturæ, & imperitiæ, & temeritatis, & neglig éntiæ reum.

Grandius; Glossarium latino-barbarum sine judicio describit.

III. Quid igitur transversum egit Monachum, dicitis, quid illum eó impulit, ut Blæsensem commemoraret historiam scribens, ad quam Blæsensis minime pertinebat? Ego vero, qui jamdiu cognoveram fundum sapientiæ Monachalis, glossarium latino-barbarum adii, ibique dum Pandectæ verbum explicatur, epistolam illam Blæsensis inveni laudatam, quam Monachus extulit non commemorato glossario. Visite, ornatissimi Academici, glossarium illud; Comperietis descripta a Monacho verba Blæsensis, non ut Blæsensis scripsit, sed ut auctor Glossarii, qui brevis esse laborans, aliqua Blæsensis verba prætermiserat; Blæsensis enim in epistola sua ita scripserat: *vides, quàm imperscrutabilis abyssus, quàm dumosa sylva, quàm immeabile pelagus sit Pandecta, in qua Civile jus continetur.* Comperietis non unum Blæsensem inde acceptum a Monacho, sed & illa alia, quæ Monachus idem de Pandectæ verbo Sacra Biblia aliquando significante

dica-

dicaciter garriit, cum alia omnia, quàm sacra Biblia, in Grandii epistolâ tractarentur; Humanitatem vero, & pudorèm illius quæretis, qui non Glossarium laudavit, sed Abbatém Bacchinium ejus significationis auctorém agnovit, ut amicitiam Viri doctrinâ celebris ostentarét (1).

IV Qui Blæsensem, quem a Carolo *du Fresnè* mutuatus erat, inepte in hanc rem induxerit, Archiepiscopum Lugdunensem Agobardum judicio non meliore proposuit. Cum enim Ivoni, Gratiano suppares quæreret, aut paullo vetustiorés, qui Pandectarum lacinias aliquas in alicujus Bibliothecæ pluteo reconditas, vix Pandectas totas habere potuerint, qui magnâ diligentiâ illas venati fuerint, qui singulari aliquo Dei beneficio in latentes, ignotasque illas inciderint, Agobardum illis adjecit = *ultrò fateor, negari non posse, quin etiam ante sæculum XI aliquaè saltèm legum in Digestis contentarum laciniæ, aut etiam tota fortasse collectio quibusdam auctoribus innotuerint, nam Agobardus, qui ab anno 816. Lugdunensis Archièpiscopus sedebat, furtum de publico ærario intèr majorès reatus enumerans ait. &c. proculdubio tèxtum designans qui in Pandectis occurrit* (2). Jam vidimus, Grandio Agobardum casu in Astensis libris objectum, & ex Astensi descriptum, qui Agobardo usus est teste, quo confirmaret jus Romanum Sacerdotibus Carolo Magno regnante placuisse (3). Grandius contraria committit.

Cum

(1) *Epist. de Pandect.* 48. *edit. Flor.*

(2) *Ibid. pag.* 49.

(3) *Dell' uso della ragion Civile lib.* 1. *c.* 10. *pag.* 222. & 223.

Digitized by Google

Cum veró paullò post illa, Grandius Astensis disputationem de libris Justiniani, qui in Italiam venerint, describeret, & Paulli Diaconi verba descripsit, quibus libri Justiniani perspicue narrantur, ut intelligatur, temporibus Paulli floruisse jus Pandectarum (1) *Hæc*, ait cum Astensi Grandius, *Paullus Warnefridus genere Longobardus, binis post Justinianum Sæculis in Italia scribebat, quo non alius magis distinctam Justinianei juris descriptionem, deque ejusdem libris, non ut in Græcia, vel in Illyrico duntaxat, sed tamquam ab ipsomet evolutis, nec earum auctoritatem uspiam collapsam, sed velut adhuc vigentem supponit*. Ergo Mathematico huic Nostro, qui suo fretus ingenio, mortales omnes contemnit, & viros gravissimos emendare se & castigare posse, arbitratur, ejusdem temporis est doctrina Pandectarum *non collapsa*, *sed vigens*, eademque *aliquibus dumtaxat Scriptoribus nota*, *qui*, ut ipse scripsit, cum Agobardum proferebat, *forte fortuna in illarum exemplar aliquod inciderint*, *non penitus ignorata*. Quominus se tueri possit, non de unâ Galliâ, aut Italiâ ea dixit, sed de utrâque *itaque*, *si quis contendat*, *integra illa Digesta*, *vel in Italia*, *vel in Galliâ dudum antea in alicujus Bibliothecæ pluteo extitisse*, *non passim notas*. Exploratum est, Carolum Magnum & Agobardo, & Paullo Diacono æqualem fuisse. Paullum Grandius non ex Astensi quem vere descripsit, retulit, sed editionem Muratorii commemoravit. Astensis usus erat Paul-

(1) *Grand. epist. de Pandect. ed Flor. pag.* 85. *Asti dell' uso della ragion Civile lib. 2. cap. 2.*

Digitized by Google

Paullo teste, quo confirmaret notissimos Justiniani libros fuisse sæculo Ch. nono, quos Paullus ut visos, contrectatosque narraverat.

V Qui crassum edere librum volebat Grandius, & suam illam epistolam farcire libris Astensis, ut in justum librum concresceret, ex Astensi quodlibet describebat incautus, indeque est, ut in ea epistolâ nec pes, nec caput uni formæ reddatur, adeo undique collata membra, variæque inductæ epistolæ illi plumæ, legentium animos distrahunt. Contrariis illis eó est humanitas nostra perducta, ut quid illi cedendum sit prorsus ignoret. Si cedamus, Gratianum Pandectas totas habere vix potuisse, si cedamus a nemine ante epistolam CXL Petri Blæsensis, Pandectas esse commemoratas, quid iis reponemus, qui Grandiana illa nobis objiciant, Gratianum edidisse Bononiæ anno Ch. MCL *Decretum*, quo tempore Jacobus, aliique Irnerii discipuli Pandectas Bononiæ explicabant frequentissimis adolescentium conventibus, qui Bononiâ in Europam universam identidem diffundebantur? Quid respondebimus iis, qui nobis objiciant Grandianam illam sententiam de repertis Bononiæ Pandectis jam ab anno MXXXII, explicatisque a Lanfranco illo, & Guarnerio, quem Irnerium nostrum fuisse Jurisconsultorum Principem affirmat aliquando, & Bononiensem Scholam inchoasse, aliquando negat (1), qua ille ambiguâ, & in nil expositum illatâ disputatione profligasse veterem Pandectarum historiam sese, gloriatur? Putemusne in tanta Jurisprudentiæ luce, cum jam decem, & octo ultra centesimum annis Pan-

Grandius contrariis suis agitatur, & præceps agitur.

G de-

(1) *Epist. de Pand p. 19. & p. 63. & seq. edit. Flor.*

dectarum doctrinâ *Bononia* personaret, cum ab Irnerii veri initiis triginta, & quinque anni decucurrerint, non prostitisse adhuc Bononiæ Pandectas, eas multitudinem, quæ ibi erat Jurisprudentiæ causâ, non versavisse diurnâ, nocturnâque manu, sed ignorasse, immo neminem nuncupasse Pandectarum nomen, nondum enim scripta erat epistola illa CXL Petri Blæsensis, cui Grandius primam tribuit Pandectarum mentionem? Si vero cedamus antiquum illum usum Pandectarum, quem ab Altensi Grandius mutuatus suum fecit, a Struvio vero, Conringio, Cironioque Astensis, & Amalphitanâ direptione vetustiorem; Si cedamus, conditores Juris Pisani Pandectis usos anno Chr. MCLX, quod aliquot Pandectarum verba in Pisanis legibus deprehendantur; quid de Grandii constantiâ, & ratiocinatione dicent, qui illum vident triennio jam disputantem, Ivonem, & Gratianum usos non esse Pandectis totis? Qui ejus de Ivone, & Gratiano sententiam illam exceperint, eos usuros fuisse Pandectis, si uti potuissent (1), qua ratione & illa excipere poterunt, quæ Grandius coacervavit ut suaderet, leges, quas ex Pandectis in Ivonis, & Gratiani Decreta translatas ostendimus, ad Ivonis, & Gratiani Decreta non pertinere, adeoque adsutas illis esse manu recentiore? Conditores juris Pisani Pandectis uti potuerunt, Gratianus eodem tempore uti non potuit?

VI At abeat in malam Crucem Gratianus ille, Ivo, Blæsensis, qui bilem Monacho moverunt, qui dum magno homini obstrepunt, nil minus Iliade est

(1) *Pag.* 47.

Digitized by Google

est impeditum, qui cursum præclarissimæ historiæ ruperunt usus antiquissimi Pandectarum, & jugulandi Brencmanni; Sic enim Grandius, postquam furor deferbuit, quem acerbior, quam senem, & Sacerdotem deceret, excitaverat ira, poposcit, *sed quidquid tandem sentièndum hac de re putèt æquus lector, nolim ego longiorem funem contentionis protrahere, immo potius nostræ sententiæ de Pandectis ante sæculum XII. jam rèpertis, & a B. Lanfranco primum Bononiæ explicatis, aptius conducit, si ab Ivone Lanfranci ipsius discipulo, sub eodem Pandectarum nomine commemoratæ fuèrint, atque ab aliis coævis Scriptoribus, aut ab eo sæculo minus remotis*, (1). Itaque cum sex integras paginas ex Astensi sumpsissèt priusquam de Ivone, & Gratiano disputaret, alia deinde sumit, quæ & Astensis idem (2), & Conringius (3), & Struvius attulerant, ut Justiniani Institutiones, Codicem, Novellas cultas jam, & vigentes ante direptionem Amalphitanam fuisse, confirmarent; eosque confutarent, qui Lothario II Germanorum, & Longobardorum Regi restitutionem Romani Juris, & Longobardici abrogationem tribuebant, adeoque & ante conditum jus Pisanum. Noctuas Athenis Monachus cum tulisset, Joanni VIII, Hincmaro, Alexandro II, Agobardo, Attoni, Henrico II. Germanorum Regi, Petro Damiani, quos omnes jam detexerant homines illi doctissimi, nihil é sua penu Grandius adjecit aliud, quam Monastica aliquot monuménta, inter

Grandius sine judicio describit quæcumque ex Astensi.

G 2 quæ

(1) *Pag.* 49.
(2) *Lib.* 1. *c.* 6. 7. 9. *lib.* 2. *c.* 2.
(3) *De origin.* Jur. *Gèrman. cap.* 20. *& seqq.*

quæ epiſtolam Monachi Maſſilienſis ad Abbatem ſuum datam ex Italia Maſſiliam circa annos, ut ipſe putat, MCC unde argumentatione ſane levi, & temerariâ Piſis ſcholam Iuriſprudentiæ publicam jam ab eo tempore fuiſſe, effert. Prodeat præclara illa Mathematici argumentatio. Quis eſt Monachus epiſtolæ Scriptor? Nullum aliud ejus Monachi eſt in Collectione Martenei, & Durandi ſignum, quàm initialis litera R Quis Abbas ad quem epiſtola mittitur? Rurſus una illum initialis litera B deſignat. Cum editores divinaverint, ſcribentem fuiſſe Raimundum, qui e Monacho, Maſſilienſis Epiſcopus factus eſt anno MCXI, Abbatem vero Bernardum, celebrem Gregorii VII Pontificis Maximi Romanorum Legatum, reprehenſi ſunt a Grandio, qui Robertum Monachum invenit in eadem collectione, & Bonfilium Abbatem, quibus epiſtola tribuenda ſit hominibus ſæculi XIII incipientis. Si album Abbatum illorum omnium, Monachorumque Maſſilienſium Grandius protuliſſet, ſi in eo albo nulli alii Abbates, nulli Monachi eſſent, quorum nomina a literis illis inciperent præter Raimundum, & Robertum, præter Bernardum, Bonfiliumque, liceret per nos Grandio cum editoribus epiſtolæ de Roberto, de Raimundo, de Bernardo, de Bonfilio decertare. At cum albo careamus, ut editores Raimundum, & Bernardum, Grandius Robertum, & Bonfilium; ita alii poterunt Rodulphum, Raphaelem, Rotarium, Rainutium, Rainerium, Remigium, Romualdum, Ratherium, Rainaldum, Richardum, Rodrigum, Rogerium alios multos Monachos, Bartholomæum vero, Baldum, Bonum, Bonifacium, Baſilejum, Balduinum, Boemundum, Bagarottum, Bulgarum, Burchardum, Bonizonem, Boſium, alioſ,

Grandius futilibus conjecturis ædificat, & ignorat verum Academiæ Piſanæ principium.

aliosque Abbates literis illis occultatos esse, affirmare, qui ad aetates pertineant diversissimas, & argumentum praebeant quodcumque libuerit, dummodo aetas afferatur posterior anno MCVII quo Petrus Moriconius Archiepiscopus Pisanorum Monasterium S. Michaelis Abbati Massiliensi regendum mandavit, quod hunc per Priores fecisse, non inficiamur, adeoque hujus Pisani Prioris praesidium petere illius epistolae Scriptor a Massiliensi Abbate potuerit. Hoc est argumenti Grandiani caput de Pisanae Scholae antiquitate. Quod vero tam male inceperit argumentum, & male progreditur. Scribit Monachus ille R, *Scholares, & maxime Provinciales, nec non ipsius Ordinis de quo sum, per totam Italiam plures Legibus, catervatim, studium incessanter adhibere*; adeoque & se cupere, ut sibi ab Abbate permittatur *Pisas ad exercendum ibi studium adire*. Cum per totam Italiam diffusi Provinciales legibus operam darent, si ea danda fuit ubi *Studium generale*, ubi publica esset Academia, non Pisis unis, sed & in multis aliis Italicis oppidis, adeoque & Patavii, & Neapoli, & Perusii, & Ticini & Senis esse debuerunt per id tempus Academiae, quo Monachus R ad Abbatem B scripsit de studio juris Romani. Quamobrem aut Academiam ejusmodi Monachus non cogitavit, aut Saeculo XIV est epistola illa includenda, quo certo sunt includendae origines Academiarum Ticinensis, Senensis, Perusinae, ne unis Bononia, Neapoli, Patavio quod de tota Italia dicitur, constringamus; nam nec Perusina, non ante ultimos Saeculi XIII annos exorta, decem illis annis, qui inter ejus ortum, & XIV Saeculum medii fuerunt, potuerat adeo celebrari. Grandius ut Robertum, & Bonfilium suos ex initia-

libus

Digitized by Google

libus literis illis exereret, annos protulit MCCXII, & MCCXXXII annis comprehensos : Si Academiam, in qua diutius detineretur, Monachus expetebat, debebat, facile suspicari, Abbatem minime permissurum esse quod ipse postulabat, cum non longe a Massiliensi Monasterio jam esset celebris Montis Pessuli Academia, quæ Placentino, aliisque viris doctissimis ornabatur (1). Bandinus enim Pisanus, aut Bulgarus, de quibus Pancirolus disputavit, Pisisne vixerint, etsi Pisani fuerint, incertum est. Neque vero leges discere cupienti, Academia fuerat necessaria. Romæ maxima Jurisprudentiæ data opera est, priusquam aut Hadrianus, aut Alexander Severus, aut Theodosiani Principes in Athenæo statuerent Jurisconsultos (2). Cum enim, ut ait ille apud Ciceronem (3), in jurisprudentia *omnia sint posita ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum, atque in foro, neque ita multis literis, aut voluminibus magnis contineantur*, disciplinam, quæ usu continebatur, & usu discebatur, monstrantibus senioribus, ad quos juniores deducti essent, & leges, & controversias, & actiones, & fori disputationes, ut & hodie discitur a plerisque, qui ad caussas agendas non Academicâ disciplinâ, sed Patroni alicujus,

---

(1) *Conring. antiquit. Acad. dis.* 1.

(2) *Lampr. in Alexandr. Casaubon. ad Capitolin. Pertinac.*, *Gotbofr. in not. ad leg.* 1. & *l.* 16. *Cod. Theod. de medic. Conring. antiquit. Academ. dis.* 1.

(3) *De orator. lib.* 1.

Digitized by Google

cujus, aut Judicis præparantur, utque ab omnibus fieret, nisi Romanæ Jurisprudentiæ libri essent, quibus tanquam alicujus scientiæ utimur elementis, quibusque ars veluti quædam confecta est, qua mores, qua leges uniuscujusque Civitatis, rem dissolutam, divulsam, mancam conglutinaremus, impleremus, & ratione quâdam adstringeremus. Quis credat, omnes Italos qui judicia exercebant doctrinæ suæ fisos liberrime, qui consulebantur, Bononiæ Romanam Jurisprudentiam didicisse? Quot, putamus, egestas, quot ignavia, quot valetudo, quot rei domesticæ ratio impediebat, quominus Bononiam irent, Bononiæ consisterent tempore ad eam disciplinam perficiendam necessario, cum in plena jam Academiis Italia, cum legibus a majore judiciorum parte eos arcentibus, qui Academicâ probatione destituantur, plurimi, qui nullam viderint Academiam, in foro, judiciisque versentur? Quis contra neget, plures esse debuisse in Italicis Civitatibus pro populorum, pro opum, pro imperiorum modo, qui acceptam Bononiæ Jurisprudentiam colerent, exercerent, explicarent, tum caussas agendo, tum de jure respondendo, tum judicando, tum denique illam avidis aliis præeundo, adeoque eosdem docendo? Pisanæ autem Reipublicæ per illa sæcula opes, copiam, imperium, amplissimæ Civium, peregrinorumque frequentiâ, quis ignoret Italus, aut Europæus? Quot ibi judicia, quot contractus, quot testamenta esse debuerunt, quibus ditarentur Jurisconsulti, ubi maxima erat rerum poténtia, ubi ex universo terrarum orbe mercatores erant, teste quantumvis Pisanis iniquissimo Donnizzone (1) Qui

(1) *Vita Mathil. Comitis. lib. 1. c. 20.*

Digitized by Google

Qui pergit Pisas, videt illic monstra marina;
Hæc Urbs Paganis, Turcis, Lybicis quoq; Parthis,
Sordida Chaldæi sua lustrant littora tetri.

Testibus ipsis Pisanis legibus anno Chr. MCLX compositis, quarum hæc prima sunt verba, *Pisana Civitas a multis retro temporibus vivendo lege Romanâ, retentis quibusdam & de lege Longobarda, sub judicio legis propter conversationem diversarum gentium, per diversas mundi partes suas consuetudines non scriptas habere meruit, super quas annuatim Judices posuit, ut ex æquitate tam Civibus, quam advenis, & peregrinis, &c*; Teste denique Gunthero (1), ut ab aliis abstineam:

——— Securos Janua missis,
Altaque Pisa viris aditus præstare jubentur,
Utraque Tyrrhenas longe metuenda per undas,
Utraque famosis late vulgata triumphis?

Ea ergo Civitas, in qua negotia multa, judicia multa agerentur, & lucri plurimum esset Jurisconsultis, & multos habere Jurisconsultos, & Jurisprudentiæ discendæ locus esse debuit aptissimus, ubi & Burgundium Judicem celeberrimum, & Bandinum, Sigerium, Paperonum viros juris, & canonum doctrinâ præclarissimos fuisse scimus, pares, aut proximos ætati illi, quám Grandius tribuit epistolæ Monachi Massiliensis. Qui véro Monachus ob equi mortem, cum in Italiâ, fortasse in Etruriæ, Liguriæque finibus esset, Romam perveniendi spem abjecerit, non magno viatico esse debuit instructus, quique Romam ire non poterat, Bononiam quoque ab eo desperatam fuisse, oportet, & spem unicam ei superésse Pisas viciniorés, ubi Monasterium esset

(1) *Lib. 9. Ligurin.*

esset Massiliensi addictum, quod aleret Monachum Massiliensem. Quod itaque scribit Monachus, in multis Italiæ Civitatibus Provinciales multos esse, qui legibus operam darent, non de Academiis, quales nunc habemus Pisis, Bononiæ, Patavii, Perusii, Ticini, sed de Jurisconsultis, qui in Italicis Civitatibus privatâ auctoritate, operâque docerent, quam Bononiæ hauserint Romanam Jurisprudentiam, est accipiendum, deque insinuatione, & deductione Monachi ad celebrem Patronum aliquem Pisanum, accipiendum illud præsidium Pisani Prioris, quod ab Abbate Massiliensi Monachus implorabat.

VII. Nisi & illud suspicemur, Priorem ipsum Pisanum, aliumve Monachum potuisse jus Romanum, quod expetebat Massiliensis Monachus, explicare, indeque esse præsidium illud Prioris, quod Abbatem ipse poposcit. Reputo morem veterem Monachorum (1) a Trithemio, Langio (2), Miræo (3) traditum, jamque a Caroli Magni temporibus ductum literariæ disciplinæ; Scholas illas Monasticas Conringius inter ea posuit, quæ Academiis seu Universitatibus literariis, quibus nunc utimur, præcesserunt (4). Reputo communem omnibus Monachis per illa tempora honorum Ecclesiasticorum cupiditatem, quos excellentiâ doctrinæ maxime consequebantur, *quantum vero hæc Monachorum institutio ordini nostro profuerit, nemo ignorat, qui veterum historias studiosius revolvit. Multi enim ex*

Grandius Monachales Scholas jam a Caroli Magni temporibus usitatas.

H Mo-

(1) *In Chron. Hirsaugiensi.*
(2) *In Chron. Citicensi.*
(3) *Lib. 2. cap. 1. origin. Monastic.*
(4) *Antiq. Academ. dissert. 3.*

Digitized by Google

Monachis propter scientiam litterarum ad Episcopatus honorem sunt promoti, ita Trithemius in Chronico laudato: *dum ordo noster Ecclesiam Dei mirum in modum doctrinâ & sanctimonia illustraret, studium sapientiæ permaxime in eo viguit; Et hæc unica fuit, & maxima causa, quod Monachi eligebantur in Episcopos; Tunc enim litterarum gymnasia erant in cœnobiis, & potissimum in celebrioribus*, ita in Chronico pariter laudato Langius; Ita alii multi. Reputo, doctrinâ illâ Monasticâ Jurisprudentiam fuisse comprehensam, ut Reginonis opera testantur, Petri Damiani, Gratiani, Ivonis, quem Lanfranci Monachi sui discipulum Grandius agnoscit, ut celebris ille Udalricus Abbas S. Galli, qui paulló post Friderici Barbarossæ obitum *in jure forensi, & Ecclesiastico quidquid excogitari poterat, facèto Minervæ poculo cunctis audièntibus propinavit*, quod in illius Monasterii casibus scripsit Conradus de Fabariâ (1), ut Abbas ille Benedictus, quem Britannicum Roberti Chronicon, libros juris Romani describendos eodem aut sequenti sæculo mandasse, testatur (2). Reputo, Italos fere omnes, si Ecclesiasticos, & Romani Ducatus populum demas, duobus illis sæculis, quibus Italiæ parti maximæ Longobardi dominati sunt, & leges Longobardas imposuerunt, jam assuevisse legibus Longobardorum, quibus admixtos matrimoniis, & successionibus plurimos, qui fundos Itali-

cos

(1) *Conring. de orig. Jur. Germ. cap* 20. *Struv. hist. Jur. cap.* 5. §. 7. *Brunquell. hist.* Jur. *part.*3. *memb.* 2. *cap.*1.

(2) *Cap.* 5. *Selden. de dec. Script. Angl.num.*8.

Digitized by

cos possiderent, maximam judiciorum partem ex legibus Longobardorum agitavisse; itaque quantamlibet juris electionem Carolingici Principes Italis permiserint inter Romanum, & Longobardum, Longobardum usitatum fuisse, relictas Ecclesiæ fuisse Romanas leges, easque, ut se iis, suaque tuerentur, cum Monachos, tum Clericos discere debuisse, quæ privilegiis plenæ erant Ecclesiæ causâ irrogatis. Et veró monumenta fere omnia, quibus juris Romani usum continuatum ad sæculum XII fuisse, sapientes confirmaverunt, ad Clericos, aut Monachos pertinent, per illud etiam tempus servatis legibus Longobardis a reliquo populo, quo nomen unum deleti a Francis Longobardorum regni supererat, adeoque unâ populorum consuetudine jure Longobardorum sustentato, quibus quidquid multi declamaverint, humanitas & prudentia non défuit. Tandem & illud reputo, inter claros Legum Interpretes non paucos a Pancirolo Monachos esse repertos (1). Quid ergo Grandius ei respondeat, qui aut Prioris, aut alterius Monachi Jurisprudentiam a Massiliensi Monacho desideratam fuisse, suspicaretur, adeoque nullum publicæ Academiæ, quæ Pisis fuerit sæculo XIII, certum argumentum epistolam illam Monachi Massiliensis esse, affirmaret?

VIII. Sunt, fateor, res literariæ ab iis, qui scribunt historias, sæpe prætéritæ. Pauci Pisanam historiam ediderunt. At non omninó defuerunt rerum Pisanarum diligentes, quos contémnere Grandius minime debuit, cum Pisanæ Academiæ originem inquirendam sibi sumpsisset. Novimus Etru- *Verum principium Academiæ Pisanæ.*

H 2 sci,

(1) *Lib.* 4. *cap.* 8.

ſci, Volateranum eam noſtrarum antiquitatum partem accuratiſſime inveſtigaſſe, quam cæteri ut minorem omiſerunt. Novimus Piſani, Troncium, etsi quandoque dormitaverit, res Piſanas penitus introſpexiſſe. Uterque anno Piſano MCCCXXXIX tribuit Academiæ Piſanæ primordia (1). Anonymum Piſanum Chronicon ſæculi XIV clariſſimus Biſcionius duobus ab hinc annis deſcriptum ex Bibliothecâ Laurentianâ Clariſſimo Muratorio miſit edendum, quod Troncio fidem, quod Volaterrano conciliat, qnod ab homine ſcriptum, rei, quam narrabat, æquali, nemo rejiciat *nel mille trecento trentanove venne lo ſtudio in Piſa, e fue da moltiſſimi Cittadini lodato, ma non per la Chieſa Romana, e Papa Benedetto riſervò a ſe molte piccole Chieſe*. Fruſtra itaque ex Clementis VI diplomate Grandius annum MCCCXLIII commemorat, quo Piſana Academia reſtituta fuerit, cum jamdiu condita ceſſaviſſet; orienti enim Academiæ Piſanæ Pontifex Romanus obſtitit, Piſanoſque multavit minoribus illis Eccleſiis, exoptatæ, & præmiis exceptæ ſapientiæ reos. Fruſtra laborat, ut inveniat rationem, qua cum Academiæ Piſanæ reſtitutione illâ conjungat, quod de Bartolo traditur in Academia ipsâ Juriſprudentiæ doctore anno Chr. MCCCXXXIX. Fruſtra vetuſtiorem Piſis Academiam cogitat, quæ interciderit, & anno fuerit MCCCXXXIX refecta, neque enim, *tornoe*, ſcribit Anonymus ille, ſed *venne*. Solidiſſima iſthæc, & probatiſſima debuit Grandius refutare, priuſquam Piſanam hiſtoriam

(1) *Tronc. annal. Piſ. pag.* 343. *Volaterr. Geograph. lib.* 5. *cap. res Piſanor-*

Digitized by Google

riam reformandam, delendamque susciperet futili illâ ex suis R, & B ductâ conjecturá, quam nec exigere potuit, quantum juris & historiæ peritus exegisset contra Gallos epistolæ editores, qui anno MCX epistolam illam incluserunt, quam ipse anno inclusit MCCXXXII. Scire debuit, qui de istis rebus libros conscribere auderet, Alexandrum III Pontificem in Concilio Turonensi, causas agere Monachis vetuisse (1), idemque in Concilio Rhemensi ab Innocentio II fuisse primum constitutum (2), indeque esse, quod epistolæ, quam versamus, Scriptor veniæ impetrandæ causam prætendit, *non sæcularibus placitis inhiandi, sed solam sui Monasterii justitiam adjuvandi*, adeoque epistolam, quæ Pontificias illas, Conciliaresque constitutiones Scriptori notas fuisse, indicet, illis esse posteriorem debere, annoque MCLXIII, quo actum est Turonense Concilium, aut certe MCXXXII, quo Rhemense. Ergo argumentationem illam Grandianam colligamus. Nomen Monachi, nomen Abbatis incertum est. Incertus Doctor, quem optabat Monachus, publicusne esset ille, an privatus, Monachus, an sui juris. Incertum tempus. Leges ipsæ, quibus opera danda erat, incertæ, *Legibus* enim scripsit Monachus, non *Romanis Legibus*. Incerta hæc tamen Grandius, ut cum ratione insaníret, certa facere voluit, & pro certis nobis obtrudere; paullò enim post illam argumentationem, *indubitatum ejus epistolæ testimonium*

---

(1) *Concil. tom.* 10. *pag.* 1424. *cap.* 8. *Fleur. lib.* 70. *num.* 63.

(2) *Bernard. ep.* 64. *& ibi Mabil. Fleur. lib.* 68. *num.* 9. *histor. Ecclesiast.*

nium appellat (1). At Juriscosultorum Ravennatium exedras Damianus commemorat, inquit Grandius *patet non privato duntaxat studio, juris Romani cultum jam tum in Italia floruisse, verum etiam publicè traditas Justiniani leges ipsomet sæculo XI, quippe Jurisconsultorum exhedras nostèr Damianus appellat*. Qui *exhedras* cum litera aspirante scripserit Grandius, indicavit, se quid sit exedra penitus ignorasse. Budæus in Græcæ linguæ commentariis docuit, loca quælibet sedendo apta, exedras appellari. Vitruvius docuerat, cum Græcos tum Romanos in prædiis urbanis construendis exedras facere consuevisse (3). Cicero, & Crassum in privata exedra sedentem inventum, & posito lectulo recumbentem (4), & illum, qui cum Cajo Vellejo disputabat (5) scribit. Ergo Romæ, ergo in Italia innumera tunc fuerant *studia publica & generalia*, si huic Mathematico auscultamus. Denique adeo Pisis Academiam publicam fuisse XIII. sæculo vult Grandius, ut & multo ante illud tempus Medicinam ibi traditam publice fuisse contendat, quod in vita S. Rainerii Magister Hugo commemoretur (6), *Phisicam quoque, & Medicinam, Pisis longe ante illam ætatem traditam fuisse, colligi potest ex vita S. Rainerii Pisani, qui anno* 1160. *ad Deum abiit apud Papetrochium* 17. *Jun.. nam ibi ser-*

(1) *Pag.* 18. *art.* 12.
(2) *Artic.* 9. *pag.* 13.
(3) *Lib.* 5.
(4) *Lib.* 3. *de Orat.*
(5) *Lib.* 1. *de natur. Deor.*
(6) *Art.* 12. *in not.*

Digitized by Google

sermo est de Magistro Hugone Phisical's doctrinæ laurèa redimito, qui & alibi expresse Medicus vocatur. At quis ignorat, Medicos omnes sæculis illis in Etruriâ Magistros dictos fuisse? Jam & Florentiæ statuet Grandius publicam Academiam, contra quam quod ipse jampridem statuit in jurgio Monastico, quod contra sodalem suum Venturinium ferociter agitavit; Sæpe enim & Boccaccius, & Sacchettius, & alii Scriptores veteres Florentini Magistrum Dinum, Magistrum Nicolaum, Magistrum Thomam, Antonium, aliosque laud. nt. Jam Etruria, atque Italia Academias plurimas habuerunt ubi medicina traderetur; Nulla enim Italicæ Civitatis historia est, in qua Magistrum hujusmodi aliquem non offendamus, postquàm cœpit Salernitana Schola celebrari.

Quàm ineptus fuerit Grandius, dum Pandectas Pisanas, non esse a Pisanis in Amalphitana direptione inventas disputavit, èvidentèr ostenditur.

CAP. IV.

Mirari minime debemus, ait Grandius, (1) Pisis Jurisprudentiam Romanam viguisse sæculo XIII, cum jam undecimo sæculo eadem Bononiæ, Lanfranci, & Guarnerii operâ, publice explicaretur, qui ibi Pandectas repererant. Hoc Lanfranci opus neque Crispinus scripsit, neque alii qui Lanfranci vitam enarraverunt, sed Robertus de

(1) *Art.* 12. *pag.* 18.

de Monte, qui Sigeberti Chronicon continuavit; Rursus non ille Robertus, quem pro Roberto Sigeberti continuatore habet Pistorius Nidanus, & Struvius, sed alius, cujus scripta quatuor integris sæculis ignorata, sæculo superiore Dacherius edidit, iisdem Robertum auctorem attribuens. Erit fortasse qui Dacherii judicium, qui Dacherii fidem nolit omnino sequi. Nos doctioribus, & chartarum hujusmodi peritioribus Robertum hunc Dacherianum relinquimus judicandum. Esto quidquid iste Robertus narraverit, quod narravit expendamus. Hic quoque peccavit Grandius, quod in Blæsensis epistolâ illâ peccavit. Ut enim epistolam, quam non viderat, attulit ex Glossario Latino = Barbaro, ita Roberti nunc affert Chronicon, quod non vidit, sed ejus verba profert, qualia vitas Sanctorum legenti illi, notas quædam ad B. Lanfranci vitam ab editoribus adjecta objecit. Itaque primo tanquam a se visum Robertum laudavit, dum aliud Chronicon, quod Robertum auctorem ferret, extare ne suspicaretur quidem (1) *at cèrte Bononiæ sub initium prædicti sæculi florère cœpisse, demonstrari potest ex Roberto de Monte Monacho Beccensis Cœnobii -- Is in Accèssionibus ad Chronicon Sigeberti Monachi Gemblacensis de B. Lanfranco, qui pariter Monachus, & Prior Beccensis fuerat, mox Abbas Cadomensis, & demum Cantuariensis Archiepiscopus electus est, verba faciens ad annum 1032. hæc habet* : Lanfrancus Papiensis, & Guarnerius socius ejus, repertis apud Bononiam legibus Justiniani Imperatoris, operam dederunt eas legere,

(1) *Art.* 10.

gere, & aliis exponere, *mirum est hunc locum a nemine, quem sciam, hactenus animadversum esse, qui multam nostro negotio lucem afferre potest*. Robertus autem Dacherianus ita scripsit *Lanfrancus Papiensis, & Guarnerius socius ejus, repertis apud Bononiam legibus Romanis, quas Justinianus Imperator Romanorum anno ab Inc. Dom.* DXXX *abbreviatas emendaverat; his, inquam, repertis operam dederunt eas legere, & aliis exponere; sed Guarnerius in hoc persevèravit; Lanfrancus vero disciplinas liberales, & litera Divinas in Galliis multos edocens, tandem Beccum venit, & ibi Monachus factus est*. Annus ille DXXX Codicém Justiniani, quem scimus annó DXXIX absolutum fuisse duntaxat, non Digesta quatuor post annis pérfecta fortasse videatur acutioribus ingeniis indicare. Sed jam Grandius exultat. Jam Digesta videt a Lanfranco, & Guarnerio explicata. Jam Grandio sunt Pandectæ non Amalphiæ, sed Bononiæ repertæ, sæculo non XII, sed XI. Jam non Irnerius, sed Lanfrancus primus Digéstorum explicator. Jam Guarnerius ille Lanfranci sodalis magnus ille est, quem Irnerii nomine, Juris véro Lucernæ cognomine omnes, qui studént Jurisprudentiæ, venerantur. Jam Lanfrancus, cum minor XXV annis esset adhuc eo anno, qui post illum vixerit quinquaginta & septem, auditâ Pandectarum inventione, continuo se, Græcamque, & Latinam sapientiam, qua plenus erat, Bononiam transtulit ad ornandas Pandectas. Jam Becci Monachus factus Lanfrancus Digéstorum Scholam aperuit, indeque est, quod éjus Ivo discipulus tres in epistolis Digéstorum leges commemorare potuerit. Jam potuit Guarnerius ille Mathildæ Comitissæ rogatu Bononiæ publicâ éxplicaré auctoritate Pandectas, quas

ibidem privatâ pridem explicasset, ut verum sit, quod de Mathildâ, & Irnerio scripsit Urspergensis. Jam falsum omne, quod de Pisanis, & Amalphia traditum est, quantum attinet ad Pandectas, cum illud Scriptor nullus confirmet aut æqualis, aut suppar, cum falsis multis Amalphitana illa Pandectarum inventio circumdata ad nos pervenerit. Jam Pisas Pandectas, aut Bulgarus Pisanus attulit Bononiæ illi ab Irnerio testamentó relictas, aut Burgundius Constantinopoli, qui non semel fuerat Pisanorum ad Imperatorem Legatus (1).

Grandii somnia in historia Pandectarum.

II. Quot verba, Academici, tot errores, tot ægri somnia, tot vanæ species stulte, & impudenter expositæ. Magnifica ista, splendida, gloriosa,

Hi motus animorum, atq; hæc certamina tanta,
Pulveris exigui jactu compressa quiescunt.

Quum dixerimus, aliud Amalphiæ, aliud Bononiæ Pandectarum exemplar esse potuisse; Quum dixerimus, quod versavit Irnerius, aut Lanfrancus, aliud ab Amalphitano fuisse; Quum dixerimus, Pisano non maximum initio honorem, quod unum esset é pluribus, qui é tenebris emergebant; Quum diximus, ut antiquitatem, ita & pretium a posterioribus temporibus, quibus alia similia perierint exemplaria, Pisano obvenisse; Quum dixerimus, falsa illa, quibus hodie mixta est inventio Amalphitana, non esse in veteribus monumentis Pisanorum; omnia concident, quæ tanto Grandius hiatu, tantisque projecit ampullis. Tu vero, Guido, aliud Bononiæ, aliud Amalphiæ Pandectarum exemplar esse

Grandius negat cum affirmaverit.

(1) *Art.* 12. 13. 14. 15. *& seqq.*

esse potuisse qui neges, postquam idipsum fueris aperte confessus? Tua scilicet sunt verba isthæc (1), *impossibile videtur, ut ex Florentinis vulgatæ Pandectæ descriptæ fuerint, ideoque hæ in Italia, ac Bononiæ præsertim jam habebantur ante Lotharii II tempora, & ante Amalphitanam direptionem factam a Pisanis*. Nonne cum de Ivonis, & Gratiani Pandectis disceptabamus, dixisti, *ultro fateor negari non posse, quin etiam ante sæculum XI aliquæ saltem legum in Digestis contentarum laciniæ, ac tota etiam fortasse illarum collectio, quibusdam auctoribus innotuerint* (2)? Nonne avidis oculis, avido calamo excepisti, quæ Astensis docuit, de missis ad Italos a Justiniano Pandectis, eisque versatis, tritisque duo post sæcula manibus Italorum, & Paulli illius Diaconi, cujus verba etiam descripsisti (3)? Nonne tuus ille Astensis copiose confirmavit, vulgatas Pandectas usitatas esse ab Italis priusquam Pisanæ detectæ fuerint, & esset Amalphia direpta (4). Fateor, mihi non probari, quod scripsit Astensis, Burchardum usum esse Pandectis, & verius scripsisse Conrigium (5), nihil in Burchardi libros ex Pandectis esse traductum. Fateor, potuisse Astensem Gratiano tribuere usum Pandectarum vulgatarum, si aliquot Gratiani loca cum utris-

 que

(1) *Pag*. 84. *ed. Flor.*
(2) *Ib & pag* 85., *& seq.*
(3) *Ibid pag.* 49.
(4) *Lib.* 2. *cap.* 2. *&* 3.
(5) *De orig. Jur. Germ. cap.* 19.

Digitized by Google

que Pandectis contulisset (1). Sed libens cedo Aftenfi, Pandectas vulgares in manibus esse Italorum, Gallorumque antiquitus potuisse, qui sciam, & Ivonem illis usum esse, & in veteris Advocati responso, quod in Archivo Ecclesiæ Aretinæ est, sæculo VIII dato Pandectarum jus & nomen contineri, teste, qui mihi est instar omnium, humanissimo Viro Canonico Jannerino; id enim mihi argumento est, in multis aliis responsis illorum temporum, si superessent, Pandectas fuisse deprehendendas. Ut vero rarior illis temporibus Pandectarum, quam Codicis usus esset, non ex unâ Ecclesiasticorum arte arbitror factum, qui privilegia Clericorum, & Ecclesiarum caussâ irrogata, & damnatos hæreticos, & constitutionem Catholicæ Religionis in Codice contenta diffundere conarentur, quod aliqui dixerunt, sed & ex ignavia quoque, & paupertate eorum, qui in *foro judiciisque* versabantur. Justinianus eas contrahendi Romani juris caussas, sese habuisse professus est *homines, qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerunt, tamen ex paucis lites agebant, vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam inscitiam* (2). Quæ difficultates Jus Justinianeum fecerunt, eædem, cum in dies decrescerent patrimonia,

---

(1) *Cap. vulgaris cap. solicitum, cap. aut facta de pœn. dist. 1. cum l. vulgaris in pr. ff. de furt. l. qui domum ff. ad leg. Jul. de adult. l. aut facta, ff. de pœn.*

(2) *L. in tanta S. mirabile C. de vet. Jur. enucl.*

Digitized by Google

nia, barbaris omnia vastantibus, jus ipsum Justinianeum contrahendum suaserunt, aut derelinquendum. Exemplo mihi est, quod in Normannorum antiquitatibus traditur (1) de Vacario *Magister Vacarius, gente Longobardus, vir honestus, & juris peritus, cum leges Romanas anno ab inc. Dom MCXLIX in Anglia discipulos doceret, & multi tàm divites, quàm pauperes ad eum causâ discendi confluerent, suggestione pauperum, de Codice, & Digestis excerptos novem libros composuit, qui sufficiant ad omnes legum lites*. Summas illas Placentini, Azzonis, aliorum, qui primi fuérunt libri Jurisconsultorum postquam restituta penitus Romana Jurisprudentia est, & pauperum desiderium pepérisse mihi videtur, & ignavorum. Et vero cum Wilelmus Malmesburiensis circa annum MCXXX a jure Justinianeo describendo se abstineret, & Theodosianum illi substitueret, laborem caussatus est, non deficientiam librorum Justiniani, *nunc quidquid de Principibus Italiæ, & Romæ potuimus invenire, curavimus non omittere. Congruum videtur leges Romanas apponere, non eas, quas Justinianus fecit, esset enim hoc ingentis operis, & laboris, sed eas, quas Theodosius minor* (2). Reformidari hunc laborém consuevisse, & Anonymus indicat, cujus est ad Bonifacium Moguntinum epistola VIII sæculo data, *nec enim parva temporis intervalla protelanda sunt* ei duntaxat qui solérti sagacitate legendi succensus *legum Romanarum jura medullitus rimabitur, & cuncta Jurisconsultorum decreta* ex inti-

---

(1) *Duchesne annal. Normann. pag.* 983.
(2) *Apud Selden. diss. ad Flet. c.* 7. §. 2.

Digitized by Google

intimis præcordiis ſcrutabitur (1) ; Juriſconſultorum illa decreta eſſe, & Caii poſſent inſtitutiones, Ulpianique , & ſententiæ Paulli , niſi ea eſſent quæ non ſine magno poſſent temporis intervallo penitus inveſtigari : Tria illa juris Romani membra , quæ Juriſconſultos habent auctores , quovis ſunt Imperatorum Codice tenuiora ; Cumque exaggeratus ab Anonymo labor non conſtitutiones Imperatorum ſpectet, ſed Juriſconſultorum Decreta, eo facile adducor , ut credam , Digeſta eſſe ab Anonymo deſignata , non Caii , non Ulpiani fragmenta , non breviſſimas Paulli ſententias .

Grandius per laſciviam & ſine ulla aut ratione , aut neceſſitate rejicit hiſtoriam Pandectarum Piſ.

III Aliud ergo a Piſano exemplar Pandectarum eſſe potuit ac debuit,quod Bononiæ repertum eſt.Habuit, etsi raras, etsi a pleriſque neglectas Gallia Pandectas ſuas , habuit Italia , habuit Bononia ; Ravenna , Arretium , Amalphia , unde exemplar cum reliqua præda Piſani abſtulerunt, quod forte fortuna ſervatum, aliorum caſus, & literarum antiquitas præclariſſimum effecerunt . Lanfrancus , quas in alicujus Bibliothecæ Bononienſis pluteo reconditas Pandectas per eos dies ſors objecerat,explicavit.Quæ ergo , Guido , tibi neceſſitas divinandi de Bulgaro , qui Bononiâ Pandectarum celebre exemplar attulerit Piſas Patriam Bulgari incertiſſimam , quidquid tu ſis conjecturis leviſſimis conatus adſtruere ; de Burgundio , qui attulerit Conſtantinopoli , cum nullo inſtrueréris antiquo teſte , nullo vetere monumento , nullo adducereris argumento probabili ? Quæ tibi neceſſitas præferendi Robertum tuum hiſtoriæ Piſanæ veteri , & famæ vulgatiſſimæ , qua Piſanarum Pande-

(1) *Epiſt. Bonifacii Mogunt.* 68.

Digitized by Google

dectarum inventio Amalphiæ tributa est, non Bononiæ, non Constantinopoli, immo non præferendi modo Robertum tuum, sed & Roberti tui gratiâ contemnendi, exsibilandi Etruscam historiam, virosque gravissimos, quorum auctoritate, & judicio Amalphitana inventio confirmatur? Pereat historia nostra, ut valeat Robertus ille tuus? At si superstite, & incolumi historiâ nostrâ Robertus ille tuus & vivere, & celebrari potest, quæ tandem tua tanta est lascivia, quæ inhumanitas, ut cum nulla hortetur utilitas, cum nulla cogat necessitas, vel invito velis Roberto illi Gryphios nostros, Gambacurtas, Granchium, Volaterranum, Bonificontrium, Taurellios, Troncium, Brencmannumque mactare? Qua te feritate agitari, dicamus, quo teneri in Pisanos, Amalphitanosque odio, qua commoveri libidine novitatis, ut, cum condere te novam finamus historiam tuis Monachis gloriosam, non sis innocenti laude contentus, sed & historiam nostram velis captivam, cædendamque manibus ducere post terga revinctis, quó fiat Monasticus triumphus ornatior? Commune itaque nihil habebat quod de Amalphia traditum est cum eo, quod de Lanfranco, & Guarnerio Robertus tradidit. Grandius tamen (1) statim ac Guarnerium Lanfranci sodalem fuisse constituerat, qui ad annum MCII potuerit pervenire; statim ac multó ante Lotharii Saxonis imperium objisse illum, affirmaverit, ad confutandam Amalphitanæ direptionis historiam ita devenit (2), *Superest Amalphitanæ direptionis historia discutien-*

(1) *Art. 19., ep. ad Averaptum p. 21.*
(2) *Ib. art. 15. p. 22.*

tienda, quæ multis obnoxia videtur difficultatibus, quominus repertum ibi Pandectarum volumen, ut vulgo tradunt, atque a Lothario Imperatore donatum Pisanis arbitremur. Et quidem ipsi Brencmanno donatio ipsa suppositititia merito visa est; sed cur non item ipsa Pandectarum apud Amalphitanos inventio similis falsitatis suspecta ipsi fuerit, plane non capio, cum ex uno eodemque fonte, eoque aliis mendaciis vitiato utraque derivetur; nutante autem aliqua ex parte historiæ fide, non est cur in cæteris illam fulcire conemur. Quod ad Guarnerium illum, qui Irnerius fuerit, attinet, non est cur hominem confutemus; ipse enim postquam Altensis libris studuit, quantum opinioni illi temere conceptæ obstet historia, cognovit, & in notis sese emendavit (1): Adeoque, qui fuerit, *unus ille, idemque fons mendaciis vitiatus, a quo & inventio apud Amalphitanos Pandectarum, & donatio illa Lothariana derivavit*, videamus. Dic, tu igitur Guido, quis est hic tuus unus, idémque fons? Tu vero & ignoras, & taces; & eo ignorato, eo non indicato Lectoribus tuis, audacter urges temerariam confutationem.

Grancius nullam fabulam adjicit inventioni Pisanarum Pan.

IV Rainerius Grancius, Nobilis Pisanus, quem & Religio Dominicana commendat, carmen octo libris distinctum edidit *de præliis Thusciæ*, Betto Gryphio inscriptum, qui Legatus in Sardinia anno MCCCLVI Pisanorum Troncio dicitur in Pisanis annalibus. Nihil in eo poemate est anno Christi MCCCXLVI posterius. Clarissimus Muratorius, qui

(1) *Art. 15. pag. 2.*

Digitized by Google

qui poema vulgavit (1), eam ætatem tribuit Grancio illi, qui trium lustrorum operam poëmati sese dedisse profitetur in epistola, quam ad Gryphium scripsit. Veri est simile, hominem illa scribentem quinquagenario fuisse majorem, adeoque sæculo XIII natum vix centum, & quinquaginta annis post Amalphitanam direptionem. Is itaque libro ejus carminis tertio, inventas in eâ direptione Pandectas Pisanas fuisse, narrat fine ullâ mixturâ, fine ullo adjuncto, fine donatione illâ Lotharii; enumeratis enim aliis, quæ Pisani, cum concordes essent, feliciter gesserant, inventionem Pandectarum illam adjungit,

Malphia Parthenopes datur, & quando omne per æquor
Unde fuit liber Pisanis gestus ab illis
Juris, & est Pisis Pandecta Cæsaris alti
Civibus adjunctis animo, mente atque fideli:

Malphiam pro Amalphiam doctissimus Muratorius accepit maritimum oppidum, quale esse decet, quod Grancius extulerit additis verbis illis *omne per æquor*. Camillus Peregrinus Scriptorum Campanorum diligentissimus monet (2), illorum sæculorum Scriptores Malphiam, & Amalphiam promiscue scripsisse. Beniamin Tudelensis (3) *hinc*, scribit, *unius diei itinere venitur Salernum Scholam Medicorum Edomæorum, ubi præterea sexcenti degunt*

K Ju-

(1) *Rer. Ital. tom. II. pag.* 285.
(2) *In not. ad Lupum Protospat. ad ann.* 1096
(3) *In itinerario.*

Digitized by Google

Judæi, inde dimidii diei itinere distat Malfi, ubi viginti circiter Judæi. Ita Carolus du Fresne (1), ita in lexico Geographico Ferrarius, ita Anonymus Scriptor rerum a Longobardis gestarum in Italia Cis Tyberina seculo X, qui de itinere Ludovici Imperatoris ita scribit (2) *obtinuit Capuam, ingreditur Salerno, navigans Malfim, Puteoli utitur lavacris, & per Neapolim Suessulanam adiit Urbem.*

Bolognini fragmentum nullam fabulam adjicit inventio Pand. Pisar.

V. Anno Ch. MDII castigationes suas in Pandectas ope maxime Pisani Codicis absolvit Ludovicus Bologninus Florentiæ Quinquevir stlitibus judicandis, Codicisque historiam aliquam adjicere conatus, Chronici particulâ, quod erat penes Philippum Gryphium Comitem Joannis Comitis filium Pisanum Civem nobilissimum Pisanis ab Amalphitanâ diréptione obvenisse docet; Hujus hæc verba sunt, *Incomenziò la guerra contra el Re Roziero Re de Cecilia inimico de la Giesia Romana; per la qual cosa de l' anno 1136. el terzo dì de Zugno se fece el Concilio in Roma; al quale furno molti Cardinali: Archivescovi: Vescovi: Abbati, e Sacerdoti con multi Signori, & Oratori: el quale Concilio durò insino a lo octavo Idus Junii. E per comandamento de èsso Sommo Pontèfice Papa Innocentio II li Pisani pridie Nonas Augusti armorno quarantasei galee. Furono a la Costa de Malfi, e quello dì per forza lo preseno con septè galee, e doe nave. In la quale Città trovorno le Pandette composte da la Cesarea Maestà de Justiniano Imperatore: e depoi quella brusonno, e l' altro*

(1) *In not. ad Alexiadem. pag. 160.*
(2) *Rer. Ital. Muratorii tom. 2. pag. 265.*

tro dì andorno a Trani, e quello presено per forzia. Notarii auctoritate legitimâ describendam sibi particulam Chronici curavit Bologninus, qui juris & scientiâ, & tributione commendabatur *ego Raphaël olim Joannès Pacis de Cassina, Civis, & Notarius publicus Pisanus prædictas Chronicas de libro Chronicarum dicti Magnifici Viri Philippi Comitis de Griphis fideliter, & vèraciter scripsi, & copiavi prout jacent de verbo ad verbum. Ideo in fidem, & tèstimonium omnium prædictorum me subscripsi, & signo, & nomine meis solitis roboravi.* Signum deest Bolognini libro, sicut omnibus diplomatibus deest, quorum eduntur exemplaria, neque enim editores omnium Notariorum signa insculpenda curant, quorum diplomata edunt; deest Bologninii libro ipsius Notarii subscriptio, quia charta Notarii penes Bologninium erat, qui in libro castigationum, quem unum habemus, describendam mandavit Florentino, aut Bononiensi Scriptori, qui alius erat a Notario Pisano, qui Gryphii librum descripserat. Deest dies, quia Notarii describentes diem omittere consueverunt (1). Non deest locus; Prima enim illius Pisanæ descriptionis verba sunt, *noverint universi, & singuli præsentem paginam visuri, lecturi, & audituri quemadmodum apparet in libro Chronicarum Pisanæ Civitatis, existente in domo magnifici Viri Philippi Comitis filii quondam Nobilis, & insignis deaurati militis, &* Co-

K 2

(1) *Bald. in auth. si quis C. de edend. Ars Notariatus tom. 2. tit. de ref. & exempl. instrum. §. in exèmplatione. Formul. Flor. §. sumptum & transumptum pag. 321. ed. Junct.*

Digitized by Google

Comitis Joannis de Griffis Pisani. Hæc minuta monere Lectores debuimus, ne quem decipiat Grandii pervicacia, qui in libro Faventino defectus illos Bolognini libro ridicule oppoſuit (2), & Bologninum tamquam hebetem hominem, & craſsæ adeo Minervæ deridet, ut Judex ille Florentinorum, Advocatus Conciſtorialis, Legatus Pontificius imponi ſibi paſſus eſſe videatur a Piſano Notario, & quæ deſcribendi forma, qui ritus penitus ignoraviſſe. Chronica illa Piſana Gryphiorum & Taurellius vidit prudentiſſimus vir, integerrimus, diligentiſſimus; quinquaginta enim poſt annos, quàm Bologninus excerpſerat, eandem originem Amalphiam Codici Piſano tribuens in epiſtolâ, qua filii nomine Coſmo I. Florentinorum Duci Pandectas Florentinas obtulit, ait *atque hæc ex antiquis Piſanorum annalibus apud Plotium Gryphum eorum Civem accepimus*. Scilicet inſpexiſſe ſeſe Chronica illa ſatis Taurellius indicat, qui *accepimus* ſcripſerit, cum diploma Lotharii, quod Plotius ſeſe habuiſſe, affirmabat, non ex ſua, sed ex Plotii fide protulerit *ſed & Plotius idem affirmat, antiquum inſtrumentum ſe domi habuiſse donationis ejus in Piſanos per Lotharium collatæ, quod poſtea igne conſumptum fuit*. Inſpecta a Taurellio Chronica Gryphiana fuiſſe, & illud eſt argumento, quod vir prudentiſſimus, & Grancii opus in eandem rem afferens, ſe vidiſſe ait inter Coſmi cubiculares libros *quod opus inter cubiculares ſuos libellos aliquando vidimus*. Extitiſſe itaque Chronica illa Piſana Gryphiorum, & Notarius Raphael, & Bologninus teſtantur, qui Phi-

(1) *Nuova diſam. part. 3. cap. 5. num. 2.*

Philippum Gryphium Dominum illorum fuiſſe, affirmaverunt, & Taurellius, qui eorum Dominum PlotiumGryphium laudaverit. Bolognino vero eorum annalium quærendorum auctor fortaſſe Burgundius Leolius fuit, ſive ille celeberrimus Juriſconſultus, Virque Nobiliſſimus, qui e Patricio Piſano Advocatus Romæ Conſiſtorialis, uxorem habuit Pantaſileam Gryphiam, & coram Carolo VIII Piſanam adverſus Florentinos Rempublicam vi animi vividâ, & magnâ eloquentiæ copia defendit (1); ſcribit enim Pancirolus, Bologninum Romæ ab Innocentio VIII fuiſſe decidendis cauſis præpoſitum (2), atque Advocatum Conſiſtorialem Julii II beneficio; ſive, cum Senior ille Burgundius Leolius occiderit, qui Chr. annum MDI non eſt prætergreſſus, ſuperſtes alius Burgundius Leolius Junior, Advocatus & ipſe Conſiſtorialis, & Gryphiâ matre illâ progenitus (3). Hoc ſecundo tempore credibile eſt, Bolognino Piſana Chronica innotuiſſe; eorum enim verba in *caſtigationum* librum, qui confectus videtur anno MDII, dum Florentiæ ille eſſet, ſecundis curis, ſecunda manu relata ſunt, ut & Brencmannus docet (4), & egomét duobus ab hinc menſibus vidi: Neque enim cum Florentino Codici ſtuderet ſecundo & tértio annis poſt MD, facile illi fuit

(1) *Guicciard. hiſt. lib. 1. epigr. ſepulc. in aed D. Auguſtini Romæ in ſacello S. Monicæ Chartar hiſtor. ad Aduoc. Conciſt.*

(2) *De clar. Intèrpret. lib. 2. cap.* 130.

(3) *Chartar. ubi ſup.*

(4) *Hiſt Pand. Flor. lib.4. c. 2. junctis judiciis ad calcem libri num. 6.*

Digitized by Google

fuit Pisanos, resque Pisanas habere, cum Florentinos inter, & Pisanos bellum esset, quod non ante nonum illius sæculi annum extinctum est. Ignoramus ætatem, quæ sit Gryphianis annalibus tribuenda. Sagacissimus Taurellius in epistola ad Cosmum primum illis dedit antiquitatis gradum, fecitque Grancii opere priores *atq; hæc ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium Gryphium eorum Civem accepimus. Quibus Raphael Volaterranus per omnia adstipulatur; Et illo multo antiquior Rainerius Grachia:* Ut Grancius adstipularetur annalibus Gryphiorum, posteriorem esse illum oportuit, quod & Opica quoque illorum lingua suadere mihi videtur.

Volaterranus nullam fabulam adjicit inventioni Pandectarum Pisan.

VI. Tertius Pandectarum Amalphitanâ direptione Pisanis quæsitarum testis est Raphael Volaterranus, qui septuagesimum vitæ annum anno MDXXI teste Jovio peregit, adeoque sæculo XV scribebat magnam Commentariorum suorum partem, quam Julio II incipiente sæculo XVI jam absolutam dicavit. Hæc de Pisanis Volaterranus (3) *Innocentium II item ejectum Pisas duxerunt, ac ejus causa cum Imperatore Siciliæ Regnum Rogerio auferre contenderunt, quo tempore Neapolim annis septem simul cum oppidis circa multis præsidio tenuerunt, inde Juris Civilis Pandectis, quæ apud Florentinos sunt, Pisas traductis.* Qui occasionem consideret, qui bellum, quo Pandectæ captæ sunt, non dubitabit, Amalphiæ captas illas fateri, cum inter multa illa circa Neapolim oppida Amlaphia sit, cum eo capta bello Amalphia fuerit, cum direpta, cum Amalphiam alia hujus generis indicent monumenta, cum denique do-

(1) *Geograph. lib. 5.*

doctiores Neapolitani non Neapoli, sed Amalphiæ tribuant Pisanarum Pandectarum inventionem(1). Septennium illud Volaterrani, & narratio aliquantulum diversa ab eâ, quám Gryphianum, Ughellianumque Chronicon exhibet; diversa Pisanorum monumenta a Volaterrano versata fuisse, demonstrant, quæ hodie aut lateant, aut perierint. Verum non desunt in his, quæ supersunt, eorum, quæ Volaterrauus tradit, vestigia. Breviarium Ughellianum etsì parum cohærens cum iis, quæ paulló ante retulerat de fœdere a Pisanis cum Rogerio contract) ad annum Pisanum MCXL hæc habet *Pisani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim per annos septem, aliaque digna fecerunt.* Summontius testimonium afférens cujusdam Chronici Gambacurtarum (2) eadem fere scribit, quæ Volaterranus *Con una rara notizia dico, che le Pandette Fiorentine, nelle quali si conserva intatto il candore delle leggi Romane, delle quali tanto si gloria la Città di Firenze, erano prima tesoro di questa Città, e le furon tolte da i Pisani, li quali avendo in favore d' Innocenzo II Pontefice fatto un' armata contro Ruggiero primo Re del Regno, e perciò avutone Napoli colli luoghi convicini in presidio per sette anni, se ne portarono di quà questo raro tesoro, che i Fiorentini poi a lor tolsero: questo scrive Lorenzo Bonicontro nella sua opera dell' origine de' Re di Napoli riferito dall' Autor della Cronica della famiglia Gambacorta.* Gambacurtiam gentém Pisanam Neapolim migrasse, est

(1) *Brencman. hist. Pand. Flor. l. 1. c. 5.*
(2) *Histor. Napol. lib. 1. c. 4.*

est exploratum (1). Bonincontrium vero illum medio sæculo XV vixisse, historica multa scripsisse, testantur Pocciantus, Gaddius, Nigrius (2), Cinellius (3), & Neapoli diu mansisse. Bellum illud Siculum non duabus Pisanorum expeditionibus unis gestum est, quas Donatus Astensis male in Pisanos animatus (4), & Brencmannus (5) præ cæteris extulerunt annis MCXXXV, & MCXXXVII: apertissimis enim verbis Falco anno MCXXXIV Pisanos mille cum duobus Coss. in Campaniam auxilium Roberto Capuanorum Principi tulisse, narrat *anno 1134 mense Martio præfatus Princeps Robertus cum duobus Coss. Pisanorum, & cum aliis fere mille Pisanis ad Principatum suum Capuanum revertitur* IV *Kal. Martii*. Anno, qui illum secutus est, cum Pisas reversus pridem esset Robertus, oræ Neapolitanæ applicuit classe Pisanâ instructus, indeque Amalphia est expugnata *anno 1135 Princeps ipse septimo die mensis Aprilis cum viginti Navigiis Pisanorum Neapolim venit &c.* Abbas Thelesinus anno MCXXXV Pisanos post Amalphiam expugnatam, direptamque victos a Rogerio, & Pisas reversuros militem Pisanum, qui præsidio Neapoli esset, eamque contra Rogerium tueretur aperte testa-.

---

(1) *Ammirat. Famiglie Napol. pag.m. n. 142. Gianno Stor Civil. lib. 2. cap. 2.*

(2) *De Scriptor. Flor.c*

(3) *Scansie.*

(4) *Lib. 2 cap. 4.*

(5) *Hist. Pand. lib. 1. cap. 7. & in dissert. de Amalph. 2. §. 21. & seqq.*

Digitized by Google

testatur (1) *caeterum Piratae Neapolim redeuntès cum Pisanis, quos Princeps secum duxerat, relictis ibi ad custodiam nonnullis ipsorum, simul cum eodem Principe Pisas ingressi sunt, veris tempore in auxilium Neapolitanorum reversuri*. Delenda itaque Astensis Pisanis irati illa verba *senza badare ad altra azione se ne tornarono*, & conjungenda sunt trium illorum annorum gesta MCXXXIV, MCXXXV, MCXXXVI, quo ultimo Neapolim praesidio Pisani tenuerunt, cum celebriore expeditione, qua cum Lothario, & Innocentio Pisani anno MCXXXVII reversi Campaniam, Picenum, Apuliam victoriis peragrarunt teste Falcone, iisque omnibus, quos affert in alterâ de Amalphiâ dissertatione Brencmannus (2); jamque continentia bella quinquennio Pisanos cum Rogerio gessisse, comperimus. Offensi a Lothario Pisani sunt Salernum obsidentes, quod ipsis inconsultis Salernitanos sese dedentes exceperit; inexpugnatam reliquerunt Turrim Salernitanam, inque eam sese recipere permiserunt iis, qui Rogerio militantes Salernum tenebant, & hoc est, quod Ughellianum Chronicum tradit ad annum MCXXXVIII Pis. *postmodum Pisani* IX *Kal. Aug. Salernum iverunt, ipsumque per* XV *dies obsessum tenuerunt. Et sic post haec Rogerius praedictus pacem fecit cum Pisanis*. Verum Astensis, qui Falcone utebatur auctore historiae, quam scribebat, hic non debuit subsistere, debuit a verbis illis abstinere *ribellati da Lotario si rappacificaro con Ruggieri, e lasciaro*

L Ser-

(1) *Lib.* 3. *cap.* 26.
(2) §. 35. *& seqq.*

Sergio, e gli amici tutti sottoposti al suo furore (1): Docuit enim Falco (2) cum Lothario in gratiam rediisse Pontifice intercedente Pisanos, *sed Apostolici Innocentii precibus coacti ad Imperatoris voluntatem reversi sunt, sicq; Castrum illud Turris majoris pro eorum discordia dimissum est*. Falconis est Chronico declarandum, quod est ab aridissimis Pisanis fragmentis traditum de pace, quam irati Lothario Pisani inierint cum Rogerio; Et vero Chronicum ipsum Pisanum latius, quod Ughellius (3), quod clar. Muratorius (4) ediderunt, continuare videtur interruptam intempestive narrationem priorem, nam statim post iram illam Pisanorum narratam, hæc habet *anno* MCXL quod commune est MCXXXIX *Pisani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim per annos septem, & alia multa fecerunt*. Ira itaque anni MCXXXVII extincta est, redierunt Pisani in gratiam amicitiamque veterum sociorum, si anno MCXXXIX septem jam anni agebantur, ex quo inter Pisanos, & Siculorum Regem fuerat bellum, neque enim bellum illud est ad annos posteriores anno Chr. MCXL referendum, cum eo anno Rogerius & Neapolim recepe-rit, & pacem a Pontifice, Regiamque dignitatem impetraverit (5). Cum vero anno MCXXXIX fuerit bellum illud extinctum, verissime dictum est a Vo-

(1) *Lib. 2. cap. 4. pag. 96.*
(2) *Ad ann. 1137.*
(3) *Ital. Sacr. tom. 3.*
(4) *Rer. Italic. tom. 6.*
(5) *Falco Ben. in Chron. Giannon. Storia Civ. lib. XI. cap. 3.*

Digitized by Google

a Volaterrano, Bonincontrio, Chronistâ Gambacurtarum, Summontio, bellum illud Neapolitanum septem esse annis agitatum; jam enim anno MCXXXII & Pisanos Innocentius Pontifex Genuensibus copulavit, & Innocentio ambo se ei fauturos, spoponderunt, adversus Anacletum (1), quem colebat, suoque milite Rogerius tuebatur (2). Ergo qui bello Neapoli, inque oppidis circa Neapolim multis gesto Pandectas Pisanis quæsitas fuisse Volaterranus ex veteri aliquo monumento affirmaverit, iis est conjungendus veteribus monumentis, quæ Amalphiam propinquum Neapoli oppidum designent inventarum Pandectarum locum; eam enim de testibus, instrumentisque regulam constituerunt sapientes, ut quæ probationes generatim, paullóque latius, rem, quæ quæritur, indicent, iis uniantur, iis muniantur, construanturque aptissime, quæ specialiter illam firmius, certiusque declarent (3). Et vero, quo Amalphiæ repertas Pisanas Pandectas fuisse juris peritissimus Taurellius probaret, Volaterrani téstimonium illud attulit Gryphiano Chronico, & Grancii carmini copulandum.

(1) *Folieta histor. Genuen. lib.* 1. *Francisc. Pagius in vita Innoc. II ex Anon. Baroniano num.* 34. *& seqq. Blond. dec.* 2. *P. V. Tronc. ann. Pis. an.* 1132. *Caffar. ann. Gen. lib.* 1. *Card. Aragon. in vita Innoc. II.*

(2) *Falco Benev. in Chr. ad ann.* 1132.

(3) *Bald. in l. actor* 18. *C. de probat. Pacian. de probat. lib.* 1. *c.* 14. *num.* 17. *DD. in l. ait Prætor* §. 1. *ff. de re judic. Menoch. de arbit. lib.* 2. *cas.* 89. *num.* 66.

VII Quæ cum ita sint, nihil jam in Volaterrano, iisque veteribus Pisanis monumentis, quæ Volaterranus tractabat, nihil in Chronico Gryphiano, nihil in Grancii carminibus de Pandectis legitur a Lothario donatis Reipublicæ Pisanorum. Pura, puta, ibi est de Pandectis Amalphiæ repertis traditio. Qua itaque fronte, Guido, ea scribere potuisti *ipsi Brencmanno donatio ipsa suppostititia merito visa est, sed cur non item ipsa Pandectarum apud Amalphitanos inventio similis falsitatis suspecta ipsi fuerit, plane non capio, cum ex uno eodemque fonte, eoque aliis mendaciis vitiato utraque derivetur?*

C A P. V.

Grandii temeritas in iis, quæ Taurellianæ historiæ Pandectarum Pisanarum opponit.

Grandius Brencmannum errantem sequitur, non sequitur prudentem.

QUeritur Brencmannus, falso victoribus Pisanis obvenisse dici Pandectas, qui cum Amalphiam diripuerint, victi statim ad Fractam sunt a Rogerio (1). Queritur idem (2), cumque eo Astensis (3), Sigonium, aliosque ad annum MCXXXVII retulisse Pandectas Amalphiae repertas, adeoque ad secundam expeditionem, qua Pisani non diripuerunt Amalphiam, quæ sese multâ pecuniâ datâ a direptione redemit, teste ad illum annum MCXXXVII Falcone Beneventano. Queritur, annalibus Pisanis illis Ughellianis (4) duas Pisanorum

(1) *Hist. Pand. lib. 1. cap. 7.*
(2) *d. l. & de Amalph. dissert. 2. §. 26.*
(3) *Lib. 2. cap. 4.*
(4) *Diss. 2. de Amalph. §. 37.*

Digitized by Google

rum expeditiones esse confusas, quod indistincte Amalphiam, Atranum aliaque oppidula capta, & spoliata fuisse a Pisanis secundâ expeditione dicantur, contrâ quam Falco tradiderat, qui Amalphiam pecuniâ redemptam fuisse, scripserat, cætera circa Amalphiam expugnata, ac direpta. At querelæ istæ neque Grancium afficiunt, neque fragmentum Gryphianum, neque Volaterranum. Quod Gryphiano fragmento traditur, ad primam pertinet expeditionem, qua Amalphia direpta est testibus Falcone Beneventano (1), Alexandro Thelesino (2), Bernardo (3). Falco Amalphiam, Thelesinus, Amalphiam, Scalamque, cæterasque Amalphiæ munitiones captas commemorat, Bernardus alia etiam oppida, ita enim ad Lotharium in Germaniam ex Italiâ reversum scribit *nonne hi Pisani sunt, qui etiam, quod pene incredibile dictu esset, in uno impetu suo expugnaverunt Amalphiam, & Rebellum, & Scalam, atque Ajerulam Civitates utique opulentissimas, ac munitissimas; Sed vos fortassis adhuc ista nesciebatis*. Quod enim Lotharius ea fortasse ignoraverit, indicat, de secundâ expeditione minime loqui Bernardum, cui Lotharius adfuit, cujus facta Lotharius præsens ignorare non potuisset. Quibus testimoniis, ut duo Pisanorum Chronica Ughelliana muniuntur, quibus ad annum Pisanum MCXXXVI, qui communis est MCXXXV quatuor, aut quinque circa Amalphiam oppida, præter Amalphiam ipsam capta dicuntur, ita & Gryphia-

Fragmenti Bolognini fides asseritur.

(1) *Ad ann.* 1135.
(2) *De reb. gest. a Rogerio lib. 3. cap. 24.*
(3) *Epist.* 140.

Digitized by Google

phiano fragmento fides conciliatur, quo traditur Atranum captum post Amalphiam, hoc est enim illud *e l' altro dì andorno a Trani, e quello presono a forza, &c.*, in quibus verbis definit illud fragmentum. Scilicet Atranum Amalphiæ proximum commemorant Mazzella (1), Bulifonius (2), Pansa (3), Ughellius (4), Anonymus Salernitanus (5) alii, quorum nonnullos, docet Brencmannus (6), Trani pro Atrani dicere, quemadmodum Malphia pro Amalphia a plurimis usurpatur.

II Pergit queri Brencmannus (7), improbabile esse, quod scriptum est in fragmento Gryphiano, uno eodemque die, & Pontificem jussisse classem parari, & occupatam esse a Pisanis Amalphiam *e per comandamento di esso Sommo Pontefice Innocenzo II i Pisani prid. non. Aug. armorno 46. galee, e forono a la Costa de Malfi, e quello dì per forza lo presono con septe galee, e doe Nave*. At quis unquam Scriptoribus paulló vetustioribus fidem ademit, quod temporum gradus non bene servaverint? Quantum illi ab omnibus post Scaligerum Criticis hoc nomine vapularunt? Una omnes post Scaligerum Bai-

(1) *Descriz. del Regno di Nap.*
(2) *Descriz. del Regn. di Nap.*
(3) *Historia d'Amalfi tom. 1. pag. 1. & seqq. tom. 2. pag. 19.*
(4) *Ital. Sac. tom. 7.*
(5) *In Chr. Rer. Ital. tom. 2. part. 2. pag. 230. cap. 75.*
(6) *De Amalph. dissert. 1. cap. 23.*
(7) *De Amalph. diss. 2. cap. 26.*

Digitized by Google

Bailius turbatorum temporum reprehendit (1) ; omnibusque veniam deprecatur Caveus, qui sæculum Chr. XVI non attigerunt (2) quia *nondum satis excussæ erant rationès Chronologiæ; nondum satis illustratæ celebriores epochæ; nondum rite dispositi fasti Consulares: nondum cèrtò definita Imperatorum tempora, Pontificum, Episcoporum successiones*. Hoc vero peccatum peccaverunt illi maxime, qui summa duntaxat capita rerum scribenda susceperunt, ut generaliter Bailius monuit (3), ut Hieronymus (4), ut Cujacius (5), ut proxime ad rem nostram de Suetonio Wesselingius (6) docet *sæpius jam aliis observatum est, dum brevis esse vult, multa coaggerare, quæ continuò ad eumdèm temporis articulum non sunt adstringenda*. Chronica omnia, annales omnes, cum Pisanorum, tum Genuénsium paullo antiquiores parcissimos esse, & brevissimos & nos videmus, & vir diligentissimus Hubertus Folieta animadvertit (7). Illud ipsum peccatum, quo Brencmannus viam sibi sternit, qua tandem mendacii accuset Gryphianum fragmentum, alii peccaverunt illius ævi Scriptores. Familiare est illis uni tempori alliga-

---

(1) *Dictionair. v. Cappadoce. in not. lit. K in fin.*

(2) *In præfat. ad histor. Literariam §. ita instructus*.

(3) *In Provincial. part. 4. cap. 29.*

(4) *In Daniel. cap. 10.*

(5) *Ad leg. 2. ff. de orig. Jur.*

(6) *Lib. 2 observ. cap. 18.*

(7) *Hist. Genuens. lib. 1.*

Digitized by Google

ligare multorum annorum res gestas, uno illo tempore, seu initium rerum, seu rerum conclusionem evenisse indicantes: hujusmodi sunt illa DXXV *regnat Teuda post eum annis* XVII, anno DXXVIII *Gilemer annis quinque regnat*, & quæ in Sigeberto, Reginone, Sicardo, Anonymo Barensi, Chronico Fossæ novæ, aliiisque passim occurrunt. Videnda sunt sexcenta hujusmodi monumenta, quibus haud absimilia sunt Pisana illa, quæ Ughellio, quæ clar. Muratorio digna visa sunt quæ ederentur, quæque sæpe laudat, quibus sæpe utitur Grandius auctoribus. Quid aliud est illud, anno MCXXXVI *deprædata est Apulia a Gente Græcorum* V *Kal. Martii*, quod esse non potuit unius illius diei V Kal. Mart. factum, ut monet ad Lupum Protospatam Camillus Peregrinus? Hujusmodi & illud est, anno MCLVIII *Guilielmus Rex Siciliæ* IV *Kal. Octobris magnum fecit stolum* CLX *Galearum, &* XXIV *Dromorum, qui portaverunt* 4000. *milites*. Quis existimet classem illam uno die instrui potuisse? Ejusmodi est illud etiam, *anno* MCLXVI *tertio Idus Augusti Pisani videntes, quod Januenses ivissent in Provinciam, viriliter armaverunt* XXXI *Galeas, & combusserunt Capo Corso*. Estne hoc opus, quod uno illo die 3. Id. Aug. & inchoari potuerit, & absolvi? Denique, ut finem aliquando habeat ista collatio, spectanda sunt verba illa posterioris Chronici Ughelliani, quæ jam attulimus, *anno* MCXL *Pisani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim per annos septem, aliaque digna fecerunt*; Jam vidimus accipiendam esse de anno, quo bellum fuerit absolutum illam anni MCXL commemorationem, cum ex eodem Chronico jam acceperimus, belli illius jam ab anno MCXXXIII initium extitisse,

Digitized by Google

se, *anno* MCXXXIV *incœpta est lis a Pisanis contra Regem Rogerium inimicum Ecclesiæ Romanæ*. Est ergo rudium illorum temporum monumenta considerantibus mite judicium adhibendum, ne majorum monumenta ob caussas levissimas rejiciantur, ne historia tota labatur.

III Queritur præterea Brencmannus, Concilium Romæ actum anno MCXXXVI dici Chronico Gryphiano, & Romæ fuisse Innocentium, cum Româ hic excesserit anno MCXXXIII, eóque nonnisi paullo ante redierit, quam Anacletus occiderit, adeoque nonnisi anno demum MCXXXVII exeunte, incipiente vero anno MCXXXVIII (1); ita Brencmannus *res refertur ita, ac si hoc tempore Romæ constiterit Innocentius, habito istibinc paullò ante solemni Concilio. Quare putèm, quod tantò magis fidèm his annalibus derogat, auctorem eorum utramque Pisanorum expeditionem cum cæteris confundere*, (2). At cum numerorum notam unam Gryphiani Chronici emendaverimus, & pro 1136 legerimus 1134, qui Pisanus erat annus 1133, omnia probe constabunt, quæ Brencmannum hoc loco turbant, nulla erit inter alia monumenta, quibus maxima fidés adhibetur, & Gryphianum fragmentum discordia, nihil erit, quod Scriptorem illum reum faciat confusarum duarum expeditionum; totumque illud fragmentum ad primam duntaxat expeditionem pertinere, deprehendemus. Conventum vere anni MCXXXIII Romæ fuisse, quem Chronicorum Scri-

M ptor

(1) *Trancisc. Pag. vit. Innoc. II num. XI. Falco Benev. in Chr.*

(2) *Diss. 2. de Amalp. cap. 26.*

ptor Concilium potuerit appellare, nemo negabit, qui & res ibi actas, & quæ, quotque convenerint, personas, & vetera aliquot monumenta paullo diligentius inspectaverit. Coronam a vero Pontifice Romæ accipere Imperialem volebat Lotharius, accepitque (1). Regino Rodulphum Conradi II filium anno DCCCLXXXVIII coronam Regni Burgundici sibi imponendam curasse in Agaunensi conventu, scribit *per id tempus Rodulphus filius Conradi, nepos Hugonis Abbatis Provinciam inter Juram, & Alpes Penninas occupat, & apud S. Mauritium, adscitis secum quibusdam Primoribus, coronam sibi imposuit, Regemque se appellari jussit; post hæc mittit legatos per universum Regnum Lotharii, suasionibus, pollicitationibusq; Episcoporum, ac nobilium mentes in sui favorem demulsit*(2); Hunc conventum Concilii nomine appellaverunt, & dignum quod inter Concilia ederetur, Conciliorum editores esse, existimaverunt (3). Erat in Romano conventu Anacletus aut conciliandus, aut eijciendus (4), statuendus vero Innocentius. Lotharius audiendum etiam Anacletum esse, suspicabatur, si quid allaturus esset, quo se verum Pontificem esse, confirmaret. Hæc omnia scripsit ipse eo anno Lotharius *cum*

igi-

---

(1) *Pagius id. num. XI & XII Otto-Frising. lib. 3. cap. 18. Chr. Falco. 16. Surius in vita S. Norberti.*

(2) *In Chron.*

(3) *Labb. tom. 10. concil. pag. 860.*

(4) *Epistol. encycl. Loth. apud Dacherium Spicil. tom. 2. pag. 480. Franc. Pag. in vit. Innoc. II num. XXXIX Anton. Pag. Critic. Baron. ad ann. MCXXXIII.*

Digitized by Google

igitur adscitis Nobis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Principibus, Ducibus, Comitibus, & Archionibus Regni nostri; Episcopos etiam, Comitès, & alios Barones Italiæ nobiscum ducentes bellico apparatu stipati ad Urbem proficisceremur, Nuncios illius Schismatici Petri Leonis frequenter habuimus. Qui nimirum ex parte illius justitiam prætendentes non debère audientiam denegari, publicis clamoribus asserebant. Diutinis ergo interpellationibus provocati, idipsum Episcopis, & Cardinalibus, qui cum Innocentio erant significare coacti sumus; Ipsi vero univèrsam Dei Ecclesiam jam super hoc promulgasse sententiam asserèntès, quod erat Universitatis, non debere privatum fieri, responderunt. Nos autèm id ipsum cum patientia supportantes, & Patrem nostrum Innocentium ad Urbem cum gloriâ duximus, & Lateranensi Cathedræ restituimus, atque in Monte Aventino castra metati sumus. Ibique Petrus Leonis Anacletus, aures nostras, & Principum nostrorum prætendendo Justitiam sollicitare non desistit. Erat Romæ Otto Magnus Rex Germanorum, & Longobardorum anno CMLXIII cum similibus eorum Comitibus, quos Lothario comites modo vidimus. Joannem XII Potificem iniquum, injustumque, clamabat, esse Populus Romanus; exaudiebat libenter Otto, qui Adalbertum Italiæ olim Regem habebat hostem, cui Joannes modo manifestus modo nec manifestus fautor erat; Damnavit itaque, aliquot Episcopis, Clericis, Monachisque consiliantibus, Joannem & Leoni assensit, quem Populus Romanus elégit sibi Pontificem; Ejus facti narratio, quam pènes Reginonis maxime, & Luitprandi continuatores videre est, simillima ejus est, quam exhibet

 epi.

epiſtola illa Lotharii encyclica eorum, quæ Innocentii cauſſa geſſerat Romæ idem Lotharius. Romanum illum Ottonis conventum Concilii jure cenſuerunt illi Continuatores, Sigebertus (1), & præter alios multos ipſi Conciliorum editores, rel ctâ Criticis diſputatione, Canonicumne illud eſſet, injuſtumve Concilium (2). Ego veró hiſtoriam hoc loco quærens, non Canonés miſsis Moguntino Concilio anni MLXXXV, & Wormatienſi anni MLXXVII a Sigeberto relatis in Chronico, miſſis Gerſonis, aliorumque Gallorum ſententiis de jure Conciliorum, Thomaſini verbis inſiſtam, qui Concilia alia Civilia (3), Eccleſiaſtica alia eſſe, docuit, & indiſcriminatim a Scriptoribus utraque Concilii appellatione proferri *indiſcriminatim quoque uſurpantur voces illæ* Concilia, Synodi, placita, Conventus générales, *ut fidem faciunt, quæ modo protulimus teſtimonia, quibus & alia accumulari poſſunt complura, permiſcent aliquando annalium conditores ea vocabula, alias diſcriminant. Conſilia an Concilia aptius dicerentur non facile dixerim. Apparet utraque promiſcua fuiſſe; Nec erit, quod quiſquam ambigat communicatum Concilii nomen, ſi modo illius ævi Scriptores pervolutarit.* Eadem omnino docent Claudius Floriacenſis (4), ea.

---

(1) *In Chr. ad ann.* 963.

(2) *Tom. 9. Concil. pag.* 648. *Pagius Crit. Baron. ad ann.* 963. *num.* 1.

(3) *Diſcipl. Eccl. ſeu de beneſic. part.* 2. *lib.* 3 *cap.* 46. 47. 48. *& ſeqq. uſq. ad* 61.

(4) *Diſc. ad hiſtoriam Eccl. tom.* 13. *n.* 8. 9. 10.

Digitized by Google

eadem Petrus de Marca (1), eadem Baluzius (2), eadem omnes, quibus de hac re fuerit agendum. Coronatus Imperator, Innocentius confirmatus, suæque sedi restitutus, Anacletus, Anacletique fautor omnis Divinæ, & humanæ Majestatis damnatus (3) est in Conventu Romano. Addam & leges conditas, qualis est, quæ in primo libro Feudorum legitur capite decimonono, si Cujacio auscultamus, qui legem illam illi tempori illique Lothario restituit argumentis fortissimis, quæ restitutionem suaserunt Thomasio, Giannonio, Schiltero, Conringio (4), aliisque viris sapientibus. Non modo ex Longobardorum more, qui leges condebant in conventibus, sed & ex ipsis illius verbis legis, in conventu eam latam fuisse, cognoscimus. Si Concilium generale conventus ille esse non potuit, quod non fuerit a Pontifice rite actus, aliquod tamen fuisse Concilium, & appellari potuisse nemo negabit, qui doctos illos audire homines, quos omnes audiunt, non dubitabit,

qui

---

(1) *Concord. Sacerd. ex Imp. lib. 2. cap. 10. & seqq. & lib. 6. per tot.*

(2) *Ad Reginon. lib. 1. de Eccl. discipl. Mastricht. histor. Jur. Can. num. 129. Busset. defens. posth. part. 2. lib. 8. cap. 5.*

(3) *Duo Pagii ubi sup., epist. encycl. Lotharii in fin. pen. Dacherium loc. laud.*

(4) *Thomas. Select. Feud. pag 53 & 54. Schilter. ad rubric. Jur. Alemannici Feud. pag 7., & de nova success. Feud. cap. 1. § 3. Giannon. Storia Civ. del Reg. di Napol. lib. 9. cap. 1. Conring. de orig. Jur. German. cap. 19. in not. lit. E. pag. m. 124. tom. 6.*

qui Scriptorum usum, quem illi deprehenderunt, humaniter velit ac diligenter agnoscere. Ne vero fragmento Gryphiano Italica lingua opponatur, de qua docti illi homines non cogitarint, efficit non ejusdem modo linguæ cum Latina cognatio major quam hodie sit per sæcula V priora, sed & Scriptor Italicus fortasse Gryphiano Chronistæ æqualis Joannes Villanius. Bonifacio VIII Pontifice Maximo Romanorum, & Philippo Pulcro Rege Gallorum invicem adversantibus, Philippus Parisiis conventum habuit, quem Villanius ille narrat his verbis, *e per giustificare se il detto Re fe in Parigi uno Concilio di molti Cherici, e Prelati, e di molti suoi Baroni scusando se, e opponendo a Papa Bonifazio più accuse* (1). Quod non modo á Pontifice maximo coactum concilium fuit, sed contra ipsum Pontificem a Rege ex Episcopis, Proceribusque compositum.

Fragmentum Bologninii non est Thelesino contrarium.

IV Queritur denique Brencmannus, neminem veterum, neminem recentiorum historicorum scripsisse a Pisanis Amalphiam fuisse post direptionem incendio vastatam, quod scripsit Chronista Gryphianus (2). At Thelesinus Abbas (3) Pisanos Amalphiam funditus, impieque, dixit, esse depopulatos *venientes itaque Pisani subito, inchoante Auroræ luce invaserunt Urbem, nulloque resistente, eam funditus, impieque depopulantur*. Depopulandi verbum generale est, & vastationes significat, eas etiam, quæ incendio fiunt. Trojam incensam fuisse vulgatissimum est;

(1) *Storia lib 8. cap. 62.*
(2) *Diss. 2. de Amalp. cap. 27.*
(3) *Lib. 3. cap. 4.*

Digitized by Google

est; Ovidius autem de Troja vastata (1), incendio maxime, ait

Hoc ubi cognovit Trojae populator Atreides.

Idem de medicamine faciei, *flamma*, dixit, *populante capillos*. Idem alibi

Interea quodcumque erat populabile flammâ.

Aliud certe quàm diripere significavit Virgilius Ilionei verba narrans (2)

Non nos aut ferro Libycos populare penates
Venimus, aut raptas ad litora vertere praedas.

Quis enim credat, Patrem omnium Venerum, omnium elegantiarum unum idemque particulâ plerumque distinctivâ, *aut* repetitione ineptissimâ conjunxisse? Aliud quam direpta intelligi arva voluit Horatius (3)

———vidi ego civium
Retorta tergo brachia libero,
Portasque non clausas, & arva
Marte coli populata nostro

Vetus enim explanator docet, *populata vastata*; & recta ratio suadet, omnia, quae bello damna inferuntur, populandi verbo ibi designata fuisse. Lucanus (4)

Ardent Hesperii saevis populatibus agri.

Sed ne quae poetis licentia pudenter sumpta permittitur, efficiat, quominus inepte Chronistarum verba verbis poeticis interpretari videamur; audiamus Livium historiae Italicae parentem *hic* inquit Livius (5) *exercitus terram Atticam ferro, ignique depopulatus = Agrumque Campanum ferro, ignique est depo-*

pu-

(1) *Lib.* 2. *Metam.*
(2) *Aen lib.* 1.
(3) *Od.* 5. *lib.* 3.
(4) *Phar. lib.* 2.
(5) *Lib.* 31.

pulatus (2) ; Est hæc loquendi forma Livio familiaris, cum (3) vastationes quælibet sunt enarrandæ. Quod vero omnem eximat dubitationem, ipsos latinæ eloquentiæ Patres sese in hac re interpretantes inspiciamus. Plebejus ille, qui Servilio, Appioque Coss. plebem moturus contra creditorum feritatem, se clamabat bellis pauperem factum *Sabino bello se militantem, quia propter populationes agri, non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit*: Agri itaque populationibus, & fructus perdi, & villam incendi, videmus (4). Narrat Livius, Romanum exercitum, cum vacua Etruscorum hostium Castra repererit, *expedito agmine ad depopulandos hostium fines incessisse* (5); explicat inde quæ fuerit populatio illa *Omnia ferro, ignique vastantur, prædæ undique actæ, nec solum modo vastum hosti relictum, sed castellis etiam, vicisque illatus ignis, Urbibus oppugnandis temperatum, in quas timor Etruscos compulerat*. Fabium Livius processisse, scribit, ad Samnium populandum (6) *Fabius in Samnium ad populandos agros, recipiendasque armis, quæ defecerant Urbes processit*: deinde vero quid populatione actum sit, ita explicat *Caudinus Samnis gravius devastatus, perusti late agri, prædæ pecudum, hominumque actæ*. Scipio Senatui sententiam suam de bello in Africam transferendo probaturus apud eumdem Livium pro eodem *populari* habuit, ac

(1) *Lib.* 23.
(2) *Lib.* 10. *lib.* 40. *lib.* 22. *lib.* 23. &c.
(3) *Lib.* 2. *cap.* 23.
(4) *Lib.* 10 *cap.* 12.
(5) *Lib.* 24. *cap.* 20.

Digitized by Google

ac *uri, exscindi* = *multum interest* (1) *alienos populere fines , an tuos uri , exscindique videas* . Populationem , Tacitus , quam Sabinus Thracibus auxiliantibus permiserat , enarrans , & incendium permissum adjecit *translata deinde Castra hostem propter , relictis apud priora munimenta Thracibus , quos supra nobis affuisse , memoravi , iisque permissum vastare , urere , trahere prædas , dum populatio lucum intra sisterètur* (2) . Plinius in Panegirico mitem Trajani transitum cum inhumanissimo Domitiani comparans , hunc populationem fuisse dicit ob rapinas , ob vastationes , ob incendia *quàm dissimilis nuper alterius Principis transitus , si tamen transitus ille , non populatio fuit , cum abactus hospitum exercerèt , omniaque dexterâ , lævâque perusta , & attrita , ut si vis aliqua , vel illi ipsi Barbari , quos fugiebat , incideret* (3). Satis itaque constat, populationis verbum, sicut belli , aliorumque similium generale esse , varias hostiliter agendi formas comprehendens , eoque & ruinas , & vastationes ,& direptiones , & incendia , fractiones, corruptiones , excidia commode significari . Atque ita intelligimus cur tam varie copulétur , nunc ferro , nunc igni , nunc cædibus ab omnis ævi Scriptoribus . Chronica ipsa Pisana , quæ expendimus, hujus verbi explicationem exhibent illi similem , quam Livius, Tacitus , Plinius ediderunt (4) *exercitus Pisanorum fuit in Comitatum Lucensem ad*

N *depo-*

---

(1) *Lib.* 28. *cap.* 44.

(2) *Lib.* 4. *annal. cap....*

(3) *Cap. ...*

(4) *Tom.6. rer. Ital. pag.* 197. *ann.* 1264.

Digitized by Google

depopulationem Lucensium quæ vero fuit ista populatio explicat Chronista *& tunc cœpimus Campanile Divæ Mariæ del Giudice per expugnationem viriliter factam cum magna strage Lucensium ibidem inclusorum, & ipsum funditus dissipari fecimus, & etiam combussimus Burgum Massæ, Vurnum, & alias multas villas, & loca Lucani districtus usque ad Pontem Tectum*. Et vero exercitus ille Pisanorum, cujus gesta narrabat Thelesinus, non diripuit modo, sed & expugnavit Amalphiam, ut Chronica Pisana toties laudata, ut Falco, ut alii testantur. Omnia vero Thelesinus depopulandi verbo comprehendit. Nihil ergo a Thelesino diversum de Amalphia traditum est ab eo, quod Gryphianus Chronista tradiderit, nisi generis verbo species omnes comprehendi nolimus, nisi Thelesini generi speciem aliquam velimus adimere, ut Chronistam Gryphianum falsi accusemus. At quid ferendum, quid timendum nobis erit ab iis, qui res humanas tractandas humaniter, qui omnia hominum seu facta, seu dicta excipienda ita esse volunt, ut crimen ab iis, quantum fieri potest, avertatur? Si quod specialiter scripserit aliquis, quod alii generaliter protulerint, sit ille falsi damnandus, quot nobis vetera supererint unde discamus historiam? Ego vero qui sapientissimum Hugonem Grotium præceptorem in omni fere literarum genere habere consueverim, ejus in historicis præceptum humanissimum illud mihi arbitror esse retinendum (1) *quo vero ad aliquas circumstantias, & ad rem nihil facientes attinet, fa-*

(1) *De verit. Relig. Chr. lib. 3. cap. 13.*

Digitized by Google

facillime fieri potest, ut non desit commoda conciliatio, sed nos lateat. Immo hoc ipsum Scriptores illos ab omni doli suspicione liberare debet, cum soleant qui falsa testantur ex compacto omnia ita narrare, ut ne in speciem quidem quidquam diversum appareat. Quod si ex levi aliqua circumstantia, etiam quæ conciliari nequeat, totis libris fides decederet, jam nulli libro, præsertim historiarum, credendum esset, cum tamen & Polybio & Halicarnassensi, & Livio & Plutarcho, in quibus talia deprehenduntur, sua de rerum summâ constet auctoritas.

V Nullum itaque peccatum superest, cujus Gryphianum Chronicon jure reprehendatur, quàm nota illa numerica 1136. Jam vidimus notam illam 6 in notam 4 conversam omnibus lucem, omnibus veritatem affundere. Quis ergo unius notæ numericæ caussâ, fidem historico, fidem veteri monumento universam detraxerit? Solent hujusmodi culpæ non auctoribus, sed librariis imputari *nimirum* ait Melchior Canus (1) *in historiâ cum sacrâ, tum profanâ, sæpe librariorum vitio numeri depravati sunt*. Judicantibus vetera monumenta, illud esse perpetuó tenendum docet Joannes Clericus (2), ut sæpissime existiment a librariis in notis numerorum erratum esse *inter compendia scripturæ referri possunt numeri, non integris vocibus, sed literis, aut notis descripti, in quibus sæpissime peccatum esse conqueruntur passim Critici, præsertim cum de annis Olympiadum, aut Urbis condi-*

Chronicon Gryphianum minus, quàm alia ejusdem temporis, quæ non rejiciuntur.

N 2 *ditæ*

(1) *Loc. Theol. loc. XI. cap* 5.
(2) *Art. Crit. part.* 3. *sect.* 1. *cap.* 12. *num.* 9.

Digitized by Google

ditæ a veteribus memoratis loquuntur. Pudet in regula tam tritâ longius immorari. Rem hanc noſtram ipſam expendamus. Probatiſſimum hodie eſt anno MCXXXIII Innocentium e Galliis Romam veniſſe, in Italia bis cum Lothario de rebus cum Lotharii, tum ſuis egiſſe, eodem ambos tempore Romam ingreſſos eſſe, coronatum ab Innocentio Imperatorém in D. Joannis æde Lotharium, ſtipatum duobus millibus militum dumtaxat, non potuiſſe cum Rogério armis diſceptare de juribus Inocentii, Roberti Principis Capuanorum, & Rainulphi Comitis, adeoque in Germaniam reverſum eſſe, indeque valídiorém exercitum anno MCXXXVI in Italiam moviſſe, cum jam Piſani & Amalphiam & alia oppida expugnaverint, & Neapolim cuſtodiverint, victi etiam a Rogerio fuerint, hunc a Piſanis poſtea Lothario junctis ſæpe victum; *denique* anno MCXXXVII *revertentem* in Germaniam Lotharium obiiſſe (1). His probe conſtitutis, erraſſe in eorum enarratione fere omnes vetéres, qui de rebus illis ſcripſerunt, intuemur, quin falſi accuſentur. Villanius Romæ reſtitutum Innocentium, coronatum vero Lotharium, ſcripſit, eſſe anno MCXXX (2). Romualdus Sálernitánus pleraque tribuit anno MCXXXI, anno vero MCXXX Concilium Piſanum, quod vere anno communi MCXXXIV habitum eſt, eidemque anno Amalphiæ expugnationem; quare Cl. Muratorius

(1) *Donat. d' Aſti lib. 2. cap. 4. Brencm. diſs. 2. de Amalp. §. 13. & ſeqq. Pagi. ad Baron. ab ann.* 1133. *ad* 1137.

(2) *Lib. 4. Chr. cap.* 33.

Digitized by Google

rius (1) cum Romualdi Chronicon ederet, auctorem purgavit, culpâ in librarios rejectâ *annorum, & indictionum cum rèbus gèstis alligatio mihi non satis firma visa est. Hæc enim facile librarii pervèrtunt, deformantque; certe illi hominum generi tribuendæ sunt non raro antilogiæ Chronologicaè, quæ in diversis Scriptoribus eamdem rem describentibus occurrunt*. Chronicon Cassinense, quod & Carusius edidit, Lotharii coronationem anno MCXXXII, mortem vero anno MCXXXVI cum alligasse videretur (2), Camillus Peregrinus, librariorum id culpa factum esse, affirmavit. Idem fere Casauriensis peccatum esse videtur; Ordericus Vitalis (3) Concilium quod Pisis habitum est anno communi MCXXXIV, in Piceno habitum esse, refert, anno Dom. MCXXXV indict. XIII; Antonius Pagius non idéo Vitalem falsi accusavit, sed eo teste utitur quantum ad Hugonem Episcopum Rothomagensem attinet (4) *Ordericus vero lib.* XIII *pag.* 900. *licet in anno celebrati Concilii, & in expressione loci peccet, hic tamen audiendus est*. Martinus Polonus de duabus illis expeditionibus unam facit, & ad Pontificatum evectum esse, scribit, Innocentium anno MCXLI. Breviarium illud Pisanorum Chronicorum, quod Florentinius edidit (5), Ughellius dein-

(1) *Tom. 7. rèr. Ital.*
(2) *Tom. 1. Bibliot. Sic. p.* 508. *&* 509.
(3) *Lib* 13. *hist. Eccl.*
(4) *Ad Baron. ann.* 1134. *num* 2.
(5) *Memor. della Contessa Matild. lib.* 2. *pag.* 347.

Digitized by Google

deinde (1), deniq; Cl. Muratorius (2) Concilium Pisanum illud locat anno MCXXXVI Pis. si Florentinio credimus, anno vero MCXXXV, qui communis est MCXXXIV si Ughellio. Variâ veró scripturâ illâ Antonius Pagius (3) constituit figendum tempus illius Concilii, quod a nullo antiquo Scriptore definitum est. Quod si in fragmento Gryphiano admittamus Concilium Romanum pro Pisano scriptum esse, praeterque errorem in numero, in nomine etiam erratum esse, habebimus, quo veniam deprecemur, Sugerii Abbatis exemplum, qui de his rebus agens in vita Ludovici Sexti Regis Francorum (4), pro Lothario Ludovicum scripsisse videtur, qui Romae Innocentium Pontificem restituerit, & Antonii Pagii monitum (5) *legendum* Lotharii, *observandumque a librariis aliquando nomina perverti, & in alia immutari, ut non semel in hac Critica vidimus.* Habebimus Chronicon Mariniacense, quo, cum omnibus exploratum sit, Vaticano ab Anacleto occupato, aedem D. Joannis fuisse Innocentio reliquam quam incoleret, traditur Innocentio Vaticanum, Anacleto vero Palatium Lateranense.

Grandius cum Brenc manno comparatur, quo ejusdem feritas cognoscatur.

VI Unius itaque peccati illius in nota numericâ frequentissimi, innoxii, veniâque semper excepti non ea vis est, ut, quemadmodum virus viperinum totum animal perimit, totum Gryphianum fragmentum delere possit. Deleri non potest illud fragmentum,

(1) *Tom. 3. in Arch. Pis.*
(2) *Tom. 6. rer. Ital.*
(3) *Ad Baron. ann. 1134. num. 1.*
(4) *Pag. 319.*
(5) *Diss. De Amalp. 2. cap. 27.*

Digitized by Google

tum, totumque quasi falsum rejici, quin gravissimi illi Scriptores, quos attulimus, aliaque receptissima monumenta simul rejiciantur; retineri vero isti, istaque non possunt, quin & fragmentum illud retineamus. Brencmannus existimavit, hoc unum esse vetus monumentum, quo Pandectarum Pisanarum apud Amalphiam inventio traderetur, postquam ob errores, quos & attulimus, & nullos esse monstravimus, fidem fragmento illi omnem abstulerit *Nibil ergo deferendum est huic Scriptori. Cæteroquin sane permagni momenti esset, quod pratèr alia refert, inter spolia Amalphitana fuisse exemplar Pandectarum Justiniani Imperatoris; esset hoc singulare, & unicum testimonium antiqui Scriptoris, quem hi annalès præferunt*. At Sapientem virum, & gravem puduit, quæ de Amalphiæ inventis Pisanis Pandectis tradita famâ erant hominum prudentum, contemnere; existimavit ergo ille traditionem esse retinendam: Cum enim Pandectas Pisanas a Pisanis diu possessas, nemo neget, nulla caussa fuisse videtur, cur Amalphitano potius populo acceptas illas referri Pisani voluerint, quam alteri cuicumque populo, maxime vero postquam Respublica Amalphitanorum fere conciderat (1) *Quid igitur? dicemusne, totam historiam omni ex parte fabulosam esse? Sed hic, amabo, subsistamus aliquantulum. Alterutrum statuamus, necesse est. Aut enim exemplar illud Pandectarum possederunt Pisani ab eo tempore, cujus memoria non extabat; Aut notum fuit, aliunde id eos accepisse. Si prius admittimus, quænam invidia foret, hanc ipsis gloriam intervertere? Profecto ipsi Pi-*

(1) *Histor. Pand. lib. 1. cap. 8. § quid igitur.*

Pisani veritatem, quæ ipsis bonorificentior, commutasse cum aliâ quavis historiâ, non sunt præsumendi. Si aliunde id habuisse necesse sit, cur magis Amalphitanis acceptum ferri voluissent, quam alii cuicumque populo, præsertim eversâ jam Amalphitanorum Republicâ? Hisce jam cumulum addit pervulgata, & nulli in dubium revocata fama, etsì enim famæ primas denegaverimus, tamen non usque adeo omnem illi efficaciam detractam volumus, ut in cæterarum rationum concursu insigne momentum afferre, inficiemur. Donatus Astensis (1), qui inhumanissime de Pisanis, & vulgari Pandectarum historiâ judicaverat, qui Chronicon Gryphianum nullum esse, nullum extitisse unquam, persuasum habebat, quod illud inter edita ab Ughellio Pisana Chronica non repererit, quique ideò falsum Taurellium Pisanorum Chronicorum testem esse, deputaverit, inventas tamen a Pisanis in Amalphitanâ direptione Pandectas fuisse, minime negat *Che si fossero (1) tra quella vasta preda rinvenute queste Pandette, tutto che negar si potesse, non tanto per ragione, che niun de' Scrittori di que' tempi vi ha, che ne faccia menzione, quanto ch' essendo restata Amalfi dopo l' inondazione de' Longobardi sotto l' Imperio, e dominio de i Greci, havesse fin dal dì, che furon dati fuori i Basilici, posto in non cale il corpo delle Giustiniane leggi; e perciò non le Pandette, ma i soli Basilici essere vi dovevano. Nondimeno perche i tempi sono stati sèmpre li stessi, e siccome in quelli d' oggi, benche il corpo solo delle Giustiniane leggi in tutto l' Imperio Occidentale sia in usanza, pure nelle rinomate Biblioteche*

IV. Astensis quoque Grandius inhumanior.

(1) *Lib. 2. cap. 4. §. l' Autore della prefazione.*

Digitized by Google

teche i Basilici si hanno, altresì in quella stagione, benche in Amalfi i soli Basilici fossero i costumati, in taluna delle sue Biblioteche le Pandette mancar non dovevano. Anzi dall' essersi in queste Pandette il testo di Modestino delle scuse de i tutori, ed altre leggi ancora nel Grèco, che nelle volgate nel nudo latino si hanno, mi fo a credere, che gli Amalfitani veramente avute le avessero da' Greci. Ita sibi prudentissimi homines temperaverunt, ita cohibuerunt judicium. Hoc illis a doctrinâ, hoc ab ingenio literis exculto, hoc ab humanitate, hoc ab ingenuo pudore frenum. Quid igitur de Grandio dicamus, a quo eadem prorsus argumenta, quæ viri illi docti tractaverant, impetraverunt assensum, quem sibi illi extorqueri passi non sunt? Quis puerile hominis non rideat ingenium? Quis non oderit Auguralem temeritatem? Quis imperitiam, quis levitatem literatoris ferat? Quis illa possit audire verba furentis (1) *cur non ipsa Pandectarum apud Amalphitanos inventio falsitatis suspecta ipsi* Brencmanno *fuerit, plane non capio, cum ex uno, eodemque fonte, eoque aliis mendaciis vitiato utraque derivetur?* Quis illa alia (2)? *Et ex hoc Scriptore, cujus unicum, & singulare testimonium inventionis Pandectarum apud Amalphiam tot mendaciis infartum, post ducèntos saltem ab illa expeditione annos prolatum fingitur, ejusmodi factum, per se adeo inverisimile, atque omnibus coaèvis historicis ignotum, atque eatènus inauditum, nobis imponi patiemur, nec* di-

O

(1) *Epist. de Pand.* §. 15. *p.* 22.
(2) *Ibid. in not.* 24. *pag.* 75.

dignum existimabimus, quod eodem loco habeatur cum tot aliis commentis, quibus insulsa illa narratio scatet, quæque ejus auctoritatem, ac fidem per se undequaque nutantem, atque ultro collabentem penitus labefactant? Astensis ignoto sibi Taurellio non fidebat, nullos extitisse annales illos Pisanos, & Grancium, quos Taurellius laudaverat, suspicabatur; aut iisdem contineri existimabat inventionem Pandectarum in Amalphitanâ direptione conjunctam cum donatione Lotharii, quam nullam fuisse, jam constituerat; traditionem tamén de inventis Amalphiaé Pandectis, quam nullo vetere monumento confirmatam videbat, retinuit. Grandius, qui & extitisse annales illos sine ulla Lotharianæ donationis mentione, & Grancium noverat, traditionem tollit, explodit, exsibilat. Brencmannus in ea erat opinione, ut crederet ex Pandectis Pisanis unis jus Pandectarum esse restitutum, videbatque obstantes Amalphitanæ inventioni Pandectas Ivonis, Ravennæ, Irnerii, qui Mathildæ jussu Pandectas interpretatus esse ferebatur incipiente seculo XII; Retinuit tamen Pisanam, quam suis rationibus pugnantém offendit, historiam. Grandius jam Astensi assenserat, alia fuisse Pisanâ prædâ antiquiora exemplaria Pandectarum in hominum manibus, & innoxiam jam, nullique rationi temporum advérsantem historiam Pisanam disjecit, trucidavit. Vos ergo, Academici, qui quam bonus vir, magnusque fuerit Taurellius, a Brencmanno didicistis (r); qui annales a Taurellio laudatos, & extitisse, & nullo certo vitio teneri, vidistis; qui

(r) *Hist. Pand. lib.1. cap.11. §. cæterum.*

qui Grancii poema a Cl. Muratorio (1) editum habetis, & dignum reputatum a doctissimo Editore, cui Pandectas Amalphiæ a Pisanis inventas fuisse testanti fides adhibeatur; qui jam scitis antiquiorem Amalphitanâ direptione usum Pandectarum, & Ivonis, Gratiani, aliorum vetustiorum Pandectas non obstare historiæ Pisanæ, quam sententiam proferatis? Qua pœnâ punietis Monachum temere litigantem, cui noxæ dedatis quadrupedem, qui pauperiem hanc in Pisano, & Jurisprudentiæ fundo fecit? Cui numini noxium caput illud petulans sacrificabitis? Sed audiamus illum vitia alia, quæ Brencmannus Gryphianis Chronicis non opposuerat, opponentem; audiamus illum contra Pisanam historiam acerba, & grandia vomentem.

Grandius Pisanæ historiæ ineptissima objicit, quæ Brencmannus non objecerat.

C A P. VI.

Vidistis, Academici, querentem Brencmannum, in Chronico Gryphiano uno eodemque die & Pontificem jussisse classem a Pisanis parari, & occupatam esse a Pisanis Amalphiam (2). Vidistis, qua nos ratione Gryphianum Chronicon ab eo nodo extricaverimus, quot similia attulerimus ex monumentis, quæ receptissima sunt, & celeritate conjungendarum actionum in hanc temporum perturbationem Scriptores plurimos incidisse. Subtilior & nobis, & Brencmanno Grandius prodit,

Grandius in verbis Chronici misere & imperite cavillatur.

 & in

(1) *Tom. XI. rer. Ital.*
(2) *Sup. cap. 5. §. 2.*

& in verbis Chronici relativis *quello dì* Brencmanno acrior ſubſiſtit. Verba, inquit, relativa cum relatis ſunt conjungenda; itaque cum non alius antea dies fuerit a Chroniſta commemoratus, quám ille *pridie nonas Auguſti* cui adſcripta ſunt alia illa, juſſum Innocentii, claſsis præparatio, navigatio ad oram Amalphitanam, hic eſt unus ille dies, cui verbis *quello dì* Amalphitanam diréptionem ille Scriptor adſcripſit, adeoque abſurdiſſimâ narratione effecit, ut tamquam ab indigno fidem ab eo omnem auferamus (1). En inquit, error inexcuſabilis, cujus nullum dabit exemplum antiquitas, neque enim fieri poteſt, ut ſit referens a relato diverſum, aut réferens ſine relato ſit uſurpatum. Sed ſile, mi frater, noli nos verbis iſtis Scholaſticis exagitare. Parcius iſta Viris. Dies ſæpe accipitur pro re maxime bellicâ, quæ etiam non indicato pridem témpore peracta fuerit, quin certa dies deſignétur. Sic Ciceronis illa (2) accipiuntur *Cinnano*, *Octaviano die* (3), *Sullanus dies*. Sic Flori *dies Cannenſis* (4). Hoc Caſaubonus (5), hoc Gruterus (6), hoc Freishemius (7), hoc Buknerus (8), hoc elégantiores quique Grammatici docuerunt, indeque factum eſſe, animadver-

(1) *Vindic. pag.* 30.
(2) *Pro Sext. cap.* 6. *lib.* 10. *ad Att. ep.* 6.
(3) *Lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 35.
(4) *Ad Suet. Aug. cap.* 23.
(5) *Ad Flor. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 35.
(6) *Ad Indicem Flor. verb. dies.*
(7) *In not. ad Nepotis Atticum.*

vertunt, qui origines linguæ Gallicæ, Hispanicæ, Italicæ tradunt, ut *journee*, *jornada*, *giornata* prælium, & expeditionem significent. Nullum diem certum pridem Cicero commemoraverat cum dixit verbo relativo *dies ille Syllanus*. Nullum diem certum Nepos indicavit, quo Atticus Athenis Romam remigraverit, cum dixit *quèm diem sic universa Civitas Athenienſium proſequuta eſt, ut lacrymis deſiderii futuri dolorem indicaret*. Eſt hoc ita exploratum, ut ſi quis ex hujuſmodi relativis rationem aliquam temporis eliceret, cui factum aliquod adſcriberet, incertiſſimá ratione uteretur. Scripſerat Florus (1) *Varus pèrditas res, eodèm, quo Cannenſem diem Paullus, & fato eſt, & animo ſequutus*: Incertum diem Varianæ cladis Beroaldus, cum in hæc Flori verba incidiſſet, figere voluit ex die cladis Cannenſis IV Non. Sextil. Riſit Beroaldum Caſaubonus, deinde & Grævius (2) quia *Cannenſem diem*, quo non dies certus déſignabatur a Floro, ſed ipſa clades Cannénſis, pro temporis gradu, pro die accepérit *Diem cladis Beroaldum, & reliquos, quotquot illum ex Beroaldo dèſcripſerunt, temere ſtatuiſſe ad* IV *Non. Sextil. dicit Caſaubonus; Et quidem rectè. Hiſtoricorum enim, qui cladem hanc deſcripſerunt, nemo diem ipſum addidit; Cannenſis dies, de quo Florus, quique Bèroaldum avertit, non cladis tempus notat, ſed ipſam cladem*. Idem Gruterus ad Florum. Unum, quod noſter hic campus tulit, hujus quod dicimus, argumentum proferam.

(1) *Lib. 4. cap. 2. num. 35.*
(2) *Ad Suet. Auguſt. cap. 23.*

ram. Est id monumentum e Bibliothecâ Strozzianâ allatum ad aliam rem a Brencmanno. Pandectæ Pisanæ Florentiam, devictis Pisanis, translatæ sunt; Factum est hoc anno MCCCCXI quinquennio postquám Florentini Pisas obtinuerunt. Monumenti Strozziani hæc verba sunt *nell' anno 1411, quando fu presa Pisa, vennero le Pandette, come spoglie de i Pisani a Firenze*. Si alia ejusdém monumenti pars illa deesset, qua vére, & omnibus Scriptoribus consentientibus, docemur, Pisas captas fuisse anno MCCCCVI, ex eo monumento Grandius argumentaretur, Pisas captas anno MCCCCXI, nam verbum *quando* relativum témporis est: tempus autem, quod proxime commemoratum erat, annus erat MCCCCXI. Ergo nihil a Grammatica, nihil a Dialectica Guidonis ducitur, quominus ita verba Chronici Gryphiani excipiamus *Pridie Non. Aug. li Pisani armorono quarantasei galee. Furono a la Costa de Malfi, e quello dì* quo ad oram Amalphitanam pervenerunt, quicumque is esset dies *per forzia lo presono*. Instructio classis opus fuit quartæ Augusti diei. Adventui nullus adjectus dies. Et vero cum in libro Bologninii bis fragmentum Gryphianum descriptum sit, altera descriptione inter *galee,& furono* punctum est, seu, ut Isidori verbis utar, plena positura, qua periodus tota concluditur, & verbum *Furono* literam primam F habet majorem, quod fieri, cum priorum verborum potestas desinit, & ad alia oratio digreditur, consuevit. Hæc, si verbis, & orationis figuræ, qua Chronista Gryphianus usus est, significatio detur, habebit ille Cornelii Nepotis *quem diem*, quo suum tueatur *quello dì*, etsì nullus adventui dies certus adjectus ab eo fuerit. Habebit & multa medii ævi quale est Chronicon

nicon Mutinense (1) *Bononienses venerunt pro obsidione Castri Bazani die Sabbati* IX *exeunte Junio, & habuerunt illud pro proditione de mense Julii die Sabbati* VI *intrante. Et Dominus Episcopus Mutinæ, & Jacopinus Rangonus cum illis de parte sua habuerunt Savignanum, dum essent Bononienses circa Bazanum. Qua de causa Dominus Rèx, & Dominus Eccelinus de Romano venèrunt Mutinam, & dum venirent per Episcopatum Parmæ, habuerunt prælium cum Parmensibus; Et ita venit Dominus Rèx Mutinam, & vènerunt cum Mutinensibus ad Spilambergum dum Bononienses destruerent Bazanum. Et ibi stando Dominus Rex fecit comburi Castrum Vignolæ, & eodem die Mutinam redierunt*. Dicat Grandius quis dies *eodem die* hoc designetur. *Venne in Siena il Cardinal di Spagna, andogli incontro il Chericato, e bonoranza, e se ne andò l' altro dì* verba sunt annalium Senensium ad annum MCCCCXXII, cum nullus adventui dies dictus esset (2). Verum, cum reputo, Principem Capuanorum jam ab Junio mense Neapolim cum viginti triremibus Pisanorum pervenisse, quod Falco scripsit, qui alias viginti a Pisanorum Republica missas, tradit, suspicor, quartum illum Augusti diem, non instructioni classis, sed adventui ad oram Neapolitanam aut Amalphitanam adjectum fuisse, ita, ut ad hunc modum excipienda sint verba Chronici *e per comandamento di esso Sommo Pontefice li Pisani prid. Non. Aug. avendo già armato quaranta sei galee, furono alla Costa de Malfi, e quèllo dì per forzia lo presono*. Hujus interpreta-

(1) *Rer. Ital. tom* 15. *pag.* 562.
(2) *Rer. Ital. tom.* 19. *p* 428.

tationis argumentum erit eadem loquendi figura, qua ad annum MCLXVI usus est Chronista Pisanus editus ab Ughellio, & Clarissimo Muratorio *III Idus Augusti Pisani videntes, quod Januenses ivissent in Provinciam, armaverunt* XXXI *galeas, & combusserunt Capo Corso*; Hæc enim non aliter intelligi possunt quám si ita accipiantur *Pisani III Idus Aug. cum armavissent* XXXI *galeas, combusserunt Capo Corso*. Aliunde vero scimus, paucos esse Scriptores, qui verba tempus designantia apposite, & perspicue satis adhibuerint (1), quod exemplis possit innumeris confirmari, quibus Pagii, Usserii, Norisii, Petavii opéra abundant.

Grandius ignorat Atranum Amalphiæ, illudque confundit cum Tranio Appulo.

II Pergamus confutare alia quæ Grandius Gryphiano fragmento opponere conatus est prorsus invisa Brencmanno. Itaque, quod Amalphiâ direptâ Pisanos Atranum expugnasse postridie, scripserit Chronista ille *e l'altro dì a Trani* exclamat Grandius (2) *explodendus est, tum ex eo quod Pisanos alterâ die Tranium venisse ex Amalphiâ comminiscitur, illorum scilicet navigia ex Tyrrheno in Adriaticum mare tam cito transferens*. At Tranium alterum in Amalphitanâ regione esse, Grandius facile cognovisset, si ea ipsa monumenta, quæ manibus versabat, tractare diligentius instituisset. Breviarium illud Pisanum, quod toties commemoravimus, de secundâ Pisanorum in Amalphiam expeditione (3) hæc habet *sibique tributarias fecerunt Civitates Amalphiæ, Trani, Scalæ, Rochæ fractæ, Agerulæ, & totum Amal-*

(1) *Salmas. ad Spartiani Hadrianum c. 3. in fin.*
(2) *epist. de Pand. art. 17. not. 24. pag. 74.*
(3) *tom. 6. rer. Ital.*

Digitized by Google

Amalphitanum Ducatum. Ughellius regionem illam Amalphitanam ita exhibet in Scalensi Episcopatu (1) *Duobus fluviolis alluitur, altèr licet exiguus, gelidis tamen, & limpidissimis undis per vallem decurrèns, Scalensem Diœcesim a Ravellensi disterminat, Atranumque oppidum rigans in mare prorumpit, altèr vero in Occidentalibus montium vallibus initium sumens, per vallem magno strèpitu vagans, Scalensèm tractum secans, Amalphiam rigans, in mare se demergit*. Idem Amalphitanum Archiepiscopatum, Ducatumque ex diplomate Caroli III his verbis refert *nomina vèro Civitatum, locorum, & terrarum Ducatus Amalphiæ sunt hæc, videlicèt Civitas Amalphiæ, Scala, Ravellum, Minorum, Majorum, Atranum, Tramontium, Granianum, Litera*. Idipsum ex Mazzella Brencmannus docuit (2), observavitque in veteribus monumentis aliquando *Atrani*, aliquando *Ascani*, aliquando *Vetrani* esse appellatum *præter Scalas ergo, & Ravellum est & aliud oppidum, quod Truni appèllatur, seu vèrius Atrani: est etiam ubi corrupte Ascani habetur pro Atrani, item Vetrani*. Vulgaris illa descriptio Regni Neapolitani, quæ Bulifonii nomen præfert, Atrani habet in Principatu citeriore, cum numero familiarum, quæ Universitatem faciunt. Jannonius ille celeberrimus in historia Civili (3) Amalphitano Ducatu Atranum includit *e da mezzo giorno Amalfi stessa, Scala,*

 Ra-

---

(1) *Tom. 7. Ital. Sac.*
(2) *Diss. 1. de Amalph. §. 23.*
(3) *Lib. 7. cap. 3. §. 1.*

Ravèllo , *Minori* , *Majuri* , *Atrani* , *Tramonti* , *Agerola* , *Citara* , *Prajano* , *Pasitano* . Quod vèro *Trani* pro *Atrani* legatur in Gryphiano fragmento aut Librariis est error imputandus , aut vulgi ingenio , & linguæ , qui verba minuere , syllabasque elidere omni tempore consueverit , quemadmodum in hoc ipso Ducatu Malfi pro Amalfi profért. Scriptores Italici Gryphiano æquales, aut suppares verba sæpissime contrahebant , maxime vero vocalibus primis demendis; apud eos invenire est *Berto* pro *Alberto*, *Manuele* pro *Emanuele*, *Taliani* pro *Italiani*, *stanzia* pro *istanza*, *Spagna*, pro *Hispania*, *Befania* pro *Epifania* ; idque usitatissimum est, ubi *a* voranda sit; inde *Magna* pro *Alemagna* , *Puglia* pro *Apulia* , *Raona* pro *Aragona* , *Lagni* pro *Anagni* , *Lansone* pro *Alansone* , *Pulinari* pro *Apollinari* . Qui ergo *Malfi* pro *Amalfi* scripserit Chronista Gryphianus, eodem de sonu judicio *Trani* scripsit pro *Atrani* . Quem pœnitebat hujus erroris , Grandius in Vindiciis negavit , se Chronistam Gryphianum reprehendisse , quod Atranum duxerit Pisanos postridie, quàm Amalphiam diripuissent , id vero affirmavit , se improbasse Tranium pro Atrano usurpatum . Cum vero ei ostentaverim verba aliud significantia & Chronistam Gryphianum vere reprehénsum Tranii Appuli pro Amalphitano usurpati *qui etiam explodendus est, tum ex quo Pisanos alterà die Tranum venisse ex Amalphi comminiscatur, illorum scilicèt navigia ex Tyrrheno in Adriaticum mare tam citò transferèns* , rediit ad ingenium , & Tranium Appulum a Chronista Gryphiano vére usurpatum esse , affirmavit , quod Atranum Amalphitanum indignum esset quod in historia memoraretur *imperoche quello della Costa d' Amalfi*

Digitized by Google

malfi è un luogo oscuro, nè popolato, se non da cento quaranta fuochi, nè cinto di fortificazioni, che possano resistere ad un' armata, e però di tale terricciuola non si può intendere, che fosse presa per forza (1). Quis ferat amentiam hominis? quis vidit unquam hominem adeo temerarium, ut de oppido Italico agens ad populum, ne libros quidem sibi legendos esse censuerit, qui de Oppido illo conscripti sint? Josephus Pansa Amalphiæ historiam his annis edidit in duo partitam volumina, quorum alterum est magna ex parte in rebus Atranensibus referendis, hoc addito titulo *Atrani parte principale della Repubblica Amalfitana, e dell' antico suo titolo di Città*. Si hunc Scriptorem consulendum sibi esse Grandius duxisset, ut debuerat, didicisset Atranum celebrem olim fuisse Civitatem, æqualem Amalphiæ. Plurima monumenta vidisset, quæ monstrant Amalphitani Ducatus caput alterum Atranum fuisse illis ipsis temporibus, quæ ad hanc rem, quam quærimus, pertinent, Innocentii IV Pontificis Maximi Romanorum præsertim epistolam, quam & Ughellius exhibuit (2) datam anno MCCLIV *Innocentius IV Episcopus, servus servorum Dei dilectis filiis hominibus Amalphiæ, & Atrani salutem &c. Nos vestræ devotionis precibus inclinati, ut vos Civitates vestræ, & loca jurisdictioni vestræ subjecta* qua cum Gualtherum Archiepiscopum promovisset, eum Amalphitanis, Atranensibusque æque com-

De Atrano, quod non noverat, inepte loquitur.

P 2 men-

(1) *Nuova disamina part. 4. cap. 4. num. 5. & seqq.*

(2) *Ital. Sac. tom. 7. pag. m. 222.*

mendat: Didicisset, conventus solemnes Amalphitani Ducatus Atrani agi consuevisse: Didicisset, quatuor millibus hominum incoli, quod oppidulum vocat, & opibus, & iis, quibus humana vita commode ducitur abundare *di maniera, che per le commodità, come per le ricchezze, sì anche per la grandezza del popolo, essendovi da quattro mila persone, tutti quei della Costa chiamar lo sogliono Napoli piccola*; etsì census publicus non plures, quam centum quadraginta familias ei tribuat, usitatâ Regni Neapolitani incolis fraude, qui cum regalia munera pendere soleant ad numerum familiarum, quò levioribus muneribus onerarentur, omni ope curarunt, ut quam minimus familiarum numerus censeretur, & omnia movent, quodcumque minantur, ut Procuratores (1) Regis a justâ numeratione deterreant: Didicisset, arce munitum etiam hoc tempore Atranum esse, ut vi sit expugnandum *egli è questo paese fatto forte dalla Torre detta il Capo d'Amitrano* longeque munitius, quam Scala sit, aut Ravellum, quæ Grandius sinit commemorari, dum vetát Atranum. In quo & illam imperitiam Monachi agnoscimus, qui ab omnis ævi Scriptoribus, ignorat, oppida commemorari, quæ seri nepotes parvipendunt, ab Etruscis maxime Ricordano, Compagnio, Villanis, Guicciardino, Machiavello, qui & Agnani meminerunt, & Cascinæ, Larii, Peccioli, Anglarii, Casularum, Castellinæ, aliorumque id genus. Hæc stultitia Monachi nostri, qui cum terræ metiendæ cœlique sibi esse scientiam, profitea-

(1) *Tasson. de antef. vers. 4. obs. 4. num. 25.*

fiteatur, adeo Atranum terræ Italiæ partem ignorat, stultitiam ejusdem illam aliam revocat, cujus meminisse nolebam, de Amalphiâ, quæ quod Civitatis jure censeatur, oppidum non recte dicatur, adeoque non comprehendatur oppidis illis, quæ Volaterranus a Pisanis fuisse scribit, circa Neapolim custodita (1) *nè si a chi pretenda doversi intendere tra quei molti castelli* Volaterranus scripserat simul cum oppidis circa multis *o terre circonvicine a Napoli, nelle quali i Pisani tennero per sette anni presidio, anche la Città d' Amalfi, perche impropriamente parlerebbe l' autore chiamando oppidum così illustre Metropli*. Quis tibi, Guido, Grammaticus verbi oppidi potestatem monstravit, quam Servius finire non potuit? *Alii* inquit Servius (2) ad illa Virgilii

Grandius ignorat oppidi significationem & male de eo verbo judicat.

> *At patiens operum, parvoque assueta juventus,*
> *Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.*

Oppidum a vico, castelloque magnitudine secernunt vide Guido quantum fallaris, qui pro oppido vicum aut castellum accipias *Alii locum muro fossave, aliaque qua munitione conclusum. Alii locum ædificiis constitutum, ubi fanum, comitium, forum, & murus sit. Alii oppidum dici ab oppositione murorum, vel quod hominibus locus esset oppletus, vel quod opes illo munitionis gratia congestæ sint*. Quis itaque te, Guido, non rideat? Visne Amalphiam Thebis majoren? At Thebas oppidum Nepos dixit in Pelopida *Phœbidas Lacedemonius, cum exercitum*

(2) *Nuova disamin. part.* 3. *cap.* 1. §. 15.
(3) *Lib.* 9.

tum Olinthum duceret, iterve per Thebas faceret arcem Oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit. Vis Amalphiam antecellere Syracusis? At Justinus Syracusas oppidum appellavit (1) *legatos ad Syracusanos mittit, spondens se depositurum Tyrannidem, si mitterent ad eum, quibuscum de pace conveniret, in quam rem missos primores in carcere retinet, atque ita incautis omnibus exercitum ad delendam Civitatem mittit. Fit igitur in ipsa Urbe anceps prælium, in quo* oppidanis *multitudine superantibus*. Vis Amalphiam Babyloniæ magnitudine præstitisse? At Babylonios Justinus oppidanos pariter appellavit (2) *Frater ejus Orodes cum regnum vacans occupasset, Babyloniam, quo Mithridate confugerat diu obsidet, et fame coactos in deditionem* oppidanos *compellit*. Vis Athenis quas Nepos oppidum dixit? (3) *cum maxime Athenienses peti dicerentur arcem Sacerdotibus, paucisque majoribus natu, ac sacra procuranda tradunt, reliquum oppidum defendunt*; idemque alibi (4) *is* campus Marathonius *abest* ab oppido *circiter millia passuum decem*. Vis denique Romæ Amalphiam anteponere, postquam Romam oppidum appellatam in Livio deprehenderis? *Per idem tempus Legati a Rege Perseo venerunt; eo in oppidum intromitti non placuit, cum jam bellum Regi eorum, & Senatus decresset, & populus jussisset, in ædem Bellonæ in Senatum introducti ita*

(1) *Lib. 21. cap. 2.*
(2) *Lib. 42. cap. 4.*
(3) *In Themistocl.*
(4) *In Miltiad.*

ita verba fecerunt (1) Vide apud Livium, Philippi Legatos Civitates, & oppida promiscue dicere (2). Vide latinæ linguæ diligentissimum Ciceronem (3) oppida, & pro Civitatibus celebribus accipere, & a vicis, castellisque magnitudine separare. Vide omnes latinitatis auctores, a quibus fuisti hactenus alienissimus, qualem tua te scripta demonstrant.

III Ejusdem ingenii est illud alterum, quod Chronistæ Gryphiano Grandius opponit *merito reprehendendus venit ab ipsis Pisanis; cur enim concivis ipse primam duntaxat expeditionem anni 1135. susceptam a suis majoribus in medium profert, in qua a Rogerii exercitu male mulctati Pisani ipsi fuerunt, ipsis & eorum consulibus in vincula conjectis, dissimulat vero expeditionem alteram biennio post ab ipsis Pisanis promotam, quæ ipsis undequaque optime cessit?* Quænam est querela isthæc? Scilicet vanissima. Unde hæc delirus Fraterculus? Unde hic illi animus? Quo belluam furor & discordia perduxit miseram? Unde cognovit ille, Scriptorem hunc, quem judicat, omisisse secundam illam expeditionem? Nonne fassus est, nihil hujus Scriptoris aliud haberi, quam particulam illam, quam Bologninius describi curavit, ut ornaret Pandectarum editionem, quam parabat? Primo bello Amalphitano Pandectæ inventæ sunt; alterum bellum ad Bologninium minime pertinebat. En itaque argumentum Grandii: Scriptor hic anno MCXXXV omisit, quod anno MCXXXVII factum est: Ergo damnandum est, quod

Grandius ob iram furit & amens loquitur.

(1) *Lib.* 42.
(2) *Lib.* 39.
(3) *Epist. lib.* 15. *ep.* 4. *ad Catonem.*

quod scribit ad annum MCXXXV. Quid superest, nisi ut Livium damnet, quod primum bellum Punicum omiserit, quia historiæ Livianæ pars illa perierit?

IV Quod ex Roncionio, qui Patrum nostrorum tempore scripsit Pisanam historiam, Grandius argumentatur, ut fidem detrahat Chronistæ Gryphiano, paullo post videbimus somnio Monachi junctum de allatis Constantinopoli Pandectis Pisanis. Interim prodeat fatua illa dicacitas, quá Monachus annales illos Gryphianos negat unquam fuisse, qua protervus objicit, nihil eorum aliud, quám pauca illa verba fuisse, quibus Gryphius imposuit Bologninio (1) *nec unquam aliud fuisse, suspicor, præter decem illas lineas ab impostore ita compactas, ut Bologninio homini simplici, & inerudito fucum faceret, ac justæ historiæ veteris apud se descriptæ, in qua Pandectarum inventio apud Amalphiam facta legeretur, opinionem ingereret*; Quam fraudem a Philippo Gryphio factam Bologninio scripserat esse Monachus in Vindiciis, eamdem quinquaginta post annos a Plotio Gryphio factam esse Taurellio scripsit in libro Faventino (2), cum illi objecerim a Taurellio visos fuisse annales integros, non fragmentum, quale duntaxat viderat Bologninius. Ergo ut valeat, ut vigeat, ut excipiatur præpropere, & sine judicio ullo a Monacho concepta sententia, tot nobis erunt mendacii, tot stultitiæ arguendi; jam & Philippus Gryphius impostor, impostor & Plotius, stultus, simplexque Bologninius fuerit necesse est, facilis denique, futilisque Taurellius ille, quem prudentissimus Prin-

Grandius injuriam infert Bologninio, & Taurellio, eosque falsi accusat, aut stultitiæ reprehendit.

(1) *Vindic. pag. 36.*
(2) *Nuov. disam. part. 3. cap. 4. num. 3.*

Principum Etruſcorum amicum, Senatorem, omniumque imperii ſui arcanorum participem delegit, æquales vero, poſterique hactenus omnes gravem virum, ſapientemque habuerunt? Quo ſcelеſte ruis? Quis Principem prudens Conſiliarius alloquens, quis ad Principem ſcribens, affirmet, ſe apud virum nobilem ſuperſtitem, qualis Plotius Gryphius erat, vidiſſe annales, quos non viderit? Quis teſtimonium afferat, quod ſtatim ac Princeps cognoſcere velit, edere non poſſit? Quis teſtem laudet hominem, qui aut fallax habeatur, aut levis? Credisne Philippum Bonarotam hoc tempore integritate, prudentiâ, doctrinâ, muneribus Taurellio ſimillimum Senatorem in epiſtolâ, qua librum aliquem Principi offerret, inconditum aliquod, ſuſpectumque monumentum eſſe prolaturum, quod non legerit, quod non conſideraverit, aut inſipientem aliquem, mendacem, inficetum nobilem, qui monumentum ſeſe tenere jactaret, teſtem ab eo eſſe appellandum? Si hoc tu fieri poſſe, ſentias, & nos nullum tibi humanitatis, nullum officiorum ſenſum, nullam rationem, nullam mentem eſſe, vere ſentiamus. Sed, Academici, maximos hujuſmodi homines, optimoſque, qua ſint conſtantiâ, qua integritate, quo habeant generoſo incoctum pectus honeſto, comprehendere Monachus maculoſo illo ſuo animo nequit, qui potuit falſum inſtrumentum in hanc litem noſtram inducere, qui potuit librum, librique Scriptorem, qui nullus fuerit, Diomedem Bravam, de Gratiani interpolatione confingere, & impoſtor ipſe omnes, putat, eſſe impoſtores.

V Brencmannus, & Aſtenſis, qui uni hanc noſtram ſuſpectam habuerunt hiſtoriam Granchii teſtimonium non viderant. Grandius eorum ſuſpicioni- Grandius immemor, & ridiculus, & Gryphiis Pilanis iniquus.

Digitized by Google

bus usus, allatum a Taurellio Granchium ita primum risit (1) *laudans insuper in eandem sententiam nescio quem Rainerium* Grachlam, *seu potius Gracculum, qui ante ducentos annos de bello Thusco conscripsit*; Deinde epistolam sibi scriptam protulit a Canneto Abbate Foroliviensi, qua monetur Granchii opus MS in Bibliothéca Classensi esse, cui Grandius ipse Pisis emptum dono dederat, & cum Betto Gryphio dicatum opus illud viderit, quod anteà confutavérat ob tempus nimis ab Amalphitano bello sejunctum, statim Gryphios, quibus jam imposturæ notam inusserat, his verbis insectatur (2) *vides itaque, lector, totum quantum est fabulosum hoc monstrum e Gryphiorum domo prodiisse. Mirum sane, in aliorum Pisanæ Nobilitatis Procerum domibus nihil huic commento simile reperiri unquam potuisse; verum illi has nugas non consectantur, nec hujusmodi male consutis næniis tam facilè indulgent*: Ita evitat Monachus testimonium, quod postquam præcipiti judicio Pisanam historiam damnaverat, eoque se judicio obligaverat, sibi objectum aspexit invitus. Si Gryphiorum utilitas, si decus aliquod ab inventis Amalphiæ Pandectis obvénisse videatur, omnia e Gryphiorum Bibliothecâ eruta monumenta rejiciantur. At cum Gryphiorum gens fuerit Pisis genere, & rérum potentiâ, publicisque conspicua muneribus, ut omnis Pisana historia testatur, cum nulla Gryphiorum res, nullum odium, nulla cupiditas in Pandectarum inventione illa versetur, cur Gryphiis fidem adi-

(1) *Epist. ad Averan. art. 16. pag. 24.*
(2) *Epist. ad Aver. in not. pag. 75. & seq.*

adimamus a Calliſtrato docti (1) *ſi careat ſuſpicione teſtimonium, vel propter perſonam, a qua fertur, quod honeſta ſit, vel propter cauſam, quod neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ cauſſa fiat admittendum eſt*, a Melchiorre Cano (2) *naturæ auctor in hominum mentibus inclinationem ad credendum impreſſit, neque eſt hominis bene inſtituti, & ad vitam humanam recte compoſiti viro gravi rem credibilem aſſerenti non credere?* Tumultu gaudere, in latebras refugere, putare in turbido eſſe quidquid in luce eſt, quod tu facis Guido, inhumaniſſimum eſſe, Seneca ſcripſit ſapienter (3). Si tranquillâ mente uteréris, Gryphios illos Piſanos cum Florentinis Strozziis comparares, qui monumenta plurima Florentinorum, quæ ob tenuitatem fruſtrâ in Florentinâ hiſtoriâ quærerentur, ſervaverunt. Viguit tribus jam ſæculis plus quam Piſæ Florentia; Dic Guido, quot habet Florentia ſervatores illorum monumentorum, præter illam Strozziorum gentem? Illa una & illud monumentum ſervavit latarum Florentiam Pandectarum anno MCCCCXI, cui æquale nullum cæteri Florentini Proceres hactenus habuerunt, (4) quodque primus vulgavit Brencmannus. Dic, Guido, quot, magna illa Roma, hujuſmodi archiva caperet, Conſtantinis imperantibus? Vopiſcus in Aureliani, Probique principiis ex Ulpiâ Bibliothecâ, quam in ſuas thermas tranſtulerat Diocletianus, maximam hiſto-

Q 2 ria

(1) *L. 3. in pr. ff. de teſtib.*
(2) *Loc. Theol. 11. cap. 4.*
(3) *Epiſt. 3.*
(4) *Brencman. hiſtor. Pand. lib. 1. cap. 10.*

riarum condendarum materiem petendam fuisse, docet, vixque Tiberianam commemorat, & regesta porticus porphyreticæ. Jam nobis & aquæductus Frontini perierunt, quod omnia quotquot habemus exemplaria ex Bibliothecâ Cassinensi prodierint (1). Bene tibi evenit, Guido, increduloque isti ingenio tuo, quod æqualis Poggio non fueris, jocis, & salibus potentissimo; Cum enim libros Quintiliani, libros Ciceronis de Finibus, de Legibus, quos Italis unus ille tradidit, a Concilio Constantiensi reversus, tu excipere recusares (2), qui tibi ille Hipponax, qui fuisset Archilocus, quo tu ludibrio suspensus Lijcambeam injuriæ pœnam ferres? At sentio te, Guido, objicientem Plotio Gryphio falsi crimen, quod jactasset se domi habuisse olim instrumentum, quo donatio probabatur, qua Lotharius Saxo Pandectas Pisanis dedit. Cedo, falsi crimine se Plotium obligasse, si falsum illud instrumentum a se confictum protulerit. Quot putas, esse Bononiæ exemplaria legis Theodosianæ, qua falsó publica Academia Bononiæ dicitur constituta? Damnaresne tu falsi Nobilem Bononiensem, qui exemplar aliquod illius legis se domi habuisse, jactaret? Si tu damnares, alii eum omnes a falsi crimine exolverent, auctoribus cum naturâ ipsâ, tum Imperatoribus Marco & Vero (3). Quot sunt in archivis falsa diplomata, quin possessores habeantur falsarii? Quot per errorem ab imprudentibus proferuntur? Neque vero medio sæculo decimo sexto, quo Plotius

(1) *Mabillon. Musſ. Ital. tom.* 1.
(2) *Jovius in elogio Pogg.*
(3) *L. Divus* 31. *ff. ad Leg. Cornel. de falſ.*

tius Gryphius vivebat, fabulis ornari cœpit historia restitutæ Jurisprudentiæ. Cum Irnerius Pandectarum jus publice primus docuerit; Cum Pandectarum Pisanarum jam a sæculo XIV fuerit fama diffusa; Cum nihil minus, quam historia, & humaniores literæ, quibus ingenium perficitur, & expolitur, colerentur; Cum ægre ferrent homines illas origines ignorandas; Fabulæ conjecturis conflari jamdiu cœperunt, quod in omnium rerum temporumque historiis factum est, ut sapienter Baconius docuit (1) *historia temporis necessario in memoria rerum fatiscit, & veluti spatia vacua continet, quæ ingenio, & conjecturâ occupari, & suppleri satis licenter consueverunt*; Maxime vero iis, quæ tempore auctoritatem acquisiverunt, fabulæ adjici cõsueverunt, & magnarum rerum primordiis, Urbium, Religionum, Regum, Potentium originibus quot vana, quot incredibilia, quot in miraculum corrupta adhærent? Quot probabilia pro veris cum scribendo, tum loquendo, tum etiam res humanas tractando accipiuntur (2)? Libris Juris Theodosius, Justinianus auctoritatem dederunt; juris vero Canonici Bonifacius VIII, Nonusque Gregorius; Gratiani magna erat in Academiis auctoritas; Ergo Trithemius, Gesnerus, Simlerus, alii multi (3) ab Eugenio III, quo Pontifice Gratiani Decretum editum est, Gratiani Decretum confirmatum fuisse, affirmaverunt, quod

(1) *De augment. scient. lib.2. cap. 7.*

(2) *Liv. lib.1. Dion. Halic. lib.2. Cic. in Bruto. Melchior Canus locor. Theol. 11. ob. Senec. de Ira lib.2. cap.22.*

(3) *Mastrict. histor. Jur. Eccl. num.309.*

quod confirmatio illa veri ſpeciem haberet. Itaque, cum leges Longobardorum valerènt, jus Romanum Irnerii operâ illas fere pepulit quo tempore Lotharius imperabat, eâdem veri ſpecie decepti plurimi legibus Romanis a Lothario datam auctoritatem, Longobardicis ademptam fuiſſe, ſunt arbitrati. Jam a ſæculo XIV vulgo ferebatur Piſanus Pandectarum Codex eſſe archètypus, & auctographus ipſius, qui Pandectas condiderat, Juſtiniani, (1) Abbate id Panormitano, aliiſque teſtantibus. Qui itaque habere Piſani potuiſſe viderentur archetypum Imperatoris, ad quem omnes Juriſconſulti provocarent, ſiquando de legum verbis quæreretur, quin ab Imperatore illum accepiſſent, quin Imperatoris beneficio retinerent? Hoc veri ſpecièm habebat; hoc plurimi verum eſſe exiſtimabant, hoc decus addebat Piſanis Civibus, Piſaniſque Pandectis. Ergo fuit tandem otioſus aliquis, qui inſtrumentum Imperialis illius benefici componeret, qualia multa de rebus omnibus confictа ſunt laſciviâ, licentiâque illâ, quam Borghinius (2) olim, noſtris temporibus bella diplomatica teſtantur, ſicut fuit qui, quod Theodoſiani Principes Jurisprudentiam in Academiis ſtatuiſſe viderentur, Academiam Bononienſem a Theodoſio II conditam fuiſſe, commentus eſt, & diploma Theodoſii compoſuit, quod hodie ſanus nemo Theodoſianum agnoſcit (3), etsì illius auctoritatem plurimi tueri conati ſint, etsì plurima illius exemplaria invenian-

(1) *Brencm. hiſt. Pand. lib. 3 cap. 1.*
(2) *In tractat. de Moneta.*
(3) *Conring. in antiquit. Academ. &c. &c.*

niantur. Qui ergo Gryphius instrumentum se habuisse Lotharianæ donationis domi, Taurellio dixerit, unus é plurimis fuit, qui decepti veri specie, & verosimili instrumento fuerunt. Donec illum composuisse instrumentum, non probes, Guido, erit nobis Plotius deceptus, non deceptor, qui fabulas alias, quæ de his rebus prodierunt, sciamus ab aliis omnibus, quam a Plotio Gryphio satas fuisse. Archetypum Plotius fingere potuit, qui vixit duobus post sæculis, quám ea homines invasit opinio? Irnerium, & Italiam administrasse mandato imperio a Lothario, & Lothario suasisse, ut ex legibus Romanis lites dijudicarentur, quod in Chronico Carionis legimus (1), finxitne Plotius? Si voluit Plotius decipere, si Bettus, si Philippus, qui tres Gryphii sunt a Monacho impostorés appellati, & joco inurbano fabulosa animalia *meminerit Tanusius Gryphum esse fabulosum animal*, cur donationem Lotharianam poemati Granchii Bettus non curavit inserendam? Cur eam Philippus non adjunxit fragmento Chronici, quod misit ad Bologninium? Cur Plotius Taurellio instrumentum non ostentavit, quod ei, qui confinxerit, facile esse debuit, sed absumptum in publica calamitate fuisse, commemoravit? Sed ait Monachus, Amalphitanam suæ gentis originem Pisani Gryphii ostentabant, inde tota hæc de Amalphitanis Pandectis fabula. Nego Gryphios ostentasse originem Amalphitanam, nam quo tempore summis in Pisanâ Republicâ Gryphia gens honoribus amplissimis decorabatur, erant Amalphiæ Gryphii adhuc illi, quos Monachus Pisas trans-

(1) *Lib. 3. in Lothario Saxone.*

translatos esse, comminiscitur (1); jam enim sæculo XI magnates (2) erant Pisis Gryphii, & monumentum Amalphitanum Gryphios Amalphiæ exhibet sæculo XII. Monachus nullam probationem, nullam præsumptionem affert illius originis Gryphiis affectatæ, præter Mazzellam Neapolitanum Scriptorem, qui Gryphium Amalphitanorum Consulem affert ad annum MCIX. Gryphii Pisani nullum monumentum reliquerunt illius ostentationis, nullum verbum in Grancio, nullum de illâ in fragmento, nullum in Taurellio, nullum alibi. Si tu Gryphios Amalphitanos sæculo XI antiquiores, gentem talem fuisse, monstrarés, qualem Pisani magnatés sæculo XI ipso suam esse vellént, conjecturam illius ostentationis aliquam haberemus. At ne Neapolitanam quidem originém jactatam a Pisanis Gryphiis, scimus, quæ & Amalphitanâ desiderabilior illis fuisset, & iis a Scriptoribus Neapolitanis ultró tributa est, qui Gryphiam familiam Neapoli amplissimam fuisse sæculo XII tradunt, & Pisas translatam, & a Græciâ Neapolim antiquitus migravisse (3). Cur itaque Griffii Pandectas Neapoli acceptas non retulerunt? Imo cur acceptas non retulerunt Constantinopoli, si Pandectarum historiam historiæ suæ

(1) *Nuov. diffam. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 6.

(2) *Tronc. ann. Pis. ad ann.* 1099. *Ughell. Ital. Sacr. tom.*3. *pag.*400 *in monum. Coss. Pis.*

(3) *Terminio Apolog. de' tre Seggi cap. della famiglia Griffi. Altimar. delle famiglie Napol. lib.*2. *num.*165. *e lib.* 3. *num.* 286.

Digitized by Google

suæ gentis famulari voluerunt, nam & é Græcia advenisse Gryphios, tradunt Neapolitani Scriptores, & Constantinopolitanis classibus imperasse VIII, & XI sæculis (1)? Vide itaque quantum ineptias, Guido, quam sis, & mihi, & Gryphiis iniquus, Betto maxime, qui cùm Grancio, quem, ut tu maligne loqueris, habebat sibi obsequentem, potuerit suæ familiæ antiquissima decora ostentanda mandare in epistolâ, qua Grancius ei suum carmen dicabat, fuit mediocri laude sui unius contentus, publicam rém bene administrantis, & religionis ritus servantis, nullámque majorum suorum commemorationem quæsivit.

VI Quæ amens Monachus Granchio opposuit in Vindiciis nos jam confutavimus (2); Superest refutandum, quod ille in Faventino libro eâdem insaniâ contra Granchium jactavit. Male ab eo, ait, appellatum esse Manfrédum Regem Alemanniæ, qui Siciliæ esset; male Jordanum ducem exercitus Ghibellini e genere Alliano dictum, qui Allianum patriam, non genus habuerit; male Cálixtum Pontificem fuisse commemoratum ubi primum Pisanorum in Sardiniâ bellum narratur, quod Benedicto VIII Pontifice gestum est, non Calixto (3). Audiamus Grancium (4). Is Jordanum illum designat his verbis

Regis Alemanniæ Capitanius, atque fidelis
Ipse Manufredi,

R ap-

(1) *Altimar. d. lib. 3. num. 636.*
(2) *Difes. dell' uso antic. delle Pandet. lib. 2 cap. 7.*
(3) *Nuova difam. part. 4. cap. 6.*
(4) *Lib. 4.*

Digitized by Google

Grandius ignorat hiſtoriam liberorum Friderici II.

appellat itaque Jordanum Grancius *Capitanium* Regis Alemanniæ, & Amicum Manfredi; quodque Grancius rectiſſime ſcripſit, tu, Guido, corrumpis. Scilicet ignoras, Manfredum naturalem duntaxat, non legitimum Friderici II filium fuiſſe, Conradum vero & legitimum Patri cum in Germanorum regnum, tum Siculorum ſucceſſiſſe, Manfredum vero, Conrado abſenti, a Friderico fuiſſe teſtamento datum Siciliæ adminiſtratorem, quam & Conradini nomine Conradi filii, Conrado mortuo, ex ejuſdem teſtamento adminiſtravit, etsì regnum ipſe affectaret (1), utroque Regnum Germaniæ, Conrado & Conradino, ſibi vindicante. Qui itaque ab adminiſtratore Siciliæ Dux dictus erat, non adminiſtratoris, ſed Regis Alemanniæ, cujus regnum adminiſtrabatur, erat vere *Capitanius* appellandus, & Manfredi, qui illum imperio decoraverat, amicus, qualis eſt a Grancio appellatus. Allianum vero illud, ut hodie Feudum eſt, & fuiſſe probabile eſt illis temporibus, quo Reges Siculorum Jordani majores donaverint, qui, ut mos tulit, ex eo gentis nomen aſſumpſerint. Camillus Peregrinus (2), Ammiratus (3), Jannonius (4) docent, pleraſque Neapolitani regni familias nobiles ſæculis XI XII XIII,

Grandius ignorat cognomina a Feudis ſumi conſueviſſe.

(1) *Chron. Sicul. tom.* 10. *ſcript. Ital. cap.* 24. *Chron. Germ. apud Piſtor. Nidan. tom.* 2. *lib.* 16. *Coſtanzo Stor. di Napol. lib.* 1. *Giannon. Stor. Civil. lib* 18. *per tot. & lib.* 19. *in princ.*

(2) *De Stem. Princip. Longob. pag.* 287. *& ſeqq.*

(3) *Tratt. delle famigl. Napol.*

(4) *Lib.* 8. *cap.* 2. *art.* 1.

Digitized by Google

XIII, & antiquioribus etiam a Feudis esse appellatas. Calixtum pro Benedicto fatemur a Granchio usurpatum, res, quas Pisani veteres in Sardinia gesserant præfante, & bellum Sardiniense, quod sua ætate gestum est enarrare incipiente. At hunc errorem historia tota refellit. Quod Tacitus in historia I. Calphurnii Pisonis Præfecti Urbi, & Cotyis Thracis erraverit, & Hæbræorum, quod minorem Antoniam pró majore Lentulo Getulico uxorem tribuerit, quod nullum Romæ Templum fortunæ equestris Tiberio imperante fuisse, male affirmaverit, quod Duillium pro Numa Templi Jano in foro Olitorio dicati fecerit conditorem, quod alia hujusmodi non pauca peccaverit, illum certâ historiâ cogente relinquimus, alia omnia ejusdem retinemus; nec Suetonium abjicimus, quod Christum impulsorem fuisse tradiderit tumultuum, qui Romæ Claudio imperante facti sunt, quod Chaucos, quos Corbulo superaverat, a Gabinio domitos fuisse, scripserit, quod alia veteribus monumentis contraria in elegantissimos suos illos Cæsarés diligentissimus homo retulerit, nec Appianum Alexandrinum quod dictaturæ Romanæ historiam malé in Sylla tradiderit. Abi ergo tu Guido, qui quod semel a véro aberrantem sex librorum scriptorem Granchium compereris, statim delendum totum illum esse conclamas. Cum tu, quemadmodum cértâ historiâ doces Granchium in Calixto peccasse, eâdem ab illo in Pandectis Amalphitanis peccatum fuisse probaveris, in tuas partes facile concedemus. At quam tu certam historiam afferre potes? quid tu hac de re certum, quid aptum, quid probabile protulisti? Dum tu somnia, mendacia, temeritatem, impudentiam, malignitatém sufficere veteribus monu-

mentis delendis existimas, te deserimus; neque enim ex uno peccato pendere, sinimus, fidem, quam historiæ scriptori tribuamus; neque unâ maculâ offendimur, sed incuriâ, aut memoriâ lapso parcendum esse, arbitramur, cætera excipimus, quibus nihil certi obstare videmus, ne omnis in ordinem cogatur antiquitas, ne omnibus auctoribus unâ destituamur (1).

Grandius injuriam Pisanis facit, dum affirmat neminem potuisse in eorum exercitu librum justo æstimare.

VIII Sed *inverisimile* factum est, de quo contendimus, ait Grandius (2), adeoque Scriptori, qui re narratâ fuerit longe posterior, nullam fidem adhibemus & *ex hoc Scriptore, cujus unicum, & singulare testimonium inventionis Pandectarum apud Amalphiam tot mendaciis infartum, post ducentos saltem ab illa expeditione annos prolatum fingitur, ejusmodi factum per se adeo inverisimile, atque omnibus coævis Scriptoribus ignotum nobis imponi patiemur*? Verum quid tibi, Guido, hanc Pandectarum inventionem in Amalphitanâ direptione minime similem veri esse, suasit? Respondes, milites aurum, argentum, gemmas rapere, non libros, consuevisse (3). Occupaverat hoc Brencmannus, divinans in arca servatos Codices illos fuisse, clausamque arcam decepisse rapaces, qui pretiosum aliquid in eâ custodiri, putaverint. Milites illos Pisanos, qui Amalphiam diripiebant, existimat Grandius, eorum similes fuisse, quos hodie Regibus militare, videmus, perditorum hominum, qui cum nullum aliud aut a parentibus, aliisve relictum, aut

(1) *Averan. in Cicer. diss. 71.*
(2) *Epist. de Pand. in not. 24 pag. 75.*
(3) *Nuov. disam. part. 4. cap. 7. num. 7.*

aut industriâ, & diligentiâ quærendum superest alimentum, desperatis omnibus aliis vitæ instrumentis, ad militiam denique convertuntur, immanes, barbari, stolidi, temulenti, gulâ, Venereque duntaxat occupati. Ex legibus, & moribus illorum temporum docemur (1), omnes, qui & sexu & ætate militando aptâ essent, nomina militiæ dare coactos fuisse, paucis exceptis, inter quos Clerici non fuerunt, quos post decimum sæculum militantes, & historia passim exhibet, & ipsorum Ecclesiasticorum virorum monumenta (2). Quoties in annalibus Florentinorum, Senensium, Pisanorum luctus omnium familiarum, nobilium maxime post insignem aliquam cladem offendimus, illorum similes, quos Romani tradunt post atros illos Alliensem, Cannensem, Perusinum seu Trasimeni dies? Nobilium militum Pisanorum mentionem, & in carmine Laurentii Vernæ de receptis Balearibus, & in carmine Rainerii Grancii de præliis Thusciæ, & in Chronicis Ughellii, clarissimique Muratorii sæpe invenimus (3). Sapientes aliquot in omnibus Pisanorum expeditionibus erant, qui doctrinâ, prudentiâ, jurisque maxime scientiâ excellebant, quales eorum temporum sapientes fuisse,

(1) *Carol. Mag. edict. leg. 35. Longobard. Lotharius 1 leg. 71. inter Longobardorum leges Luitprandus lib. 6. leg. Longob. l. 29. Ludovic. II. Imper. in constitutione, quæ est tom. 1. part. 2. rer. Ital. pag. 264.*

(2) *Rather. Episcopus Veron. inspicil. Dacher., Guido abbas Clarevall. apud Baluz. tom. 2. miscell.*

(3) *Tom. 6. rer. Ital. ad ann. 1159. 1169. 1171.*

ſe, docent, cum in verbis feudalibus Franciſcus Hotomannus, tum in verbis latino = barbaris Carolus *Du = Cange*; ſapientès illos bellorum comites Piſana Chronica omnium temporum in òculis noſtris ponunt, maxime veró illius ſæculi, ad quod iſta pertinet diſputatio *alii Judicès totam Arboream deſtruxerunt, & habuerunt poſtea auxilium a Communi Piſano contra ipſum Judicem, Conſules, & Sapientes plurès de Piſanis in ſex Galeis* verba ſunt Chronici laudati de bello Sardorum (1) ad annum MCLXV; *quod audientes Piſani miſerunt ad eum* Imperatorem Fridericum *Romam octo galeas bene armatas, & duos Conſulès, & alios probos, & ſapientès viros; quæ octo galeæ Romam intrantes, & per Tyberim navigantès plura damna intulerunt Romanis, & uſque ad Pontem Tyberis vexilla Piſana poſuere* verba ſunt ejuſdem Chronici ad annum MCLXVIII de bello Romano (2). Stella in annalibus Januenſibus decem & ſéptem Piſanos ſapientes captos fuiſſe, ſcripſit, bello celebri, quod Piſanam Rempublicam labefactavit anno MCCLXXXIV (3). Ne veró per univerſam Piſanorum hiſtoriam excurramus ea quaérentés, quibus argumentemur, in Amalphitana direptione ſapientes fuiſſe, qui auctores eſſe poſſent Pandectarum auferendarum, Falco Beneventanus facit, qui Piſanos mille anno MCXXXIV Roberto Capuanorum Principi auxiliantes in Campaniâ fuiſſe, tradit *cum duobus Conſulibus Alzopardo videlicèt, & Cane Viris Sa-*

(1) *Tom. 6. rer. Ital. ad ann.* MCLXV *§. item eodem anno Menſis Maj.*

(2) *Ad ann.* 1168. *§. eod. anno Rainaldus.*

(3) *Annal. Jan. lib. 1. cap. 5.*

Sapientibus, quos, credibile est, eo, qui secutus est, anno, quo Amalphia direpta est, adhuc ibi fuisse, cum nullbi legamus militem illum eo anno Pisas rediisse (1). Cum vero audire mihi videar petulantem Monachum sapientes illos ridere, quod sæculo vixerint minime sapiente, adeoque neminem ex illis idoneum reputare Codicis æstimatorem, vos oro, obtestorque, Academici, quos genus, humanitas, educatio, doctrina commendant, ut illam, quæ sapientes illos sapientia fecerit, eâ metiamini, qua Pisani plurimi eo sæculo claruerunt. Undeviginti Romanæ Ecclesiæ Cardinales Pisis eo sæculo natos, Pisis educatos, Pisis doctos Ciacconius, Oldoinus, Panvinius protulerunt. Pisis eo seculo natus est Eugenius III Pontifex Maximus Romanorum pietatis, & doctrinæ laude præclarissimus. Qua excelluisse scientiâ putemus Petrum illum, quem Anacletus elegit, ut coram Rogerio Rege delatum sibi Pontificatum defenderet, dum Bernardus Clarevallensis Pontificatum Innocentii tueretur (2)? Qua sapientiâ fuisse, putemus, Gratianum Alexandri III Pontificis Maximi Romanorum in Britanniâ Legatum de jure Archiepiscopi Cantuariensis, & Thoma illo celebri, qui de eo jure cum Rege decertabat, cum vir doctissimus Joannes Sarisberiensis Gratianum sæpe laudaverit, & scripserit aliquando *solum ex omnibus, qui ad Regem missi fuerant, sapere Gratianum* (3)? Quæ ve-

(2) *Ad ann.* 1134.

(2) *Vincent. Bellovac. Specul. histor. lib.* 27. *c.* 14. *S. Anton. Arch. Flor. part.* 2. *tit.* 17. *c.* 1. *Falco Beneu. ad ann.* 1137.

(3) *Epist.* 274. *ep.* 281. *epist.* 294.

vero Pandulpho doctrina fuerit, & ex vitis constat Pontificum Romanorum, quas ab eo conscriptas habemus, & ex Oldoini judicio, qui *virum prudentem, ac doctum* illum appellavit. Celeberrimus est etiam ex eo sæculo Dagobertus Archiepiscopus Pisanorum, qui Pontificia Legatione fungens, Christianis pro patriâ religione in Syriâ pugnantibus imperavit (1). Idem ornavit sæculum Laurentius Verna Ecclesiæ Pisanæ Diaconus, qui non contemnendum de Balearibus a populo Pisano receptis carmen composuit. Neque mittenda est architecturæ laus, qua Pisani eo sæculo præstiterunt, quamque Anonymus ille confirmat, qui carmine bellum Novocomense enarravit, scribit enim a Mediolanensibus Architectorum Pisanorum operas fuisse conductas (2)

Et repetunt Pisas necnon satis ingeniosas
Conducunt multos, qui sunt in arte periti
Artifices doctos ad muros effodiendos

Et Falco Beneventanus, qui (3) Germanos admiratos esse, tradit, turrim ligneam a Pisanis constructam, qua Salernitana arx commodius expugnaretur. Nec defuit eo sæculo Pisanis Jurisprudentiæ laus; eo enim sæculo Juris illius Pisani conditores vixerunt, in quo Brencmannus Codicis utriusque notitiam, Valsechius vero, & Grandius Pandectarum etiam compererunt. Est enim jus illud editum anno P. MCLXI. Baronius (4), Ciacconius

(1) *Ughell. Ital. sacr. tom. 3. in Arch. Pisan.*
(2) *Tom. 5. Ital. pag. 452.*
(3) *Ad ann. 1137.*
(4) *Ad ann. Ch. 1159. num. 28.*

nius (1), Abbas Constantinus Cajetanus (2) Alexandrum III Pontificem Maximum Pisis educatum, Pisis studuisse, testantur, & in virum doctissimum evasisse, qui Bononiæ Theologiam, summâ cum laude potuerit explicare, quo tempore publicatum est Gratiani decretum. Laudatum sæpe Pisanum Chronicum Burgundium Judicem Pisanum Jurisperitissimum appellat (3) *eodem quoque anno pro Communi Pisano Albèrtus quondam Bulsi Consul, Burgundius jurisperitissimus, atque Marcus Comes honorificè ad Imperatorem Constantinopolitanum iverunt, & honorificè cum Imperatore Constantinopolitano compleverunt*, eumque, scimus, Jurisprudentiam suam & Græcis, & sacris literis adeo ornavisse, ut Europam universam doctrinæ suæ famâ compleverit, & Nortmannus ejusdem sæculi Scriptor, cum Concilium Romanum habitum anno MCLXXXI narraret, omissis Patribus in uno Burgundio substiterit celebrando (4) *ad hoc multæ convenerunt tam Ecclesiasticæ, quàm sæculares Personæ; inter quas venit quidam Civis Pisanus nomine Burgundiu peritus tam Græcæ, quàm Latinæ eloquentiæ. Hic attulit Evangelium S. Joannis translatum ab ipso de Græco in Latinum, quod Joannès Chrysostomus sermone Homiletico exposuerat; Hic etiam fatebatur, magnam partem libri Genesecos a se jam translatam. Dicit etiam,*

S *quod*

---

(1) *In Alexandro* III.

(2) *In not ad Vitam Gelasii* II.

(3) *Tom. 6. rer. Ital. pag.* 186. §. *eodem quoque anno ad ann.* 1172.

(4) *Robert. de Monte in auct. ad Sigebert. ann.* 1181. *seu quivis alius.*

Digitized by Google

quod Joannès Cryſoſtomus totum vetus, ac novum teſtamentum Græce expoſuit. Hic eſt ille Burgundius, cui & Græcarum conſtitutionum, légumque interpretatio latina tribuitur(1), qui Medicinæ, Theologiæque peritiſſimus habitus eſt (2), quique ſui ſimiles Advocatos alios multos eo ſæculo habuiſſe, vidétur, ex iis quæ Aſtenſis profert (3), dócens, ejus temporis Juriſconſultos ſcientiâ cum Juris, tum rerum aliarum iis, quibus hodie utimur, antecelluiſſe. Hæc itaque eſt illa Piſanorum ruſticitas, hæc hebetudo, hæc barbaries, qua fieri nullo modo potuiſſe, vult Grandius, ut nemo in expeditione Amalphitana eſſe potuerit, qui Codicis illius, de quo agimus, antiquitatem, elegantiam, auctoritatem *juſto* potuerit æſtimare, imo ne ſuſpicari quidém; Dum enim obvia quæque rapiebantur, ſuſpicio ſufficiebat, ut quod pretioſum eſſe poterat, auferretur. Ego vero a Viris optimis, qui diu bello Hiſpanico militaverant, audivi minima quæque in direptionibus capta eſſe; & ſacramentum militare Romanorum veterem hunc morém eſſe, indicat, quo viliſſima continentur, quæ milités capere conſueverant (4). Celebris eſt bibliotheca Jacobi Bongarſii, quæ in diréptione quadam Gallicâ capta fertur anno MDLXII, cujuſque partem meliorem e manibus militum eripuit Petrus

---

(1) *Pancir. de clar. leg. Interp. lib. 2. cap.* 15. *Odofr. ad l.2. ff. de leg.*

(2) *Oudin. de ſcript. Eccl. tom. 2. ad ann.* 1150. *Marten. in collect. t. 1. num.* 828. *Salvin. apud Redium in adnot. Dityramb.*

(3) *Lib. 2. cap. 2.*

(4) *Gellius noct. Attic. lib. 6. cap. 4.*

Digitized by Google

trus Daniel; hujus heredes illam Paullo Petavio vendiderunt; hujus vero heredes Reginæ Svecorum Christinæ, a qua Vaticanæ Bibliothecæ Bibliotheca illa tandem obvenit; indeque est celebris ille Servius Vaticanus (1). Quid itaque ille peccaret, qui Servii hujus cum Pisanarum Pandectarum historiâ compararet historiam? Quid peccaret, qui aliorum librorum historias hujus similes inveniri posse, suspicaretur, si prædarum repertoria in annales referri consuevissent, quorum nulla fere in veteribus monumentis apparent? Quid peccarent, qui é publicâ, aut privatâ bibliothecâ Amalphiæ captâ selectum Codicem andectarum, qui Reipublicæ Pisanorum tribueretur, sapientis alicuius Pisani judicio fuisse, existimaret?

IX Noluit Grandius intactum relinquere, quod Chronistæ Gryphiano Concilium Romanum Brencmannus opposuit. Agnoscit concilium illud Romanum, quod anno P. MCXXXIV. habitum esse ex epistolâ Lotharianâ monstravimus, sed Régium illud esse constituens, negat, Conciliis adjici consuevisse (2) *non nego, che quest' ultimo atto della condanna de' Scismatici fatta da tanti Vescovi, Abati, Marchesi, e Conti della Corte di Lotario non abbia fisonomia d' Imperial Parlamento. Che poi debba aggiungersi ai tomi dei Concilj quest' assemblea sotto un capo laicale raccolta, io non saprei approvarlo, altrimenti qualunque congresso imperiale, qualunque dieta de' Primarj di una Repubblica, o di un Regno, purche almeno*

Grandius vulgari Concilii significatione contentus, ignorat Concilii verbum quam pateat late.

S 2 v' in-

(1) *Mabill. in præfat. lib. de Liturgia Gallor.*
(2) *Nuova disam. part. 3. cap. 6.*

v'intervenissero ancora i primi Prèlati di quel dominio, e vi si prendesse qualche deliberazione sopra gli affari Ecclesiastici, dovrebbe aggiungersi al corpo de'Concilj Generali, ò Provinciali di S. Chiesa. Sed Chronista Gryphianus suum illud Concilium in medio reliquit, neque enim Ecclesiasticorum Conciliorum generi addidit illud, aut detraxit. Nomen Concilii ei convenire, exemplis plurimis confirmavimus; id esse debuit satis Chronistæ vérba tuentibus. Grandius vero, qui Ecclesiasticis Conciliis adjicienda esse hujusmodi Concilia pernegat, collecta a Labbeo, Cossartio, Bimio, Arduino Concilia nunquam légisse vidétur. Cognoscés, Guido, Régium Caput multis conventibus, quos illi Conciliis Ecclesiasticis addiderunt, præfuisse, si quando, quæ tibi deest, Ecclesiasticam scientiam, majore tibi subsidio comparabis. Deprehendes Concilium Aurelianense anno DXXVII. coactum esse *ex præceptione gloriosissimorum Règum* (1), Matisconense anno DLXXXIV *juxta imperium gloriosissimi Guntbramni Regis* (2). Cabilonense anno DCL *gloriosus Domnus Clodoveus Rèx in urbe Cabilono Synodale præcepit esse Concilium* (3): De Gentiliacensi, quod habitum est anno DCLXVII ita scripsit Le Cointe (4) *Rex Pipinus Synodum de ipsa quæstione babens conventu in Gentiliaco congregato &c.* Alia hujusmodi plurima mitto quæ librum facerent, nam quicumque volet, facile poterit

---

(1) *Labb. Conc. tom.* 4.
(2) *Id. tom.* 5. *p.* 979.
(3) *Id. tom.* 6. *p.* 387.
(4) *Tom.* 5. *annal. Franc. ad ann.* 767. *num.* 1.

rit invenire (1). Lis ipsa de Romano Pontificatu inter Anacletum, & Innocentium agitata, ejus quod quærimus præbet exempla. Herbipoli Lotharius Concilium coegit, quod cum Conciliorum editores non commemoraverint, Pagius uterque pro Concilio nobis exhibuit (2) verbis Chronici Magdeburgensis, quibus primæ partes Lothario deferuntur, & eligendi Pontificis, & confirmandi. Arnulphus Episcopus Lexeviorum illi Schismati æqualis, de quo & librum conscripsit, Concilium Stampense a Rege habitum fuisse, narrat, cui & Proceres adfuerint, & Episcopi (3) *nunciato in Galliis Schismate, dum pro partibus variis vario favore multi multa loquuntur, fidelisque populus ancipiti jactatur errore, primus Regum, Catholicus Princeps Rex Francorum occurrit. Is vocatis Episcopis, & omnibus, qui probatæ Religionis in Francia habebantur, convocato etiam Clero, & Regni Majoribus, Concilium statuit.* Bernardus Vallebonensis a Rege, & Concilio litem Bernardo Clarevallensi dirimendam, tradit fuisse mandatam (4) *cum de eodem verbo tractaturi Rex, & Episcopi convenissent cum Principibus unum omnium Consilium fuit, una sententia, ut negotium Dei famulo imponeretur, & ex ore ejus tota causa penderet.* Concilium istud & Labbeus (5), & Bailius (6) Con-

(1) *Labb. Conc. tom.* 7 *pag.* 1519. *pag.* 1650. *pag.* 1674., *tom.* 8. *pag.* 1536. *tom.* 9. *pag* 653 *&c.*

(2) *Anton.* Pag. *ad Baron. ann.* 1130. *num.* 58. *Franc.* Pag. *in vita Innoc. II. num.* 12.

(3) *Cap.* 5.

(4) *In vita D. Bernard. lib.* 2. *cap.* 1.

(5) *Tom.* 10. *Conc. pag.* 970.

(6) *Summ. Conc. tom.* 2.

Digitized by Google

Conciliis Ecclesiasticis addiderunt; Petrus vero de Marca & inter conventus Regios locari posse illud, est arbitratus, quo intelligamus non adeo discretos esse fines inter Ecclesiastica, Regiaque Concilia, ut nullum sit, quod ad utrumque genus referri possit. Quamobrem nemo erit, præter Grandium, qui quod fines illos non juris Pontificii rigore servaverit Scriptor antiquus, & reprehendere illum, & falsi audeat accusare? Si quæ a Juris Canonici Doctoribus ratio, si quæ verborum significatio constituta est, in historia legendâ quæratur, quot erunt emendanda? quot erunt damnandi, quot abjiciendi Scriptores? Earum differentiarum pleni sunt eorum libri, qui decem jam sæculis Sacerdotium, & Imperium conciliare frustra conati sunt.

Grandius temere affirmat Anacletum damnari non potuisse primo Concilii die.

X Animadvertit Grandius in Chronistam Gryphianum dierum ratione, qui Concilio tributi sunt. Diem Junii tertiam Chronista ille Concilii principium facit, die vero sextâ solvit ille Concilium. Lotharius die quartâ coronatus ab Innocentio est, quod Pagius eruit ex Chronico Hildeschimense, adeoque ex ea die Imperatorem se, non Regem Lotharius appellabat. Cum itaq; se Lotharius Regem dixerit in epistolâ Dacherianâ, Concilium Chronistæ Gryphiani, quod die sexta Junii solutum dicitur, aliud esse debuit ab eo conventu, quem die quarto solutum fuisse oportet, quo coronatus est Imperator, neque enim Innocentius Lotharium coronasset, priusquam Lotharius idem damnasset Anacletum, neque Anacletus aliâ die quàm illâ damnari debuit, quæ ultima Concilii fuisset *sicchè il Concilio terminato il dì sei di Giugno non può esser lo stesso, che l'Assemblea, di cui parla il Re Lotario pri-*

prima illa sua coronazione (1). Quis crederet eum, qui se Geometram esse, profiteatur, posse ita ratiocinari? Hæc tua, Guido, tota decidit argumentatio statim ac ex te quæramus caussam, ob quam die Junii tertio, qui Concilii primus fuit, epistolam illam Lotharius adhuc Rex scribere non potuisse videatur. Cur primo Concilii die damnari non potuit Anacletus, qui jam toties re damnatus a Lothario fuerat, qui justum Pontificem jamdiu Innocentium habuerat, & quam Romæ sententiam dixit, non post juris cognitionem, quo Pontifices illi potestatem suam tuerentur, dixit, sed postquam viderat, Anacletum neque in jus venire, neque munita a se loca tradere, neque in Concilium habendum consentire *adversa vero pars dies redimere curans sub velamine fraudolentarum promissionum, nos aliquanto tempore a nostra intentione retraxit; Tandem quia ipsi sæpe commoniti implere, quod promiserant, noluerunt* promiserant autem *se munitiones, & obsides daturos ad sufficientiam, pro servando judicio*? Bene itaque conveniunt omnia: Die Junii tertio ad eos, qui congregati erant, retulit Lotharius Anacletum venire nolle; nolle se Concilii judicio subjicere. Itaque statim damnatus est Anacletus; Damnationis epistolam eodem die scripsit Lotharius, qui postridie coronatus est; Acta dierum tertii, & quarti ignoramus, quemadmodum plurium Conciliorum acta ignorantur.

Quod Lotharius in fragmento Gryphiano commemoratus non sit, Grandius negat ad Lotharianum con-

(1) *Nuova disam. part. 3. cap. 6. num. 7.*

conventum narrationem illam pertinere. Sed quis affirmare possit, Lotharium in alia, quæ desit, Chronici parte commemoratum non fuisse? Quod ad Concilium attinet, nemo in Chronico est, qui illud coegerit *incomincia la guerra contra il Re Ruggiero di Cicilia. Per la qual cosa l'anno* 1136. *al terzo dì de Zugno si fèce el Concilio in Roma, el quale forno molti Cardinali, Archiepiscopi, Episcopi, Abbati, e Sacerdoti con molti Signori, e Oratori, el qual Concilio durò fino all'octavo idus Junii. E per comandamento di esso Sommo Pontefice Innocenzo* II *li Pisani pridie nonas Augusti armorno &c.* Quod Chronista Concilii caput non expresserit, idém aut Lotharius dici, aut Innocentius poterit, quin Chronista ille contrarium scripsisse videatur. Tu, Guido Chronistam, ais, de Lothario non cogitasse; Nos vero de Lothario ab illo cogitatum esse, dicemus. Quo tu ergo judicio objicis, Lotharium a Chronista designatum non esse? Neque Geometræ est hoc, neque hominis *quid est* inquit Cicero *minus non dico oratoris, sed hominis, quam id objicere adversario, quod ille si verbo negarit, longius progredi non possit, qui objecerit* (1).

Grandius ineptissime argumentatur, falsam esse Pandectarum in Amalphitanâ direptione inventionem, quod de ea sileant Scriptores æquales, aut suppares.

C A P. VII.

HUmanissimus Brencmannus animadvertit, pretium Pandectarum Pisanarum tempore crevisse,

(1) *Cic.Phil.2.*

fe, primis vero ab ejus inventione temporibus illarum auctoritatem, aut nullam, aut exilem fuisse, adeoque non fuisse illarum inventionem dignam, quæ in historiam, annalesve referretur *quod autem antiquæ ejus ætatis testimonium desit, tam absonum videri non debet, siquidem cogitemus exemplaris nostri æstimationem, quæ tempore crevit, initio, aut nullam fuisse, aut certe adeo exilem, ut nemini operæ pretium videretur tantillam rem in annalès referre* (1). Hoc fuit de Scriptorum aut silentio, aut defectu Brencmanni judicium, qui opinabatur, ex Pisanis Pandectis restitutam Irnerii operâ Jurisprudentiam fuisse paucis post Amalphitanam direptionem annis (2), ex Pisanis Pandectis omnes alias manasse, quæ Jurisconsultorum manibus séptem jam sæculis versantur (3), adeoque Pandectarum Pisanarum inventionem cito evasisse in rem pervulgandam, & hominum sermonibus scriptisque celebrandam. Grandius contraria omnia statuerat, Allensi adhæserat, qui Juris Romani usum continuatum fuisse, nunquam interruptum, existimaverat, Pandectas Amalphitanas unas fuisse e pluribus, quas lectitavérant in Europâ universâ Jurisconsulti (4). Adhæserat & Valsechio, qui Pisanos jure Pandectarum usos fuisse sæculo XI, & XII, disputaverat (5). Denique novam ipse sententiam de repertis Bononiæ,

Grandii temeritas, & imprudentia opponitur, modestiæ, judicioque Brencmanni.

T ex-

(1) *Hist. Pand. Flor. cap. 8. §. quid igitur.*

(2) *Id. ib. l. 3. c. 2.*

(3) *Lib. 2. c. 2. & 3.*

(4) *Not. 27. pag. 82. epist. de Pand. ad Aver. not. 5. pag. 41. not. 8. pag. 51. &c.*

(5) *Ibid. not. 2. & 4. pag 40. & 41.*

explicatisque anno MXXXII a Lanfranco, & Guarnerio Pandectis, ediderat (1); quæ illi caussa fuit, ob quam, cum Astensiana omnia sua faceret, noluerit Astensis de Pandectis nunquam deperditis sententiam apertis verbis excipere, etsì proxima illi sententiæ multa adoptasset, quale illud est, Pandectas tripartitas esse antiquissimas, adeoque non omnia Pandectarum esse exemplaria de Codice Pisano descripta, & vulgatarum Pandectarum usum usu Pisanarum esse antiquiorem (2). Scilicet amittendæ fuerunt Pandectæ, ut primi illas reperire, & explicare Monachi possent, ut primus posset Pandectas commemorare Blæsensis, quæ duo Grandio sunt in tota hac disputatione proposita. Esse ergo longe minoris Grandio debuit inventio Pisani Codicis, quám Brencmanno fuerit. Brencmannus silentio Sriptorum non impeditur, quominus Pisanam ejus inventionis narrationem agnoscat, Grandius vero silentio illo & offenditur, & impeditur, & verbis illam, & sententiis contumeliosis insectatur *petulanti splene cachinno*. Ejus hæc verba sunt (3) *maximam mihi semper habere vim ad figmentum hoc revincendum visa est hæc consideratio, quod nullæ exhibeantur illorum, aut proximorum temporum historiæ, sive a Pisanis, sive ab Amalphitanis, sive ab Etruscis, sive a Neapolitanis, sive a Siculis scriptæ, quæ repertas in Amalphitanâ expeditione Pandectas tradant*. Hoc postéa suum argumentum sæpe urget, sæpe obtrudit, sursumque, deorsum versat illi assuetus, quo jam

(1) *Ib. cap.* 12. 13. 14.
(2) *D. not.* 27.
(3) *Ibid. cap.* 19.

jam Camaldulensium suorum traditiones exagitaverat, ei similis, quem ridet Horatius in arte poeticâ, quod cum sciat cupressum pingere, cupressum pingit etiam ubi nihil minus, quam cupressus pingi debet

——————— et fortasse cupressum
Scis simulare? quid hoc, si fractis enatat ~~[illegible]~~
Navibus, aere dato, qui pingitur? / exspes

Quám male, quám inepté in hac ille re hoc argumentum tractaverit, introspiciamus.

II Launoius severissimis judiciis celeberrimus de illâ argumentandi ratione librum conscripsit (1), quem doctus Jesuita primus confutavit, alii deinde multi variis modis elevaverunt. Quoties de negantis hujus argumenti vi disputatio incidit, ad Launojum eunt, qui magnam illius esse vim volunt, ad Jesuitam vero contradictorem, qui argumentatione illa torquentur (2). Launoii Canon hic est *cum nullus omnino Scriptor aequalis, vel suppar, nullum prorsus traditionis monumentum aequale, vel suppar alicui facto, quod memoriâ dignum sit, praestat testimonium, tunc ex eo generali silentio, quod ducentorum plus minus annorum aestimari potest, efficax depromitur argumentum*. Duo itaque sunt, quae Launoio hujusmodi argumenti vim suaserunt I Factum memoriâ dignum, quod historiis, quod annalibus, quod monumentis, quae tempus ferunt, in-

Grandius abutitur argumento negativo, & inepte illud affert.

(1) *Launoi. de auctor. arg. neg.*
(2) *Thiers exercit. adit. Laun. de auct. arg. neg.*

inseri soleat, II Lapsus ducentorum plus minus annorum. Inventio Codicis Pisani factum ne sit memoriâ dignum, dignum quod Falco Beneventanus, quod Thelesinus, quod Ricordanus, quod Compagnius, qui sunt inventioni propiores historici, suis historiis insererent, quod obscuriores alii Chronistæ commemorarent, inquiramus. Bella, paces, Principes, hæreses, Pontifices, fœdera, Concilia, calores, frigora, pluviæ, incendia, seditiones, publicæque calamitates, *alia, id genus rerum publicarum externa* historiarum, annaliumque paginam utramque faciunt. Acutissimi vir ingenii Franciscus Baconius, id inexpertos docuit (1) *Chronica amplitudinem actionum publicarum, & personarum facies externas, & in publicum versas proponunt; minora, quæ tum ad res, tum ad personas pertinent, omittunt, & silentio involvunt*. Et vero est id ex historiæ legibus, quæ actis diurnis id, quod publicè illustre non est, reliquisse videntur, docente Tacito (2) ædificia etiam publica aliaque similia historiâ digna non esse, quamlibet sumptuosa *Nerone secundum, Lucio Pisone Consulibus pauca memoriâ digna evenere, nisi cui libeat laudandis fundamentis, & trabibus, quibus molem amphitheatri ad Campum Martis Cesar extruxerat, volumina implere, cum ex dignitate populi Romani repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis actis mandare.* Lucianus conscribendæ historiæ præceptis illud addit, eorum esse vitium vitandum, qui dum res minimas persequuntur, inepti, & imperiti videntur ὑπὸ

---

(1) *De augm. scientiar. lib. 2. cap. 7.*
(2) *Annal. lib. 13. cap. 31.*

ὑπὸ δὲ ἰδιωτείας, καὶ ἀπειροκαλίας τὰ μικρότατα ἑρμενεύσιν: Idem eſt Ammiani judicium (1), cui hiſtoria eſt *diſcurrere pèr negotiorum celſitudines aſſueta, non humilium minutias indagare cauſſarum*: Idem Lipſii Guicciardinium reprehéndentis *quod minutiſſima quæque narret parum ex lège aut dignitate hiſtoriæ* (2). Quæ vero hiſtoriæ, Chronica, annales a Monachis, Clericiſque ſcripta ſunt, præter externa illa, & auribus, oculiſque vulgi uſurpata, donationum plena ſunt, legatorumque, & privilegiorum, quibus Monaſteria, Templa, Epiſcopi, Eccleſiæ ditatæ ſunt. Norunt hæc, quicunque antiquitates conſectantur illas, de quibus agimus, & illam ſæpe querelam uſurpant, quam his verbis extulit Wiquefortius *Monachi, & Eccleſiaſtici hominès per illa tempora ſcribebant hiſtorias, boni illi viri ea curabant bona quæ monaſteriorum jura ſpectabant, magis, quam ea, quæ poſteritatem omnem allicerent ad legendum, & pro rèbus, factiſque utilibus genèri humano, terrarum fertilitate, aut ſterilitate detinentur, fabulis, portentis &c*; Ideoque illorum ſæculorum hiſtoria Monaſterienſis dicitur Bynkershoeckio (3). Interiora Civitatum, leges, Magiſtratus, literas vix tangunt hiſtorici; quare veriſſime doctiſſimus Jannonius hiſtoriam Neapolitanorum Civilem daturus, præfatus eſt *l'iſtoria, che prendo io a ſcrivere del Regno di Napoli, non ſarà pèr aſſordare i leggitori collo ſtrepito delle battaglie, e col romore delle armi, che per più ſe-*

(1) *Lib. 26.*
(2) *In not. ad lib.* Polit. 1. *cap. 9.*
(3) *De auct. auth. cap. 5.*

Deest prima lex argumenti negantis, factum memoria dignum.

ſecoli lo renderono miſerabil teatro di guerra. Sarà queſta ſtoria tutta Civile, e perciò s' io non ſono errato tutta nuova. His accedit, annales ſæculorum XI XII XIII breviſſimos eſſe, & ariditſimos, multa etiam, quæ annales decebant prætereuntes, quod quilibet novit expertus, & in Januenſi hiſtoriâ Folieta monuit. Ergo inventio Piſani Codicis Pandectarum tanti non erat, ut hiſtoriæ, ut Chronicis, ut annalibus adderetur. Res erat aut diurnis actis, aut relatione aliquâ rei ſingularis narranda, cujuſmodi ſcripta facile pereunt, aut longiſſimo tempore latent. Quis librorum inventiones ſcripſit hiſtoricus? Nullus hodie Criticus, quæ Phœdro Auguſti Cæſaris Liberto tribuuntur, fabulas ab eo conſcriptas eſſe, negat, quod æquales Phœdro Scriptores omnes, aliique uſque ad Feſtum Avienum, qui tribus ſæculis eſt Phœdro poſterior, harum fabularum non meminerint. Garnerius poſt duodecim ſæcula Marii Mercatoris æqualis Divo Auguſtino libros ad dias luminis oras eduxit, nemo antea commemoravit. Quot a Villanis Florentinis hiſtoriâ celebribus, librorum inventiones quæ ſæculis XIV, & XV multæ fuerunt, narratæ ſunt? Quot ab aliis, qui eorum ſæculorum ſcripſerunt hiſtorias? Cum vero nullas Scriptores illi commemoraverint aut inventiones, aut acquiſitiones librorum, fateri cogimur, hiſtoriâ dignas illas non eſſe, aut non haberi ab iis, qui ſcribendæ hiſtoriæ operam dare ſolent. Id vero noſter iſte Codex Pandectarum confirmat maximè, quem Florentini, Piſis receptis, acquiſiverunt, quo tempore maximo Codex ille in honore erat, & ad eum celeberrimi Juriſconſulti, ſi quando de verbis Digeſtorum dubitabatur provocare conſueverant. Duo Boninſegnii Florentinam hiſtoriam eo ſæculo, quo Piſæ receptæ ſunt, ediderunt, bello Piſano

la-

latius enarrato; Poggius homo eruditissimus, qui veterum libris acquirendis, servandis, edendis delectabatur, historiam scipsit belli Pisani; scripsit Capponius; Scripserunt alii. Nemo Pandectas Pisanas Florentinis quæsitas fuisse, narravit, usque ad Ammiratum, qui centum, & septuaginta post Pisas receptas annis vivebat. Is vero mandavit historiæ suæ Pandectarum illam acquisitionem, cum Politianus toties dixerit, tantáque eloquentiæ vi humano generi suaserit archetypum Justiniani esse Pandectas illas; cum eo Codice Florentini in toto terrarum orbe gloriarentur, eumque veluti Palladium, laresque Civitatis in Palatio collocaverint, tantâ religione colerent, quantâ, vix est, ut Deus ipse colatur; cum Cosmus I Magnus Etruriæ Dux, totâ expostulante Europâ, Regio plane sumptu, & maximâ diligentiâ edendum curaverit; adeoque cum Codex ille rei literariæ terminos excessisset, jamque Rempublicam ipsam augeret, ad Rempublicam, ad Principatum ornandum pertineret. Priusquam ad eam dignitatem Codex ille perveniret, vix eruditus aliquis aut epistolis, aut libris de Jurisprudentiâ conscriptis illum laudabat, ejusdemque decus omne literario orbe continebatur, aut privatorum memorialibus libris, domesticisve, aut diurnis Reipublicæ actis ejus acquisitionis memoria servabatur, aut aliquâ ex illis *relationibus*, quæ nisi in historiâ aliquâ generali statuantur, facile pereunt & ad seros nepotes non pertingunt (1) quod est a laudato Baconio dictum verissime *fit etiam, ut plurima scripta non contemnenda, qualia sunt ea, de quibus antea loquuti sumus* relationes *alias forte peritura, aut saltem capita ipsorum in historiam generalem,*

---

(1) *De augumento scient. lib. 2. cap. 7.*

Digitized by Google

valem recipiantur, *atque hoc pacto figantur*, *& conserventur*. Et vero Brencmannus, qui annum primus edidit, quo Florentiam Pisanæ Pandectæ translatæ sunt MCCCCXI, eum, non ex vulgatâ aliquâ historiâ, sed ex manu scripto adhuc libro Bibliothecæ Strozzianæ, qui fuerat Ædilium Florentinorum, accepit (1).

Grandius perperam temporum gradus numerat.

III Jam vidimus, primam, quam suâ illâ lege Launoius adjecit, conditionem, factum memoriâ dignum deficere, simulque conjecimus, Amalphitanam illam nobilem prædam, aut actis diurnis fuisse mandatam, aut aliquot privatorum libris domesticis, aut singulari alicui *relationi*, quæ monumenta, cum hodie non appareant, haberi duntaxat ab iis potuerunt, qui tribus ante nos sæculis vixerint. Solet maxima illorum monumentorum pars interire, maxima quocumque tempore, quocumque in populo interiit etiam eorum, quæ eleganter, apte, summâ curâ, magnis ingeniis composita fuerint, historiâ Augustâ teste; nam vix decima eorum, quæ de Cæsaribus scripta sunt, pars ad nostram ætatem pervenit. Itaque Pater raptas a se juvene, & valido Pandectas filiis ostentavit, bellum narrans, quo contra Siculos, contra Anacletum pro religione pugnaverat, aut privatis Diariis addidit, aut in publico Archivo reconditas indicavit. Dum filii vigerent, auctus est in immensum cultus Jurisprudentiæ, alliciente homines, cum famâ, qua Bononiensis Jurisprudentia celebrabatur, tum honoribus, quibus Fridericus illius cultores ornavit; Italia tota Jurisconsultis repleta est. Communicatæ sunt cum insignibus

---

(1) *Histor. Pand. Flor. lib. 1. cap. 10. §. venerunt.*

Digitized by Google

bus Jurisconsultis, sapientibusque illæ Pandectæ, servata est, & sustentata ab ipsius Amalphitani Codicis laudibus, cui juncta erat, direptionis Amalphitanæ memoria, dum sæculum duodecimum, dum prolis illorum, qui Amalphiæ pugnaverant, clauditur ætas. Exemplaria Pandectarum cum vulgatarum, tum fortasse Pisanarum multiplicata sunt, de scripturâ quæstiones ortæ, notati errores librariorum, magis in dies agnitus nitor, elegantia, antiquitas, pretium libri Amalphitani. Celebratus ille primo inter Cives Jurisconsultos, inde ad alios fama manavit. Dum in ejus laudibus universi consentiunt, qui consensus Bartoli esse prior ætate debuit, ut Bartolus idem ad Pandectas Pisanas, tamquam ad probatum jam Judicem provocaret, continuatur inter Cives, & proximos de Amalphitanâ Pandectarum origine sermo, privato fortasse aliquo monumento confirmatus, qui tandem sæculum XIII prætergressus, historicam dignitatem nanciscitur, reique speciem publicæ induit, & in oculos, aures, calamumque scribentium incurrit, cum nondum duo illa sæcula lapsa sunt, quorum silentium *generale* argumentum præbet illud, quod Launoius extulit, plerique parvi pendunt. Idem fere fuit Florentinis, quod Pisanis Pandectis, fatum, etsi sæculum decimum quintum sextumque magnâ literarum luce nituerit; duobus his sæculis de Pandectis Reipublicæ Florentinæ Pisanâ deditione quæsitis historia tacuit, quemadmodum XII, & XIII de iisdem in Amalphitanâ direptione inventis tacuit historia Pisana. Si comparationem silentiorum urgeamus, habebimus, qua Florentini vis muniatur, superstitem Florentinam historiam longe pleniorem eâ, quæ superest, Pisanâ, longeque accuratiorem; habebimus anti-

V qui-

Digitized by Google

quitatem, quæ multó plura Pisanorum, quam Florentinorum potuit obruere, ac perdere monumenta; habebimus artem typographicam, quæ Pisanis illis sæculis defuit, Florentina juvit scriptorum exemplaria multiplicans; habebimus seu Pisanorum negligentiam, seu Florentinorum nimiam diligentiam, qua factum sit, ut Pisanorum careamus historiâ, quæ par sit celeberrimi populi rebus gestis, latissimæ diuturnæque potentiæ, ac dignitati, quod clar. Muratorius bis terque ploravit, dum Italicas Civitates Scriptoribus Italicis edendis illustrat. Est quidem inter Pisas primum deditas, & Ammiratum Politianus, qui cum in epistolis, tum in *miscellaneis* tradit, prædam Pisanam Florentinis fuisse Pandectas. Sed duorum illorum sæculorum, quæ Amalphitanum bellum proxime sequuta sunt, nullum Scriptorum Pisanorum aliud habemus genus, quam Chronistarum, si unas Burgundii Græcorum interpretationes demamus, & poema Laurentii Vernæ, quod & historicum potius quiddam est, quam poeticum: Florentinorum vero libri serenioribus illis sæculis, quæ sequuta sunt victos Pisanos, omnes bonas artes, omne literarum genus excoluerunt, eosque hodie ignorare non possunt quicumque versantur in literis: Adéoque una historia est, in qua cum Pisano Florentinum silentium comparetur. Taurellius tres antiquitatis gradus constituit, monumenta proferens quibus famam inventarum Amalphiæ Pandectarum confirmavit, primum annalibus Gryphianis tribuit, altérum Rainerio Grancio, tertium Volaterrano. Volaterrano, qui natus est anno MCCCCXLVII, multó antiquiorem appellat Grancium; Grancius véro Volaterrano junctus asfertur, qui Gryphianis antiquis annalibus adstipuletur

Digitized by Google

letur *atque haec ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium Gryphium accepimus ; Quibus & Raphaël Volaterranus per omnia adstipulatur , & illo multò antiquior Rainerius Grachia Pisanus iis libris , quos ante ducentos ferme annos de bello Thusco conscripsit , quod opus inter cubiculares tuos libellos aliquandò vidimus .* Medio saeculo XIV Grancii poema absolutum fuisse & Taurellius gravissimus testis indicat , & Bettus Gryphius , cui dicatum est illud , quique anno MCCCLVII in Sardinia fuit Pisanorum Legatus , in quo mendacium Grandii notandum est, qui quod anno MCCCLXXX Legatum viderit Bettum Senis , Florentiaeque , affirmat primum hoc Senensis , & Florentinae legationis munus publicum fuisse Gryphio isti delatum , ut illius poematis minuat antiquitatem (1) *certamente il Signor Betto Grifi solamente al 1380. fu adoperato ne' pubblici maneggi mandandolo Ambasciatore a Firenze, Tronci pag.* 451 ; qui anno MCCCLVII Legatione functus sit in Sardinia , eodem Troncio teste (2), is certe anno MCCCLXXX senex fuerit necesse est. Si medium inter illas legationes tempus epistolae tribuamus , qua sua carmina Grancius Betto dicavit , annum MCCCLXVIII dabimus epistolae illi, absoluto jam poemate, scriptae, in quod quindecim annos impendisse, Grancius epistolâ illâ fatetur , eritque Grancius non ducentis & quinquaginta annis, sed ducentis decem & octo Amalphitanâ direptione posterior , e quibus illi demendi sunt, quibus vixerat Grancius priusquam animum ad scri-

 ben-

---

(1) *Nuov. disam. part. 4. cap. 6. num. 5.*
(2) *Annal. Pis. pag. 388. ad ann. 1357.*

Digitized by Google

bendum carmen appulerit, aut certe, quibus diversis a poesi studiis occupari debuit, qui sese Fratribus Dominicanis addiderat. Cum vero, qui secundum antiquitatis gradum inter historiæ nostræ assertores tenet Grancius, vix ducentis annis a re, quam quærimus, distét, supersunt Gryphiani annales, quibus ducentorum annorum mortiferum illud silentium rumpatur, quo Launoius antiquitatum partem maximam obscurare conatus est. Jamque utraque conditio deficit, sine qua ne Launoius quidem argumentum illud suum efficax esse, contendit.

Argumenti negantis vix non magna,

IV Hactenus cum Launoio. Sed Launoii sententiam illam, quam opinionem ipse appellavit, quis excepit, quis excipere potuit sanus? Quot rem aliquam, factum aliquod singulare noverunt, qui laborem, qui curam scribendi libri subire aut nolunt, aut non possunt? Quot scribuntur, ut filiis, ut heredibus, ut successoribus memoriæ sint, non ut edantur? Quot ut edantur, quæ non eduntur, vel quod absoluta non sint, vel quod ratio muneris, domus, rei familiaris, valetudinis, vita ipsa, quæ intercidat, edi non permittat? Quot heredibus edenda relinquuntur, quot amicis, qui præcepto non parent, qui mandata non implent, qui deserunt officium, & amicitiam exuunt post mortem amici? Quot minores contemnunt, quæ sunt a majoribus magnis laboribus, studiisque parata? Quot familiarum casibus acta illarum, chartaeque dissipantur? His accedunt fata Bibliothecarum, quæ Rodulphus Capellus (1), quæ Morosius, alii copiose, ac diligenter sunt persecu-

(1) *Lection. Bibliothec.*

euti (1). Quis unquam liber tantâ eſt curâ multiplicatus, quantâ Vopiſcus (2) a Tacito Imperatore Taciti annales, hiſtoriaſque multiplicata, & ſervata fuiſſe tradit? Taciti tamen pleraque perierunt. Quot ſuperſunt ex innumeris illis libris, quos Euſebius, quos Hieronymus, quos Iſidorus, quos Photius receoſuerunt, etiam quos propior ætati noſtræ retulit Sigebertus, retulit Trithemius, viciniores alii retulerunt? Pereunt ergo in dies, ſemperque perierunt veterum monumenta; Nobis, qui ſæculo Chr. vivimus decimo octavó, multo plura veterum ſcripta perierunt, quám iis perierint, qui ſæculis XV XIV XIII vixerunt. Perpetuum eſt,& ad omnés omnium ætatum Scriptores producendum, quod de Agathia, de Jornande, de Zonara, primumque de Appiano dixit Sigonius,cum hiſtoriæ Scriptores judicarét *multa omittit, ſed diligenter legendus eſt*, *quod pleraque ex hiſtoricis acceperit,qui perierunt*. Multos noſtris temporibus Italicæ hiſtoriæ Scriptores edens clariſſimus Muratorius hoc nomine commendavit, quos nulla eloquentiæ, nulla judicii, nulla juncturæ laus commendare potuiſſet. Ars librorum formis metallicis edendorum noſtris temporibus magnopere huic malo médetur. Profert illa hodie multa, quæ antiquitus & latuiſſent diu,& deniq; interiiſſent.Cum magno pretio deſcribendum eſsét quidquid librorum expe-

(1) *Morof in Polyhiſt. tom. 1. lib. 1. cap. 5. Gerard. Voſsius lib. 1. de hiſt. Lat. cap. 30. Theophilus Spizel. Sacra Bibliotb. illuſt. arcana retecta* §. 12.

(2) *In Tacit.*

expeteretur, necessaria duntaxat suo quisque proposito describenda sibi, curabat. Paucos libros Medicorum, Theologorum, Philosophorum, quorum promptum erat commercium, passim describebant librarii, Poetarum vero, Oratorum, Rhetorum, Historicorum, alii ad voluptatem, luxumque splendidum pertinentes negligebantur. Ergo illis sæculis obscurata fere omnis historia est, rerum etiam, & temporum proximorum; nulla poeseos, nulla eloquentiæ vestigia manserunt. Rarus aliquis ex Monachis, cui otium erat, & literarum gustum aliquem casus injecerat, ista persequebatur. Ejus vero scripta condebantur, aut in Archivis, aut in Bibliothecis, in quibus illorum aliquot vis alia major, & providentia custodivit. Illorum, qui novam artem librorum edendorum professi sunt, hodieque profitentur, editis jam necessariis libris, & clarioribus, excitata industria est; lucri cupiditas illos artifices, pretiorum modus eruditos, studiosque invitavit. Utrumque vilem fecit, facileque parabilem eruditionem, remque librariam amplificavit in dies, veteresque Bibliothecas, & latebras omnes, in quibus libri, chartæque occultabantur, excussit. Itaque paullatim illuminatus est orbis literararum; quod heri obscurum erat, apparet hodie; quod sæculo superiore inter duo perspicua medium latebat, & conjectura quærebatur, patet hoc sæculo; adduntur quotidie lumina luminibus, certa quotidie fiunt, & prodeuntibus veteribus monumentis figuntur; quæ paullo ante probabilia in diversas partes disputabantur. Unum, sed perspicuum hujus rei argumentum esto Baronii historicum opus, & Pagii. Emendavit hic, implevit, confirmavit, ornavit veterum monumentorum post Baronium vulgatorum ope, multa, quæ ille horum defectu

aut

aut peccavit, aut reliquit, aut minus potuit explorare, quod bis Pagius in præfatione professus est, & legentibus fit facile manifestum. Cum ergo trium, quatuor, quinque sæculorum leges, Chronica, diaria, epistolæ, alia exerantur, quis esse locus potest argumento, quod Launoius ducendum esse, censuit, a duorum sæculorum silentio? Aut omnis est omnibus vetustioribus, quæ tamdiu latuerint, fides generaliter detrahenda, aut Launoii est judicium mitigandum. Abeant ergo Pithœorum, Sirmondi, Miraei, Pistorii, Freheri, Lindembrogii, Leibnitii, Meibomii, Ludovici, Martenei, Durandi, Dacherii, Muratorii, aliorumque virorum clarissimorum labores, & investigandarum antiquitatum curæ. Cum quid illi proferent antiquius sæculis duobus, a nemine hactenus visum, commemoratum, aversabimur, contemnemus. Tu vero, Guido, extorquerine tibi patieris epistolam Monachi Massiliensis, qua de Pisanæ Academiæ origine paullo ante gloriose adeo disputabas, illumque Robertum de Monte, cujus auctarium quatuor sæculis nemo vidit, quique tibi Lanfrancum tuum, Guarneriumque primus, unusque detulit Pandectarum explicatores? Nihil ergo aliud superest, quod Launoiano argumento tribuamus, quam hæsitatio aliqua, & suspicio, cum quid tribus, quatuor, aut quinque ante sæculis gestum esse, aut evenisse narraverit aliquis non verisimile, non cohærens personis, rebus, factis cæteris temporis illius antiqui. Hadrianus Valesius de tota hac argumentandi ratione sapienter ista constituit (1) *Qui verum investigant, æquales maxime, aut suppares*

res

(1) *Differt. de Basilic. Franc. cap. 6.*

res auctores sequi debent, si graves, ac docti sint: si aequales, aut suppares desint, ad proximos quoque suppari bus est decurrendum: deficientibus & proximis, ad insequentes, & posteriores necessario veniendum, ex posterioribus, recentioribusque sequenda est praecipue eorum auctoritas, & fides, qui judicio, doctrinâ, diligentiâque praecellunt; si nihil historiae, nihil moribus, institutisque eorum temporum, quae memorant, repugnans, atque contrarium reperiatur. Scilicet id humanitas postulat, ut honesto homini & alias veraci fidamus, eumque existimémus aut legisse, aut audivisse, quae scripsit *Tacito* ait Grotius (1) *& Suetonio credimus de iis, quae multo ante eos natos contigerunt, quod eorum diligenti inquisitioni confidamus*. Marcus Velserus doctissimus ille Augustanus Duumvir Constantinum Augustae moratum aliquando esse, credit, quod id multis saeculis a Constantino distans auctor cujusdam libri non vulgati factum esse, narraverit, inque eam rem epigramma citaverit, quod jam Velseri tempore non extabat, additque de historicorum fide istud judicium *ut exemplo doceamur, Scriptoribus non vetustissimis fidem non temere habendam, nec semper abrogandam, si quid, cujus aliunde auctoritas neutiquam constet prodiderunt, nam multa omnis generis monumenta, quorum illi vestigia sequuti, nostrorum hominum negligentiâ perierunt* (2). Ego vero qui nullum viderim Scriptorém doctum, & gravém uno hoc argumento conténtum, facile transeo in Antonii Pagii sententiam, cum alia ejusdem réi argumenta non desint, tum

(1) *De vérit. relig. Christ. lib. 3 cap. 5.*
(2) *Rer. August. Vindel. lib. 7 pag. 315.*

tum demum ei esse posse aliquem argumento locum, quo jam probabili fides addatur, quod motum jam animum vehementius impellat, moveri vero eâ unâ argumentatione animum omninò non posse, eâ unâ inexploratum, incertumque aliquid minime posse constitui (1) *argumentum negativum omni aliâ probatione denudatum fallax, & errori obnoxium*; quemadmodum de usucapione non civili illâ, quæ legibus nititur, sed naturali, quæ sine certis legibus inter diversas gentes proponitur, disputavit Boeclerus ad Grotium (2) *sæpè compendium loquendi eos sequi, qui in hoc usucapionis negotio temporis tantum mentionem faciunt. Subintelligi enim debere, quæ tempori conjuncta sunt, ut est omissio rei, seu animus omittendi, sive judicia omissi dominii. Cumque in auribus vulgi plausibile sit temporis nomen, inter strutagemata politica esse rudiore Minervâ in hoc nomine versari, explicationibus, & adjunctionibus, quæ rei per se nihil efficienti robur circumponere queant, ultro vitatis*. Mitto, quæ *Contradictor* doctissimus Launonii attulit, mitto illos innumeros, alios, qui Launoium confutaverunt (3), & Baronium aggredior, quo auctore, quo defensore negantis argumenti Grandius usus est.

V Scriptorem plus quam sæculo distantem a re, quam narret, dignum esse negat Grandius, cui fidem adhibeamus. Mille jactat, se ejus rei exempla afferre

X pos-

(1) *Ad Baron. ann.* 147. *num.* 15.

(2) *Lib.* 2. *cap.* 4. §. 2.

(3) *Natal. Alex hist. Eccl. tom* 3. *diss.* 11. 14. 17. *ad sæc. I. Salian. ann. Eccl. ann. Mundi* 1694. *num.* 6. *&c. &c.*

posse. Cum vero mille promiserit, unum, & alterum profert ex annalibus, & auctoritate Baronii desumptum, & ex Hieronymo (1). Jam vidimus cum tuæ a Nobis Vindiciæ refutarentur, quam inepte ad hanc rem nostram traduxeris quod Baronius dixerat de eo, qui sæculo Ch. XII scribens, Templum Pacis Romæ cecidisse, nascente Christo, affirmaverit, & de fide non adhibendâ Clementi Alexandrino aliisque Clemente minoribus, qui a Numa scripserint, Templum positum fuisse Paci (2). Agnoscis, Guido, probasque cum tot sæculorum silentio, quot distat a Numa Clemens, non esse comparandum duorum sæculorum silentium, deinde ita scribis de Baronio *tuttavolta si serve egli dello stesso assioma in moltissimi altri luoghi, ne i quali si tratta di soli cento, o dugento anni interposti fra il novello Scrittore, e la cosa da lui riferita; non voglio scartabellare tutt' i tomi della Storia Ecclesiastica per accumularne gli esempli, ma ne apro così a caso uno, in cui rigetta il Cardinale un detto di Socrate, che affermava, che S. Metodio Vescovo di Tiro scrivesse un dialogo detto Zenone in difesa di Origene &c.* Baronius itaque non credit, quod Socrates quinto Ch. sæculo scripserat de Methodio Origenis defensore, qui vix centum & viginti annis distabat a Socrate rem scribente, quam Eusebius, quam Ruffinus, quam Methodio propinquiores ignoraverant. Si Baronii locus afferatur, post alia fortissima argumenta silentium illuc venisse, patebit. Celebres extiterant de

Grandius inepte Baronium, & Hieronymum affert ad negantis argumenti vim monstrandam

(1) *Vindic. pag. 28. nuov. disam. part. 4. cap. 7. & part. 3. cap. 1. num. 5.*

(2) *Difes. second. delle Pandette lib. 2. cap. ult.*

de Origene controversiæ, probandusne esset a Christianis ille, an rejiciendus; Eusebius, & Ruffinus de ea controversiâ multa scripserant, fautores Origeni, & adversarios retulerant in libros suos; Methodius sanctissimus vir perpetuo & fuit, & habitus est, Origenemque damnaverat. Quod ergo Methodius Origenem improbaverit, quod vir sanctissimus fuerit, quod in recenso Eusebii, & Ruffini inter eos, qui Origeni faverant, non sit inventus, Baronius Socrati a Methodio plusquam centum annis remoto fidem non vult adhibere. Quid hoc cum historiâ nostrâ? Quis inventarium scripsit prædæ Amalphitanæ, quale eorum, qui Origenem sequuti erant, Eusebius, Ruffinus, alii scripserunt? Fueratne céntum, & quinquaginta illis annis, qui inter Amalphiam direptam, & ChronistamGryphianum medii fuerant, controversia ulla de loco, unde Pisas Pandectæ translatæ fuerint, qualis fuerat de Origenis doctrinâ, & religioné? Ista sufficerent, ut hæc Baronii sententia, hæc disputatio esset a re hac nostrâ aliena. Verum Huetius Baronium copiose, ac solide confutavit (1); Confutavit & Henricus Valesius (2); Confutavit Pagius (3); Socratis testimonium probatum est non ab illis modo, sed a Caveo, aliisque, qui in diversas a Romanâ Ecclésias abierunt. Jamque Scriptoris, qui altero a Methodio seculo vixerat, fidei, silentium integri, propiorisque sæculi perperam objectum est. Hieronymus de actis SS. Paulli, & Theclæ, & Leonis baptismo disputavit. Constabat, presbyterum quemdam in Asia

 amo-

(1) *Origenian. cap. 4. sect. 1.*
(2) *In not. ad Socratis loc.*
(3) *Ad ann. Ch. 402. num. 3.*

Digitized by Google

amore nimio in Paullum actum fuisse; Tertullianus tradiderat, acta illa fuisse a Presbytero illo composita. Hieronymus, Tertulliano auctore, apocrypha illa esse acta, constituit, & quo magis id confirmaret, Lucæ silentium adjecit *Periodos Paulli, & Theclæ, & totam Leonis baptizati fabulam inter Scripturas apocryphas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli inter cæteras ejus res hanc solam ignoraverit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum refert, presbiterum quemdam in Asia convictum apud Joannem, quod auctor esset libri, & confessum* (1) *se Paulli hoc amore fecisse, & ob id excidisse*. His accedit, jam fuisse Hieronymi temporibus notissimum, multos extitisse impostores, qui Apostolorum nomine sua scripta publicaverint, antiquissimus enim Patrum Christianorum Irenæus duobus sæculis Hieronymo prior, testatus id erat (2); idemque nos postéa docuerunt Labbeus, Coteletius, Ruinartius, alii. Huic itaque Patrum suspicioni, Tertulliani allato testimonio, fabulis manifestis, quæ illis actis continebantur, qualis erat Thecla Deum orans ut Falconillæ misereretur jam damnatæ, Thecla non moriens, sed terræ visceribus sponte se aperientis inclusa (3), Lucæ silentium accessit. Ducantur isthæc omnia ad historiam Pandectarum. Quot historias Pisanas finxerant sæculis XII XIII? Quis Pisanus affertur amore insano captus Amalphiæ? Quis ex omnibus, qui de bello Amalphitano scripserunt, ita

(1) *De Script. Eccl. in Luc.*
(2) *Lib. 1. cap. 17.*
(3) *Tertull. de Baptism. cap. 17. Natal. Alex. hist. Eccl. sæc. primi tom. 3. cap. 12. art. 4.*

Digitized by Google

ita bellum illud, & prædam narravit, ut acta Paulli Lucas? Quot portenta, quot fabulæ a Grancio, a Chronista Gryphiano narratæ Divinam, humanamque fidem omnem excedentes?

Grandius temere sententiam obtrudit de Pandectis Pisanis Constantinopoli deductis.

C A P. VIII.

Qui auctores fastidit Grandius inventarum Amalphiæ Pandectarum Chronistam Gryphianum, Grancium, Volaterranum, Taurellium, quod eorum antiquissimi sint duobus sæculis posteriores bello Amalphitano, idem translatarum Constantinopoli Pisas Pandectarum auctores excipit, probat, amplectitur, qui longo quatuor sæculorum intervallo proximi sunt Burgundio illi, cujus operâ eidem videntur Pisas venisse Pandectæ *fieri potuit* (1) *ut Burgundius præclara illa volumina, de quibus loquimur, vel prioris, vel posterioris suæ Legationis* Constantinopolitanæ *tempore ibidem inveniens, habere concupiverit, eaque vel pretio conquisita, vel ab Imperatore ipso donata impetraverit, atque in patriam advexerit. Sicque rem acu tetigisse dicendi erunt, qui Pandectarum libros Constantinopoli immediate Pisas delatos fuisse, scripserunt, ut Jacobus Thuanus &c. Paulus Merula &c.* Quibus sibi a Brencmanno indicatis, addit ipse in notis (2) Leandrum Albertum, & in libro Faventino Loschium, duosque vel tres alios

Grandius incostans in historiæ regulis, & sibi contrarius.

(1) *Epist. de Pand. cap.* 20.
(2) *Num.* 33.

alios qui cum nobis, Patribusve nostris vixerunt (1). Brencmannus horum opinionem μνημονικὸν ἁμάρτημα esse, existimavit, & loci, ubi scriptus Codex Pisanus creditur, cum eo, ubi est inventus, confusionem (2), Thuanum vero (fortasse verius dixisset Merulam) Joanni Blau Geographo imposuisse.

Grandius sententiæ communi sine ratione adversatur.

II Leandri ergo, Alberti, Pauli Merulæ, Geographorum auctoritas infirma est. Si nuda est Scriptorum auctoritate certandum, vicimus io vicimus; Alberto Volaterranum, Thuano Taurellium, Merulæ Sigonium opponemus, qui Amalphitanam inventionem literis mandaverunt, Ammiratum (3) deinde, Hofmannum (4), denique Jurisconsultos omnes, quorum agmen ducit Viglius Zuichemus priusquam Taurellianæ Pandectæ vulgarentur, claudunt vero Gravina (5), Struvius (6), Giannonius (7), Brunquellius (8), quorum hic anno superiore historiam edidit Juris Europæi, ne quid de Brencmanno dicam, cui litem Monachus noster intendit; Si vero non numerum, sed judicium, sed auctoritatem Scriptorum æstimandam esse, censemus, protinus peracta res erit. Si præferendi sunt pa-

---

(1) *Part.* 3. *cap.* 1.
(2) *Hist. Pand. l.* 1. *cap.* 5.
(3) *Stor. Fior. part.* 2. *lib.* 1. *ann.* 1137.
(4) *Lexic. verbo Pisani. Vigl. in Epist. dedic. Inst. Theoph.*
(5) *De ortu & progr. Jur. Civil.* §. 143.
(6) *Hist. Jur. cap.* 5. §. 8.
(7) *Histor. Civil. del Regno di Napoli lib.* 11. c. 2.
(8) *Histor. Jur. part.* 2. *cap.* 6.

Digitized by Google

patria narrantes (1), Troncium, Grancium, Chronistam Gryphianum afferimus; Si qui rem majore curâ tradiderint (2), afferimus Ammiratum, Volaterranum, Taurellium, quorum diligentiam, quorum doctrinam, quorum judicium nemo hactenus desideravit, Taurellium, qui & Pisanorum Bibliothecas investigavit, & Etruscorum Principis libros cubiculares, Volaterranum, qui professus est, se, ea quæ scripserat, a mille, iisque amplius a se lectis Scriptoribus accepisse (3), Ammiratum, qui Livius habetur Etruscorum, Florentinorum maxime, qui de historiæ laude, Europâ totâ consentiente, cum Græcis Latinisque certare posse, videntur; Quadrat in Ammiratum, quod Grotius de fide historicâ scripsit *aequum est, ut nihil eorum fidem destruat, quos videmus ex ipsorum scriptis, pietatis, & veri semper fuisse studiosissimos* (4). Si res sit unis aut oculis, aut auribus percipienda, honestas una testis quæretur; Si vero neque oculis, neque auribus unis percipienda sit, sed & ratione, & judicio opus sit, & cura, & ingenium, & prudentia, & doctrina testem maxime commendabit *si res non simplici percèptione, sed rationabili constèt, præferetur testis, qui meliorèm scientiaè causam reddere possit* regula est, quam ex Jurisconsul-

(1) *Langlet. methód. pour etud. l.Histoir. lib.2. cap. 57. §. 3. Baron. annal. ad ann. 46. num 6.*

(2) *Melch.Can.loc.Theol. l.11. cap.13. Hadrian. Vales. de Basilic. cap.6.*

(3) *Volat. in epist. dedic. Comm. Urb.*

(4) *De verit. relig. Chr. lib.3. §. 14.*

fultorum omnium fenténtiâ (1) tradit Hubérus (2), ei fimilis, quam res facras inquirentibus præfcribit doctiffimus Canus (3) *lex vero fecunda fanciatur, ut eos hiftoricos reliquis anteferamus, qui ingenii feveritati quandam prudentiam adjunxerunt, & ad eligendum, & ad judicandum, quæ lex jn iis rebus locum habet, quas neque Scriptores ipfi funt intuiti, nec a fide dignis, qui viderint, audiverunt*. Albertus ex eo fuit genere Scriptorum, qui quæ auribus exaudierunt, quaé oculis acceperunt, vere efferunt, vir enim bonus erat, at minime prudens rerum judicandarum, quæ effent ex diverfis veterum monumentis eligendæ. Annius ille famofus, qui Hiftoriam Italicam fabulis putidiffimis, & impofturis inquinavit, ab Alberto eft avidiffime defcriptus, quoties populorum Italicorum antiquiffima effent inquirenda. Noftrates hujus culpæ Albertum unâ omnes voce reprehendunt. Exteris ejus culpæ teftes fint Socii Palatini, qui tabulam Geographicam Italiæ Muratorianis Scriptoribus rerum Italicarum addendam, illuftraverunt *fequenti fæculo famofior Joannes Annius hodie nemini ignotus, Villano deterior, dum nè Toufcos tantum, fed omnes pene Italiæ municipalès Scriptorès exitiali fua pefte fodalem fuum Albertum in Italiæ defcriptione, in originibus ideo ejurandum mifere infecit* (4), & in fua Italia fæpe Cluerius. Quo

Quare aliqui Conftantinopoli allatas dixerint Pandectas Pifanas.

(1) *DD. in l. 3. ff. de teftib.*
(2) *Prælect.* Jur. *lib. 22. tit. 5. §. 19. & 20.*
(3) *Loc. Theol. 11. cap. 13.*
(4) *Rer. Ital. tom. 10. differt. 18. de tabul. Geogr. med. aev. p.* CLXXXI.

Digitized by Google

Quo ergo judicio, qua prudentiâ ab eo vetera monumenta dispecta dicamus, examinata, selecta, qui Annii mendacia cognoscere non potuerit? Pandectarum inventio Alberto erat sæculis quatuor antiquior; adéoque quod de Pandectarum inventione scribebat Albertus, erat é monumentis veteribus educendum. Iisdem fere témporibus, quibus vixit Albertus, tres docti homines quæsiverunt diligenter locum, qui Pisanis Pandectas dederit, Bologninus, Volaterranus, Taurellius. Duos, scimus, Pisanorum Chronica magnâ curâ investigasse, Taurellium, & Bologninum; Volaterrano eandem fuisse solertiam, ejus ingenium, mosque suadet, qui tot libros lègit, ut commentarios urbanos componeret. Res illa erat non ex editis, sed ex manuscriptis adhuc historiis eruenda. Ergo ut Albértinam Constantinopolim Taurellianaé Amalphiæ præferamus, ut Taurellium, Bologninum, Volaterranum trudat Albertus, majora sibi iste fuisse sedulitatem, peritiam, ingenium, prudentiam, judicium ostendat, necesse est, quam illis fuérit, sibique fuisse, illi probaverint. Nullam, ejus, quod scribit de Constantinopoli, causam, nullam rationem affért. Contra véro rem ita narrat, ut suspicioném nobis injiciat aut errantem, aut divinantém Italiæ suæ factum illud adjecisse. Ipsa itaque audiamus verba, quibus ille Pisanorum ornat Rempublicam *con gran riverenza ridussero a Pisa Innocenzo II. Pontefice Romano da Roma scacciato, passarono eziandio nella Sicilia per iscacciarne Ruggieri, che aveva usurpato detto Reame, nel qual tempo conservarono Napoli sette anni con molti altri luoghi; Portarono anche da Costantinopoli le Pandette, che al presente si trovano in Firenze; Fu parimente da loro assediato*

Y *Sa-*

Salerno, e fecero altre degne opere per la Chiesa. Laonde vedendo il Papa la loro amorevolezza e sincera fede, che tenevano al Seggio Apostolico, essendo in guerra co' Genovesi tanto si affaticò, che li pacificò, e creò il loro Vescovo Arcivescovo, ornandolo di molti privilegj. Qui hanc narrationem diligenter consideret, diffiteri non poterit, totam esse illam de rebus Innocentii II auspiciis, gratiâ, auctoritate gestis, adeoque quod de Constantinopoli dicitur, medium esse inter Pisanorum gesta, quæ ad idem bellum Siculum pertinent, auxilium Innocentio contra Rogerium latum, tutelam regionis Neapolitanæ, Salernum obsessum, præmia, quibus Innocentius optime de se Pisanos meritos affecit. Quis igitur hic Constantinopoli locus? Si tanti fuisset Albertus, ut ejus librum Lipsius aliquis, Casaubonus, Gruterus, Salmasius, Gronovius suis curis, judiciisque dignati essent, jam esset aut Neapolis, aut Amalphia ibi Constantinopoli substituta, emendatusque aut librarii error, aut Alberti ipsius, qui dormitaverit. Quis enim credat, alienissimam ab omnibus, quæ ibi narrata sunt, admixtam fuisse a vigilante Constantinopolim? Illa ipsa dignitas, qua Pisanam Ecclesiam donavit, Archiepiscopum de Episcopo illius faciens Pontifex ad res Neapolitanas pertinet, etsi eam perperam Innocentio eidem II adfixit Albertus, quia alii multi adfixerunt ejus generis Scriptores (1) dignitati illi, pacem ab eodem Innocentio inter Pisanos, & Genuenses con-

---

(1) *Ptolemeus Luc. lib. 2. histor. Eccl. cap. 4. Joann. Villan. Histor. lib. 4. cap. 33. &c.*

constitutam cum qua nihil commune habuit dignitas illa Archiepiscopalis, qua Pisana Ecclesia ab Urbano II, Gelasioque item II donata jampridem fuerat (1). Pax illa, quæ dicitur ab Alberto constituta, ut esset Pisanis præmium navatæ Innocentio operæ, & bellorum in Apulia, Campaniâ, Lucaniâ gestorum, prior illis bellis omnibus fuit (2). Inconditus itaque adeo Scriptor cum Taurellio, cum Volaterrano comparetur? Oscitanter ille turbavit omnia, nec ullum attulit monumentum, quod ille facere debuerat, qui res antiquissimas narraret, quod Taurellius fecit, qui cum Jurisprudentiâ polleret, & aliarum scientiâ rerum monumenta sibi conquirenda esse, vidit. Volaterrani ille nomen, non verba attulit, alii verba Volaterrani retulere; Grancii pariter quem Taurellius laudaverat, nomine duntaxat commemorato, verba primus cl. Muratorius indicavit, quum Grancii carmen ederet inter Italicarum rerum Scriptores (3); Annalium denique Gryphianorum verba Taurellius omisit, Brencmannus primus in Codice Bononiensi deprehensa publicavit. En vera omnia monumenta, quæ Taurellius laudavit. En, ut Jurisconsultorum verbis utar, duo testes Albertus, & Taurellius, quorum hic causam verissimam prodit scientiæ suæ, ille

Y 2 nul.

---

(1) *Ughell. Ital Sacr. tom.* 3. *in Arch. Pis. pag. m.* 1187. *Franc. Pag. in vit. Innoc. II. Gelas. II. Fleur. hist. Eccl. lib.* 68. *c.* 11.

(2) *Franc. Pag in vit. Innoc. II. num.* .... *Brencm. diss.* 2. *de Amalph.* §....

(3) *Tom. XI. pag.* 285.

nullam causam addit. Si futilem hominem (3), si levem, si gloriosum, si præconem magnificum Pandectarum, quas edebat primus, Taurellius esse voluisset, facile illi, obviumque fuit, de iis magnificum illud proferre, quod Politianus, quod Landinus doctissimi, sed poetici homines prædicaverant, fuisse illas authographum Justiniani, adeoque Constantinopoli Pisas rectâ translatas. Nulla ab Amalphiâ laus, nullus honor, nulla Pandectis illis auctoritas addebatur. Inquirentem vero Taurellium origines Pandectarum eâ curâ, quæ decebat virum diligentissimum, eo stimulo, quo fas erat inquiri illas, ut referrentur in expectatissimum, celebrandumque totâ Europâ librum, in quo non Taurellii modo, sed & Principis, & Etruscorum decus versabatur, iis opibus, quibus esse debuit instructus Senator, amicus Principis, & rerum Etruscarum vir potentissimus, qualis Lælius Taurellius erat, admodum verisimile est, potuisse ea monumenta invenire, quæ Alberto Constantinopolim indicaverint, si monumentis usus erat Albertus in illâ narratione; Verisimile est, talibus monumentis usurum saltem fuisse Taurellium, ut profiteretur, varia esse ab antiquioribus tradita de quæsitis Reipublicæ Pisanæ Pandectis.

III At, dicitis Academici, quid Albertum Constantinopolim duxit, unde Pisanas Pandectas eveheret, si nullum monumentum vetus, nullum antiquum auctorem habuit illius originis? Facile dictu est. Totum sæculum XV in ea fuit opinione, ut Justiniani authographum Pandectas Pisanas esse, existimaret *totum sæculum* XIV *cum sequenti* scribit Brencmannus *utrumque autem præstantissimorum Jurisconsultorum ferax fuit, Pandectarum exemplar habuit*

pro

pro archetypo, *sive autographo Justiniani*, *vel ut loquimur pro libro originali* (1) ; idem testatus est Pancirolus (2). Qui libros Jurisconsultorum illius temporis vel leviter lectitent, hoc Jurisconsultis illis sine ulla hæsitatione persuasum fuisse, facile perspiciunt. Maximus illius hæresis paullo ante quàm scriberet Albertus Italiam suam, auctor fuerat Politianus *atqui volumen ipsum Justiniani Digestorum*, *seu Pandectarum dubio procul archetypum* (3), *ita Pandectis quoque iis*, *quæ nunc Florentiæ publice asservantur libro ipso Justiniani Principis archetypo* (4), eadem aliás (5). Hoc Budæo persuasum (6), hoc Tristano Calco (7), hoc Ludovico Vives (8), hoc caeteris Alberti æqualibus. Qui hanc opinionem excéperant, in proximam altéram facile descendebant, Pandectas illas, quæ archetypum Justiniani fuerint, a Constantinopoli, ubi Justinianus Digésta condidit, delatas fuisse. Dum Pisana monumenta latebant, & locus latébat, a quo acceperint illas Pisani. Qui veró de re aliquâ scribunt, excurrunt aliquando in parum perspecta, & conjecturis implent historiæ lacunas, ut alibi laudatus Baconius de Verulamio animadvertit *historia temporum necessaria in*

---

(1) *Hist. Pand. lib. 3. cap. 1.*
(2) *De clar. leg. Interp. lib. 2. cap. 13.*
(3) *Miscell. cap. 41.*
(4) *Ib. cap. 77.*
(5) *Ibid. cap. 78. & lib. 7. epist. ult. lib. 10. epist. 41*
(6) *Ad leg. 3. ff. de legib.*
(7) *Hist. Mediol. lib. 3. in fin.*
(8) *De caus. corrup. eloq. art. lib. 7.*

Digitized by Google

in memoriâ rerum sæpius fatiscit , & veluti spatia vacua continet , quæ ingenio , & conjecturâ occupari satis licenter consueverunt , præsertim quæ ætate Scriptoris multo antiquior sit . Qui scripserunt , Constantinopoli delatas fuisse Pandectas , certum aliquid proferre volebant , sed cum historiâ destituerentur , nihil illis aptius , nihil probabilius occurrebat, quám ut affirmarent , illas inde esse profectas , ubi primum compositæ sunt , unde ad omnes manare debuérant . Nolunt homines diu dubii esse , & statuére aliquid vel témere malunt , quám in obscuris agitari ; quare ergo arbitror eos , cum Deum esse nemo negarét , qualis vero esset , lateret , ad idola colenda delapsos corporeas illas religiones , & surda numina , & inefficacés Deos tamdiu retinuisse ; & vero Philo voluntaria oblivia caussatus est . Cum multa , quæ hominés reformidare solent , audacter subiisse quidam Hercules diceretur , omnia ejusmodi ab Hercule patrata feruntur , adeo , ut locis , & temporibus non convenientibus , éorumque diversitati uno Hercule non sufficiente , fuerit Hercules multiplicatus . Alias alii ob causas , & Jovés plurimos , & Mercurios , & Veneres effecerunt . Postquam Pandectas Constantinopoli arcessissent , a nemine sibi timebant , qui inde eas acceptas aliquando esse négaret , cum primo certe illinc diffusæ sint , primus ille certus fuerit fons Pandectarum . Sic Philosophi , cum excogitare rationem non possent , qua primum hominibus ignis extiterit, ad illud confugerunt

Fulmen detulit in tèrras mortalibus ignem
Primitus inde,omnis flammarum diditur ardor.

Fuit illis in hac re Constantinopolis , quod esse solet

ho-

Digitized by Google

hominibus Déus, quem tunc vult interesse fabulæ Horatius, quum

——————Dignus vindice nodus
Inciderit

ad illum decurrimus, in eo quiescimus, cum mentes nostræ in rerum inquisitionibus progredi longius non possunt (1)

Non poterat, quibus id fieret, cognoscere causas,
Ergo perfugium sibi habebant omnia Divis
Tradère, & illorum nutu facere omnia flecti

Antiquissimæ Ægyptiarum Urbium originem, cum assequi non potuissent Ægyptii, Diospolim eam esse, dixerunt (2). Qui Urbium Italicarum, Sicularum, Græcarum persequuntur conditores, in Proceribus belli Trojani subsistunt, in quibus & vetera omnia monumenta, prætér sacra Judaeorum, omnisque memoria subsistit; itaque omnes antiquas Urbes aliquis ex illis Proceribus dicitur condidisse, quibus nullus afferri posset antiquior. Ex hac itaque hominum seu affectione, seu consuetudine subveniendi conjecturâ defectibus historiarum, Constantinopolis in historiam Pandectarum venit. Quo alio, quàm conjecturâ ii, quibus restitutæ Jurisprudentiæ historia defuit, Irnerium Constantinopolim ablegarunt ad Juris Civilis sciéntiam comparandam, quam ex universo Occidente leges barbaræ dejecisse ferebantur.

(1) *Suer. lib.* 5 *v.* 1185.
(2) *Strab. lib.* 17.

tur. Simili conjecturâ diximus alibi factum, ut Lotharius pro restitutore Romani juris, & Longobardici abrogatore habitus diu sit. Hunc humanarum mentium progressum, hunc morem ratiocinandi, hanc seriem cogitationum in rem præsentem affert, & perspectissima nobis efficit Bologninus ille noster, qui nondum historiam Pandectarum Pisanarum doctus, anno MDII in formulâ cautionis, qua præcipiebat, libros illos a se emendatos servandos tradi Fratribus Prædicatoribus, a Brencmanno edita (1), hæc scripsit *istè liber correctus, & castigatus fuit ad unguem secundum* ORIGINALES *& Florentinas Pandectas, quaè olim Pisanæ, & per prius Constantinopolitanæ fuerunt*, idemque scripsit in epistolâ, qua Pandectas suas Julio II Pontifici Maximo Romanorum dicavit, tempus designans, adeoque rationem, qua Constantinopolitanas illas fuisse dicebat *Originales enim Pandectæ ab anno* MCCCCVI *quæ olim Pisanæ fuèrunt, & per prius Constantinopolitanæ fuerunt tempore compilationis earumdem per Justinianum Sacratissimum Imperatorem*. At idem Bologninus tempore sibi, & studio, & diligentiâ comparatam veritatem agnovit; adeoque adjecit Amalphiam locis illis, & temporibus Pandectarum Pisanarum, ex Gryphianis annalibus erutam, & additionis seu emendationis modo scriptam in margine, adeò ut Bolognini narratio hujusmodi hodie esse videatur *originales enim Pandectas nunc Florentinas, quæ olim Pisanæ fuerunt, & prius Malfenses, a quibus captâ ea Civitate Pisani eas habuerunt anno* MCXXXVI *prout in Pisanis annalibus apparet, & per prius* Con-

(1) *Lib.* 4. *cap.* 2 *& in Judiciis de Pand. num.* 6.

Digitized by Google

Constantinopolitanæ fuerunt tempore compilationis earumdem per Justinianum sacratissimum Imperatorem. Bolognino itaque locus *compilationis* Constantinopolim dedit. Aliis eundem eamdem dedisse, credibile est ob Pisanorum annalium defectum, qui statim ac detecti sunt, Constantinopoli Amalphiam addiderunt.

IV Cæterum qui Grandio nunciaverit, Leandrum Albertum, quod Bononiensis fuerit, & in aedibus vixerit, ubi Bolognini libri servabantur, hos legisse, & Amalphiam in illos relatam repudiasse, prorsus ignoro. Si ad historiam, si ad Geographiam libri illi pertinuissent, aliquis esset suspicioni locus. At Jurisconsulti libros qui quæreret Albertus, quorum titulus nullam ei spem ornandi illis Italiam suam poll ceb. tur? Fortasse Albertus, qui sæpe peregrinabatur, non diu Bononiæ fuit; fortasse Jurisprudentiam omittebat, de qua libri illi erant; fortasse cum Bononiæ esset ille, nondum eos Bologninus Fratribus Alberti tradiderat. Ego vero sæpe incidi in *Fratres*, qui bibliothecis suarum Universitatum servandis, monstrandis addicti, ne nomina quidem, aut genus Scriptorum noverant quos ab iis petebam; & aliquando Origenis libros postulantem quidam interrogavit, Poetane an historicus esset Origenes. Certe Sigonius, qui Italiæ scripsit historiam, & diu Bononiæ vixit, professus est, se Griphianum fragmentum vidisse (1) *fragmentum Chronici cujusdam de bello Pisanorum ad Amalphiam, tempore Lotharii Imperatoris repertum in bibliothecâ Fratrum Prædicatorum Bononiæ inter*

Grandius non perspecta affirmat.

Z

(1) *Tom. 2. oper. Sigon. Mediol. edit.*

Digitized by Google

ter libros relictos a Ludovico Bolognino Bononiensi Jurisconsulto, quondam Florentiæ Prætore ita Sigonius in serie monumentorum, quæ discusserat; Vidit vero Sigonius fragmentum illud, & eo, quo erat ingenii acumine examinatum excepit, probavit; Sumpsit enim inde diem illum ante nonas Augusti, quo Amalphiam Pisani diripuerunt, quem nemo alius scripserat, quó si inspexisset Brencmannus, vir aliás acer, ac diligens non esset miratus, d em esse illum a Sigonio adjectum direptioni Amalphitanæ *narrat Sigonius Pisanos pridie nonas Augusti Amalphiam aggressos esse; hoc autem fide ejus esse jubeo, nam unde habeat ignoro* (1). Non est itaque Sigonius aspernatus fragmentum illud, quod ab Alberto contemptum fuisse Grandius, nullo allato teste, jactavit.

Paullus Merula minus idoneus testis in hanc rem a Grandio inducitur

V Paullus Merula, quo altero teste usus est Grandius, ut conjecturam suam cofirmaret, & Constantinopoli Pandectas Pisanas referret acceptas, Alberto similis est, qui Geographicos libros conscripsit, eosque non ut Albertus unâ Europæ parte contentos, adeoque fartor est ille pariter historiarum quas non accurate & principaliter condebat, sed dicis causa, qui quantum ornaret sterilem, siccamque Geographiam ex historicâ massâ decerpebat. Et vero sine delectu, sine judicio historica quæque in rem suam comportabat. Inter pauca ille, quæ de Pisanis scribit, ait *libertatem, quam initio semper habuerunt ad annum usque MCCXXVIII, quo Patriam Tyramnide invasit cum nomine Comitis Pisani Ugolinus = Academiam cum Urbis fortunâ la-*

(1) *Dissert. 2. de Amalp. cap. 26.*

Digitized by Google

lapsam restituit Cosmus Medices, vocatis ab eo ad juris professionem Andrea Alciato, ac Medicinæ Matthæo Curtio, qui in Campo sancto sepulti. Quæ est illa libertas, quam Pisani initio semper habuerant, quamque primus Ugolinus illis ademit Pisarum se Comitem faciens anno MCCXXVIII? Libertatem, rerumque maritimarum potentiam Pisanis fuisse ante, quàm Romani Etruriam acquirerent, probabile est (1). At longe antequam Ugolinus Comes esset, Romanis Pisani diu paruerunt, Longobardis Regibus fortasse etiam Carolinis, qui sive jure, sive injuriâ quæ Longobardorum fuerant, bello, & victoria occupaverunt. Ugolinus ille celebris carminibus Dantis Aligherii non anno MCCXXVIII Pisanis imperavit, sed circa annum MCCLXXX: neque Tyramnidem, sed justum Magistratum, qui *Capitano* dicebatur, Romanorum dictaturæ similem gessit difficili Pisanæ Reipublicæ tempore (2). Alciatum quidem Cosmus habere Pisis Doctorem conatus est, invitavitque, sed ille non venit, adeoquè in *Campo Sancto* sepultus non est (3). Ergo, qui decimo sexto sæculo vixerit, qui in res Pisanorum veterum investigandas non multum incubuerit, qui alia omnia fecerit, quám histo-

(1) *Virgil. lib.* 10. *Strab. lib.* 5.

(2) *Anonym. Laurentian. ad ann.* 1288. *rer. Ital. tom.* 15. *pag.* 979.

(3) *Epist. Alciat. ad Jovium quæ est præfixa hist. Jovii tom.* 1. *edit. Venetæ Comini* 1553. *Ghilin. Teatro de Letterat. part.* 1. *pag.* 11. *Pancirol. de clar. Int. lib.* 2. *cap.* 169.

historiam Pisanam, qui Belga fuerit, qui Albertum fortasse descripserit, non est nobis Paullus Merula, quem veteribus Pisanis Pisanorum historiam scribentibus, quem vicino Pisanorum Volaterrano, quem diligentissimo, ac Senatori Florentino Taurellio anteferamus.

Idem de Thuano.

VI Jacobus Thuanus raptim, cursimque, dum peregre proficisceretur, & quæ illi in viâ evenirent, continuo scriberet, hæc servavit, quæ postea ex memorialibus in libris de vita sua descripsit *eandem fortunam minime expertus est Pandectes olim Constantinopoli a Pisanis captus, & Pisis postea Etruriam translatus, qui in publico Reipublicæ Palatio asservabatur, neque proinde cum privatæ Bibliothecæ libris Urbe exportari potuit, & nunc etiam seorsim in eodem Palatio cum cæteris rari pretii cimeliis Principis religiose custoditur; eum cum evolveret Thuanus, & ex scripturâ antiquissimum esse, & ex ligaturâ archetypum, ex quo omnia nostra exemplaria descripta sunt animadvertit. Nam eadem, quæ in extremo transpositio hodie passim habetur, illic cernitur*. Suspicetur aliquis, pro *Constantinopoli* scribendum fuisse Neapoli, cum paullo post illud verbum librarius in *Etruriæ* verbo peccaverit. Quid enim est illud & *Pisis postea Etruriam translatus*? Manifestum est scribendum fuisse *Pisis Florentiam translatus*. Archetypum illum esse, existimavit Thuanus, jamque vidimus, quam proximum esset archetypum librum illum esse existimantibus, Constantinopoli Pisanis obtigisse, judicare. Diligentia, quám hoc loco adhibendam sibi esse censuit Thuanus, non est comparanda cum ea, quam historiis conscribendis adhibuit, cumque illâ, qua Taurellius rem judicaverat. Si adhibere voluis-

luisset, Taurellii libros adiisset, cumque latam ibi sententiam, re penitus cognitâ, a doctissimo Viro, justoque adeo Judice reperisset, aut probandam sibi, aut refutandam illam esse, novisset. Cum vero Taurellium ne commemoraverit quidem Thuanus, superest, ut existimemus, viatorem Etruscam historiam non inquisivisse diligenter paucis illis diebus, quibus Florentina alia auribus, oculisque debuit accipere, adeoque vulgares illos praecones Pandectarum Florentinarum ab illo tantum auditos, qui praejudicatam illi earum Pandectarum dignitatem, auctoritatemque obtruserunt, archetypum illum Justiniani librum canentes, illique proximam de acquisito Constantinopoli libro illo sententiam.

VII Roncionius Pisanam historiam, si quam posset, scribere saeculo superiore conatus est. Nisus centonem peperit. Hunc edidit hactenus nemo; Ita existimationi hominis, ac dignitati prospectum est. Libro occultae hujus historiae quinto haec traduntur de rebus a Pisanis gestis inter annum MCXXX & MCXL in ea regione, quae hodie Neapolitanum Regnum appellatur *finalmente il Console si mosse nel detto mese di Luglio, ed arrivando alla Costa di Amalfi tutta piena di Città, e Castella, cominciò a far molti danni, e a dì 4. di Agosto dando un feroce assalto alla Città d' Amalfi se ne insignorì, e come vogliono alcuni, di questo luogo ebbero il volume detto le Pandette della ragion Civile (il quale da i Fiorentini fu trasportato nella Città loro, dove si conserva con grandissima diligenza, ma altri dicono, che l' avessero di Costantinopoli acquistato) dove i* Pisani *guadagnarono sètte galee, e due navi, e in oltre altre cose di gran valore; il Consolo coll' armata andò a Trani*. Quid cum in inconditam istam narratio-

Roncionius explicatur, & a Cavillationibus Grandii extricatur.

tionem inciderit, Grandius? Cavillatus eſt impudentiſſime (1), & Roncionii auctoritate reprehendit Chroniſtam Gryphianum *il ſeſto farfallone di eſſa adunque conſiſte nel dire, che nella preſa d' Amalfi i Piſani s' impoſſeſſaro di ſette Galee, e due Navi, equivocando l' autore dall' impreſa di Coſtantinopoli, dove fecèro appunto la ſuddetta preda, e d' onde veramente portarono le Pandette, come le antiche ſtorie Piſane riferiſcono in propoſito delle Pandette poſſedute da' Piſani, e credute da alcuni portate da Amalfi* come altri dicono, che l' aveſſero di Coſtantinopoli acquiſtate, dove i Piſani guadagnarono ſette galee, e due navi *non eſſendo probabile che intorno alla Coſta d' Amalfi vi foſſero le galee, e le navi di Ruggiero, il quale aveva ben ſeco un' armata di 60. galee nel golfo di Salerno, ma preſſo Amalfi non aveva laſciato alcun legno alla Guardia*. Affirmas ergo hic, Guido, quod es alibi tantummodo ſuſpicatus, Pandectas Conſtantinopoli Piſas fuiſſe delatas. Affirmas, Piſanos antiquos Chroniſtas idèm narraſſe. Qui ſunt iſti tui antiqui Chroniſtæ Piſani? Unum affer, uno contenti erimus, qui ſit prior glorioſâ illâ famâ nunciante Piſanas Pandectas fuiſſe archetypum Jùſtiniani. Tu vero unum affers Roncionium, qui ad ſæculum XVII pertinet. At, inquis, Roncionius teſtatur, fuiſſe qui hoc ſcripſerint *ma altri dicono che l aveſſero di Coſtantinopoli acquiſtato*: Iſtud *altri* quod ille Piſanis non adſtringit, quodque alios quoslibet complecti poteſt, cur tu adſtringis? Scilicet nullâ aliâ re cogente, quàm cauſſâ deploratiſſi-

(1) *Nuov. diſam. part. 4. cap. 4. num. 2.*

Digitized by Google

tissima, quamque non nisi mendaciis, & infrunito animo, & durissimâ tua, ferreâque fronte sustentare potes. Roncionii illud *altri* & Albertus esse potuit, & Merula Roncionio vetustiores. At, inquis, isti non addiderunt, Pisanos Constantinopoli duas naves, septemque triremes acquisivisse, quod Roncionius addidit. Nego hoc addidisse, nego hoc dixisse Roncionium. Tu incautos decipere voluisti, tu Roncionii verba turbasti, tu fregisti illius narrationem, tu sententiam corrupisti. Roncionii tota oratio illa ad res ad Amalphiam gestas pertinet, pauca illa de Constantinopoli verba obiter scripta sunt, & includenda parenthesi; Monstrant id apertissime quæ sequuntur *il Consolo coll' armata andò a Trani*, quibus Roncionius superiora, & mox dicenda continuat, de bello, quod Innocentii gratiâ Pisani adversus Rogerium gerebant. Illud *Trani* est, quod te, Guido, egregium Geographum jam ostendit, illudque Atranum, quo Chronista Gryphianus Pisanum militem ivisse tradit post expugnatam, ac direptam Amalphiam. Cum quæ primum scribit Roncionius hoc loco, sint de bello illo celebri, quod gerebatur adversus Rogerium, quæ Constantinopolim sequuntur ad idem bellum pertineant; Cum nullum fuerit Pisanis eo tempore bellum adversus Constantinopolitanos, nullum fuisse dicat Roncionius; Quis non videt admixtam narrationi illi fuisse Constantinopolim ob unam caussam sententiae narrandæ, in qua aliqui fuerint, inde quæsitas Pisanis fuisse Pandectas, eàque narratâ, ad bellum Neapolitanum reditum esse? Et vero si aliquod bellum Constantinopolitanum Roncionio narrandum fuisse, narratumq; esse dicamus, nulla erit in historiâ totâ belli narratio hac Roncionii narratione magis absurda; nullus bello illi dies, nullus Con-

Consul, nulla causa, nullus exitus, nullum initium adjectum erit. Duæ autem naves, septem triremes qua aliâ ratione Pisanis Constantinopoli quæri potuerunt, quàm bello? Bellum, quo Pisanus Populus vicerit Orientalem Imperatorem, ejusque sedem Regiam expugnaverit, Siculo bello fuit longe posterius, & ad alia omnia pertinuit, quàm ad ea, quæ in illâ historiæ parte Roncionius persequebatur; gestum enim est illud sæculo XIII (1). Qui Roncionii a nobis allata verba humaniter legat, humaniter excipiat, id, quod dicimus, perspicue deprehendet. Neque Chronista Gryphianus dixit Pisanos dum Amalphiam expugnarent, prædâ traxisse illa navigia, sed illis navigiis tradidit, vectum Pisanum militem Neapoli, quo Pisis tota classis rectâ deducta fuerat, Amalphiam fuisse, quam indefensam imparatamque Rogerii hostes esse cognoverant. Hoc est quod dicitur in Chronico Gryphiano, Amalphiam victam a Pisanis *con septe Galee, e doe Nave*. Celeritas, qua Pisani Neapolim venerunt, indeque Amalphiam expugnatum iverunt, nobis est a Thelesino tradita, qui Rogerii hostes a Pisanis scribit *celerrimum in extremo jam positos opitulationis succursum impetrasse. Cum ergo immensa acies ab eis* Pisanis *directa cum ratibus æquora sulcando Neapolim tendissent, istiusmodi præfirmantur consilio, ut urbem Amalphiam incboante Auroræ ortu, subito aggrederentur* (2). Neapolis tutanda erat, Amalphia, quàm inde-

(1) *Chr. Pis. tom. 6. rer. Italic. p.* 191.
(2) *De reb. Rogcr. lib.* 3. *cap.* 23.

Digitized by Google

indefensam noverat, erat classi Pisanorum expugnanda. Ergo ex *immensa illâ acie* septem *Galee, e doe Nave*, Amalphiæ expugnandæ destinatæ sunt, navigia cætera manserunt Neapoli; adeoque Pisani Amalphiam receperunt, spoliarunt *con septe Galee, e doe nave*. Præpositio illa Italica *con* sæpissime est instrumentum, etsi aliquando conjunctio sit. Est Italis *con diligenza, con fatica, con armi, con ingegno far qualche cosa* idem ac Latinis facere aliquid diligentiâ, labore, armis, ingenio (1), adeoque Gryphianus Chronista verbis illis *furono a la Costa de Malfi, e quello dì per forza lo presono con septe Galee, e doe nave* id significat, quod ita latine reddas *Amalphiæ appulerunt, eamque eo die septem triremibus, duabusque navibus expugnaverunt*.

Abeas ergo Guido ac facessas, qui cum primam hujus controversiæ tuæ partem, quæ de Gratiano erat, nonnisi confictо a te Diomedis Bravæ libro defenderis, hanc alteram, quæ de Pandectis Pisanis est, confictis a te Pisanis Chronicis egeris, ex quibus suam Roncionius hauserit de Constantinopoli narrationem. Pudeat te arrogantiæ, ac levitatis, qua bonum Brencmannum, optimumque Taurellium confutare te posse, atque explodere, credidisti. Pudeat tumultus sine caussâ ullâ, sine ratione, sine viribus excitati. Pudeat oris, & calami petulantissimi, quibus litem movisti, & in triviis, quadriviis, angiportis agitavisti, a studiis tuis, ab eruditione, a rationibus alienissimam, quæ tibi fuerit ineptiis puerilibus, conviciis, & falsis instru-

(1) *Buommatt. della Lingua Toscana trattato 14. cap. 10. Vocab. Flor. aut della Crusca v. con.*

mentis propugnanda. Quis præter te, rem historicam sine ullâ historiæ cognitione tractavit, de jure sine jurisprudentiâ ullâ disputavit? Vos vero, Academici, plectite judiciis vestris vanum hominem, pravum, temerarium, contumeliosum, qui humanum genus omne aspernatur, qui abusus est patientiâ vestrâ, qui ambas controversiæ hujus partes falsis testimoniis fœdaverit potius, quam instruxerit, qui ea Etrusco maxime populo ediderit, bardum illum, cæcum, stupidum, insipientem habendum sibi esse, constituerit, quem nulla hactenus doctorum, nulla indoctorum hominum natio hebetem, tardum, negligentem esse, existimavit. Hunc ille populum pro suâ stultitia, atque intemperantiâ decipere concupivit. Huic ille populo imponere sese impotentis animi homo posse, speravit; Efficite, ne nobis omnibus sese illusisse impune, scurra iste glorietur. Efficite ut eodem ipse ludibrio habeatur, quo nos, quo gravissimos homines habere voluit.

Digitized by Google

BERNARDI TANUSII

NOB. PIS.

DEFENSIO SECUNDA USUS ANTIQUI PANDECTARUM

ET

Earum celebris exemplaris in Amalphitanâ direptione a Pisanis inventi

ADVERSUS VINDICIAS

GUIDONIS GRANDII CAMALDULENSIS.



FLORENTIÆ

ANNO M.DCC.XXXI.

Typis Bernardi Paperini ad D. Apollinar.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

A U C T O R
L E C T U R I S.



Ditus hac de re Lucae liber anno MDCCXXVIII cum Florentinis formis esset anno, qui vertitur, vulgandus, multis est auctus, quæ in secundâ Defensione *contenta erant. Ea ne bis vobis obtruderentur, fuerunt detrahenda. Hoc dum* Defensio *illa ex Italico in Latinum sermonem vertenda esset, ut mos gereretur amicis aliquot non Italis, faciendum esse, censuimus.*

ILLU-

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO ATQUE AMPLISSIMO

PISANO SENATUI.



OLLEM Illustrissimi, atque amplissimi Patres, eâdem de re Vos libro altero obtundere, & re hac unâ tenui operam consumi Pisanæ historiæ desti-

na-

natam. Sed Monachus ille, quem nostis, iratus nobis omnibus vehementer est, mihi maxime; non tacuit amice monitus, non resipuit, non modo non emendavit, sed multiplicavit etiam deliria, & grave illud, quo scatet, virus rursus evomuit. Gryphios nostros nobilissimos Cives impostores appellat, stultum, incautumque non Bologninium modo, qui Gryphiorum annales probaverit, sed & Taurellium laudatissimum Pandectarum Florentinarum editorem, quæ vestræ olim fuerunt, Senatorem prudentissimum, dignumque habitum a sagacissimo Mediceorum Principum, qui rerum Etruscarum partem maximam administraret. Ergo obsistendum est, confutandus est homo ille pervicax, & contumeliosus; ejus sunt detegendæ fraudes, declarandæ cavillationes, particula illa historiæ vestræ statuenda, quæ de Pandectis est a Majoribus vestris, dum Amalphiam expugnatam diripiunt pio illo bello, quo adversus Rogerium Regem Siculorum defendebant Pontificem Maximum Romanorum Innocentium II, inventis. Excipite secundas has curas meas eâ, qua primas excepistis

stis

Digitized by Google

stis benignitate, consensuque plane admirabili. Hoc mè beneficio vestro aliisque devinctum poenitet fortunæ & imbecillitatis meæ, quæ, quo gratias vobis referat, hoc unum habet opus literarium: Isthæc vero poenitentia stimulo mihi est acutissimo, quo me sentio incitatum ad laborem, ad industriam, ad ardua quæque subeunda, quibus mihi majora comparem, quæ possim Vobis de me optime meritis olim rependere.



DE-

DEFENSIONIS SECUNDÆ LIBER PRIMUS

Ivo Decreti Auctor.

CAP. I.



RIA ſunt Grandio propoſita *Vindicias* mihi obijcienti: Primum, ut Ivonem, & Gratianum Pandectarum uſu, & nomine prohiberet, quó eas primus commemoraviſſe videretur Petrus Blæſenſis epiſtolâ CXL, quam cum verbi *Pandectæ* poteſtatem quæreret, laudatam idem Grandius invenit in familiariſſimo ſibi libro Gloſſario Latino= barbaro. Alterum, ut Pandectas Piſanas Amalphiæ inventas fuiſſe, negaret. Denique illud ut ſe ulciſceretur offenſus offenſione illâ Fimbrianâ, quod ego læſus ab ipſo reſponderim, quod telum altius non exceperim; Poſtremum hoc eſt ille exequutus cum puerilibus conviciis, tum ſordidiſſimis, & de forenſi turba petitis; in me anagrammata, epigrammata, ſcommata paſſim jactavit, aliaque hujuſmodi, quibus genus, ingenium, diſciplinam, mores, judicium furentis Monachi æquales, ac fortaſſe poſteri metiantur.

II Attuleram multa Pandectarum fragmenta,

quæ Ivo retulerit in *Decretum* suum (1) . Monachus, ut Ivoni Pandectas invisas , inusitatasque esse , suæ plebi suaderet , negavit , *Decretum* , quod Ivonis dicitur , Ivonis esse (2) , Ivoni vero *Pannormiam* unam tribuendam esse , affirmavit , quod Sigebertus unum esse scripserit , Ivonis opus; quod idem tradiderit Radulphus de *Diceto* ; quod Trithemius *Pannormiâ* Ivonis studiosos Juris usos esse , affirmaverit , antequam *Decretum* Gratianus ederet ; quod *Pannormiæ* eadem , quæ *Decreto* præfatio sit ; quod in *Decreti* antiquo exemplari Parisiensi Ivonis nomen non sit , sed manu recentiore adjecta verba isthæc *Liber Canonum superscriptus* Decreta Joviniani *quem composuit Ivo Carnotensis Episcopus* , *& continet decem & septem partes principales* . Descripsit hæc omnia Grandius ex præfatione Baluzii Notis , quas vir iste doctus edidit ad Ant.Augustini *Emendationem* adjectâ , & Baluziana illa perturbavit , detorsit , invertit contra quam Baluzius cogitavit . Baluzius cum monuerit (3) Pannormiam aliquibus non videri opus Ivonis , quod eadem illi præfatio adjecta sit, quæ *Decreto* , adeoque condita sit ab incerto auctore aliquo, qui *Decretum* Ivonis in Compendium redegerit , addit (4) *ego in eâ sum sententiâ , ut omnino putem Ivonem primo scripsisse Pannormiam, & præfationem eodem tempore confecisse, quæ postea* ma-

---

(1) *Epist. ad Acad. Etr. cap. 2. §. 3.*
(2) *Vindic. pag. 66. §. sed jam ad Ivonem.*
(3) *Præfat. ad not. in Augustini emend. Grat. §. 20.*
(4) *Ibid. §. 21., & 24.*

magno Decretorum volumini præfixa est. Nam cum viderit haud dubie, Pannormiam exitum habuisse prosperum, & commendari ob utilitatem suam, putavit hic sistendum non esse, adeoque majus opus aggrediendum: Ergo incipiens rursus a præfatione, opus quod in octo tantum partes diviserat, nunc in decem & septem mutato tamen ordine. Antonius Contius (1) ex præfatione eâdem adiectâ utrique operi, contra argumentatur Ivonis utrumque esse, & inscriptionem illam Parisiensis exemplaris *Decreta Joviniani* librariorum culpâ vitiatam, adeoque *Joviniani* illud emendandum esse, & *Ivoniani* substituendum. Eademque est argumentatio Doviatii (2) *potuitque auctor, cum alterum opus de iisdem rebus componeret, eâdem præfatione uti; quod quidem probabilius est quàm si dicamus, Cathalaunensem Hugonem, aliumve quempiam alienum prologum operi suo attexuisse.*

III Quod vero Radulphus, Sigebertus, Trithemius unum dumtaxat Ivonis opus commemoraverint, Pagio fuit argumentum, quo unius *Decreti* scriptorem fuisse Ivonem, existimaret (3). Neque enim Sigebertus, neque Radulphus operis titulum addiderunt; Trithemius vero confutatus est, quod partes decem Ivoniano operi tribuerit, quæ neque Pannormiæ, neque Decreto conveniunt, quare videtur recte Trithemium rejecisse Doviatius *duo in primis ei tribuuntur opera Canonica Decretum, & Pannormia; verum notandum est, ea sæpè a scriptoribus confundi; de illis Trithemius*

 ipse

(1) *In præfat. ad Gratian.*
(2) *Prænot. Can lib. 3. cap. 28. §. 3.*
(3) *Ad Baron. ann. 1117. num. 15. & 17.*

ipse non satis distincte (1). Eadem fere de Trithemio Pagius (2).

IV Ergo nemo est, qui *Decretum* Ivoni ademerit, ut verissime dixit Mastrictius (3) *dui sub Ivonis nomine Labentur scripta, quibus Canones colliguntur, & digeruntur, Decretum, & Pannormia; primum opus indub tato ab omnibus adscribitur Ivoni* si Trithemius excipiatur, qui Pannormiam appellavit opus Ivonis, non commemorato *Decreto*, quemque nemo hactenus præter Grandium sequutus est, qui dum omnem lapidem movet, ut *Decretum* alii, quam Ivoni tribuat, in iis, quæ Vindiciis addidit, protulit différéntias aliquot Decréti, & Pannormiæ! Quid ad rém hæ différentiæ Guido? Tuæ istæ differentiæ, quas ex Augustino mutuatus es, Augustino eiden, & Baluzio suaserunt, *Pannormiam* non esse quod dicebatur *Decreti compendium* adeoque non illius Hugonis, qui ferebatur *Decretum* Ivonis in compendium redegisse, sed ejusdem Ivonis opus, qui jure Domini usus sua aliquando mutaverit *praterea* ait Baluzius (4) *vir istarum rerum peritissimus Antonius Augustinus ex eo collegit Pannormiam non esse epitomen Decretorum Ivonis, quod pauca sint, in quibus hæ duæ collectiones inter se conveniant* Utcumque diversa sint duo illa, non efficietur illâ diversitate, ut unus ambo componere non potuerit. Putasne, Guido, te unum esse e cœlo demissum, & pro miraculo datum

---

(1) *Prænot. Can. lib. 3. cap. 27. num. 2.*
(2) *D. ann. num. 18.*
(3) *Hist. Jur. Eccles. num. 265.*
(4) *Præf. Ad not. ad August. emend. §. 20.*

tum orbi terrarum qui quatuordecim libros edere possit? Historiam ne literariam literariæ gloriæ libidine stimulatus, ignoras, in qua plurimi occurrunt, qui de rebus diversissimis uni scripserunt? Cum vero confeceris unum duntaxat è duobus illis diversis Ivonis esse, superierit tibi probandum unum illud esse *Pannormiam*.

V Hoc, inquis, probat Joannes Molinæus, qui *Pannormiam* pro *Decreto* usitatam fuisse affirmat. Hoc Trithemius, qui scripsit idem illud de Pannormia. Sed Joannes Molinæus verbis apertissimis *Decretum* Ivonis opus esse, affirmavit, & Pannormiam esse ab alio, quam Ivone compactam *cæterum cum librorum prolixitate, ac magnitudine non omnes afficerentur, non defuit qui in arctiorem formam protinus universum Ivonem contraheret, quo compendiolo cum illud ob plurimum uterentur, facile accidit, ut Ivonis labores in oblivionem venerint, & tantum non intercideri̇nt, adeo ut in hanc horam omnibus creditum sit exiguum illum libellum, qui titulo Pannormiæ Ivonis incerto auctore (nisi quod Hugonem Cathalanum fuisse suspicantur) circumfertur, esse ipsum autographum.* Hinc intelligimus, & a Joanne Molinæo te deseri Guido, quo hactenus abusus es, & Trithemium, qui paullò ante vixerat numerum deceptorum auxisse, qui *Pannormiam* accipiebant pro *Decreto*, Trithemium illum, quem unanimes eruditi omnes confutaverunt, cujus & illa fabula est *Pannormiam* decem libris contineri, & illa altera confirmati ab Eugenio III Pontifice maximo Romanorum Decreti quod paullo post Ivonem edidit Gratianus. Ergo Trithemio tuo frue-

re,

re, dum nos sapientum omnium auctoritate muniti te despicimus, passimque videmus errare, ingenioque certare stulte, & petulanter, unum monuisse contenti id, quod Joannes Molinæus in epistola *dedicatoria* Decreti Ivoniani dixit *Decretum* Ivonis a Pannormiâ explosum fuisse, *& omnes hactenus latuisse*, accipiendum esse de duobus retro proximis Molinæo sæculis, nam Vincentius Bellovacensis, qui medio sæculo XIII scribebat *Speculum Historiale* hæc de Ivonis *Decreto* scripsit (1) *hic liber Decretorum Ivonis apud nos pluribus in locis reperitur*, cum non ignoraret Vincentius *Decretum* Ivonis aliud esse ab Hugonis illius compendio, quod *Pannormiam* nonnulli esse, sunt arbitrati ejusdem Vincentii Bellovacensis ducti testimonio. Illud etiam prodendum est, Molinæum, qui unâ Pannormiâ usum esse Gratianum affirmat, innumeris Gratiani locis confutari, quos ex Decreto sumptos esse cum Augustinus in Dialogo de emendatione Gratiani, Baluziusque, & Mastrictius, qui emendationem illam ornarunt, tum Gregoriani Correctores, quos Molinæus consulere non potuerat, docuerunt.

Ivo Pandectarum particulas nominatim descripsit in Decreto, & Pannormia.

CAP. II.

IVonem ergó Pandectarum particulas in Decretum transtulisse, jam vidimus (2) collato cum Pan.

(1) *Lib. 25. cap.* 84.
(2) *Epist. ad Academ. Etrusc. cap. 2. §. 3., & 6.*

Pandectis *Decreto*. Eam vero sententiam, quam nos allatis ex Pandectis & *Decreto* locis confirmavimus, novam non esse, doctissimi homines suis testimoniis ostendunt. Qui primus Decretum edidit Joannes Molinæus in epistola dedicatoria *nam inquit quæ penultimo libro, qui de caussis, seu negotiis Laicorum ad Ecclesiam non pertinentibus inscribitur, multa sane affert Ivo ex Jure Romano testimonia, idque ex omnibus omnino totius Juris Civilis libris tàm ex Pandectis, quàm Codice, tàm ex Institutionibus, quàm Novellis Justiniani Principis constitutionibus (quorum in Burchardo nulla memoria extat) sive &c.* Joannes Seldenus eadem testatus est (1) *certe & Ivo ille, aliique aliquot, unde sua deprompsit Gratianus, non solum e novellis, sed etiam ex reliquis corporis Justinianei partibus, Institutionibus videlicet, Digestis, Codice non pauca habent. De Ivone res manifesta est, tum ex Decreto, tum ex Pannormiâ, & epistolis ejus.* Franciscus Florens animadvertit Ivonem, quod Burchardus omiserat, Græcos imitari voluisse, qui Nomocanones composuerant sacra profanis jungentes (2) *postremo in Ivonis collectione ex Pandectis, Codice, Novellis plurima desumuntur ita, ut quod in Oriente sub Justiniano Joannes Patriarcha tentavit, primus in Occidente Ivo aggressus fuerit, ut jus Civile cum Canonico conjungeretur.* Haud aliter Petrus de Marca (3) *sed Burchardo in eo superior fuit Ivo, quod quamplurima ex Digestis, Codice,*

---

(1) *Dissert. ad Fletam. cap. 6. 51.*

(2) *De orig. art. & auctor. Gratiani part. 3. §. inter postremos.*

(3) *Concord. Sacerd., & Imp. lib. 3. cap. 6. n. 2.*

dice, *& Novellis transcripta in collectiones suas retulerit*, *ita ut exemplo Joannis Scholastici*, *& Photii Patriarcharum jus Civile cum Canonico conjunxerit*. Natalis Alexander doctissimus, & copiosissimus Sacrorum Magister *Pannormia*, inquit, *in partes octo*, *Decretum in decem & septem divisum est. In utrâque collectione plurima ex Digestis, Codice*, *& Novellis transcripsit*, *jus Civile cum Canonico praeclare conjungens* (1). Idem Wan-Espenius docuit (2) *alterum*, *quod in Ivone*, *& non in Burchardo reperitur*, *est conjunctio juris Civilis cum Canonico*. *Ivo enim part.* 16. *sui Decreti*, *& part.* 5. *Pannormiæ tractans de causis*, *& negotiis laicorum*, *multa affert ex libris juris Civilis tam ex Pandectis*, *quam ex Codice*, *& Novellis*, *ac Institutionibus Justiniani Imperatoris* Sebastianus Brantius cum ederet *Pannormiam* hæc inter alia præfatus est *& quia Sancti Patres de spiritualibus plusquam de temporalibus disseruerant, idcirco ex libris Digestorum*, *Codicis*, *Constitutionibus*, *Authenticorum leges Jurisconsultorum*, *& Imperatorum interposuit*. Hæc testimonia prolixius, quam par erat, tetendimus, adversus eum disputantes, cui nova hæc sunt, quique contemnit, & nulla esse continuó pronunciat, quæcunque ignorat

Confidens, *tumidusque*, *adeo sermonis amari*,
Sisennas Varros ut equis præcurreret albis.

Adji-

(1) *Dissert.* 21. *num.* 9. *ad sæc. Ch. primum tom* 3. *hist. Eccl.*

(2) *Hist. jur. cap.* 7. §. 16.

Adjicere multos alios testes liceret, sed Struvius (1), Mastrictius (2), alii desiderantibus præsto sunt.

II Hæc tota de Ivone *Pannormiæ* non *Decreti* auctore contentio ejus est, cui propositum sit privare Pandectis Ivonem, adeoque sperantis in *Pannormia* non esse Pandectarum particulas, quæ Ivonem *Pannormiæ* auctorem, Pandectis instructum, Pandectis usum fuisse, ostendant. Quamobrem supervacanea tota illa est, & inutilis, postquam in *Pannormiá* pariter particulæ Pandectarum deprehensæ sunt. Vidisti, Guido, verba Brantii, quæ paullo ante descripsimus, de Pandectis ab eo, qui *Pannormiam* condiderit, usitatis; Vidisti verba Vanespenii *Ivo part. 16. sui Decreti, & part. 15. Pannormiæ tractans de caussis, & negotiis laicorum, multa affert ex libris juris Civilis tam ex Pandectis, quàm ex Codice, & Novellis, ac Institutionibus Justiniani Imperatoris*. Vidisti verba Natalis Alexandri *Pannormia in partes octo, Decretum in decem & septem divisum est; in utraque collectione plurima ex Digestis, Codice, & Novellis transcripsit, jus Civile cum Canonico præclare conjungens*. Vidisti, ut aliquando aridam hanc narrationem absolvamus, denique verba Seldeni.

III Fassus jam es, utrique operi, quod Ivoni tribuitur, eamdem esse præfationem, adeoque ad utrumque opus pariter pertinere, quæ præfatione continentur; Ad utrumque ergo opus pertinet, quod Ivo præfatur se *forensibus legibus usum esse, si quæ vero sententiæ de forensibus legibus insertæ*

 sunt,

(1) *Hist. Jur. cap. 7. §. 16.*
(2) *Hist. jur. Eccl. num. 263. & seqq.*

sunt, quæ judicium sanguinis contineant, non ad hoc insertæ sunt, ut Ecclesiasticus Judex per eas aliquem debeat condemnare, sed ut ex eis assertionem Canonicorum faciat Decretorum. Leges ipsas Romanas, & aut Pandectas, aut Institutiones cogitans (1), apertis verbis ibi commemorat *de venerandis legibus legitur Romanis, quodcunque Imperator per epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit legem esse constat; Hæ sunt, quæ constitutiones &c.* Habeas etiam Guido, Pandectas fuisse sibi cognitas, in Pannormiâ ipsâ Ivonem confitentem, cum illuc Paulli Diaconi verba retulerit, quibus, tu jus Justiniani Paullo Diacono fuisse notum, & Paulli Diaconi ætate viguisse, confirmasti (2), ea ab Afflenso illo tuo mutuatus (3). Qui in Pannormiæ libro quinto plurima Digestorum fragmenta legerit, & Scriptorem illum juris originibus addentem viderit ex Paullo Diacono, libros omnes Justiniani, in eorum facile sententiam ibit, qui libros omnes Justiniani Pannormiæ Scriptori cognitos, usitatosque fuisse arbitrantur.

IV. Dic ergo Guido, quod Ivoni tribuere velis opus *Decretum* an *Pannormiam*? Utrumque te jugulat, utrumque te ridiculum litigatorem prodit, & sine Dialecticâ Mathematicum. Sed pergit mea isthæc *cavillationes* appellare, etsi nullâ meâ argumentatione confecta sint, sed sapientum

tum

(1) *L. 1. ff. de const. Princip. §. ...... Inst. tit. de jur. nat. Gent. & Civil.*

(2) *Pannorm. lib. 2. tit. 12. cap. 8.*

(3) *Epist. ad Averan. not. 27. pag. 85.*

tum omnium, quibus de Ivonis operibus inciderit sermo, & ipsorum Ivonis librorum editione. Qui vero hactenus Pandectas Ivoni ademerit, & Gratiano, jam Digestum vetus, novumque utrique concedit; unum adimit Infortiatum *quæ tamen cavillationes* (1) *intentum suum nequaquam evincunt, cum expressa totius libri Pandectarum mentio ab Ivone facta non ostendatur, quotquot ejus leges passim citaverit, non magis quàm Infortiati explicitam sub hoc vocabulo mentionem fecisse contendi possit Petrus Blæsensis, quia epistol.26. mentionem habeat tituli de usu, & usuf. legat. quæ multiplices legum allegationes si Ivoni tribuendæ, cum tamen, ut de Gratiano supra diximus pag.20. nulla illarum ex eâ Digestorum parte, quæ Infortiatum dicitur, electæ sint, sed una duntaxat ex novo Digesto, reliquæ autem ex veteri &c.* His ineptiis, fraterculus, a stupidâ, inanique cohorte suâ dignus habetur, qui magnorum Jurisconsultorum numerum expleat. Scilicét ignorat, quæ nullus in Jurisprudentia tiro ignorat de ratione citandorum librorum Juris. Nemo est, nemo fuit, qui leges ex Digesto veteri, aut novo ductas citans, Digestum vetus, aut novum commemoret; uno Digesti verbo commemorato, omnes quæ ex omnibus Digestorum partibus afferantur, leges indicari consueverunt. Quæcumq; formula, quæcumq; nota qualis est (2) *ff.* aut π, Digesta significet, dummodo Digestis unis conveniat, sufficit nominationem Digéstorum, ne-

(1) *Vindic. pag. 66. & 70.*

(2) *Struv. hist. Jur. cap. 3. §. 4. in fin. Alciat. lib. 3. dispunct. cap. 16.*

neque enim nomen ipsum Digestorum est necessarium, ut Digesta nominata videantur *nominatim* ait Paullus (1) *legatum accipiendum est, quod a quo legatum sit intelligitur, licèt nomen pronunciatum non sit.* Cum quâcumque formulâ, quâcumque notâ Ivo sit usus, in Digestis per eam illa inveniamus, quæ respexerit, quæ cogitaverit Ivo, jam Digesta Ivoni fuisse, affirmamus. Tuum est, Guidó qui negas, alios afferre libros, ex quibus tot Ivoni obvenire potuerint particulæ Digestorum; Neque enim fuit antiquior aliquis Ivone collector, a quo illas Ivo potuerit mutuari, cum Jus Civile in rem Canonicam primus Occidentalium intulisse Ivo feratur (2).

V Urget Grandius, de nomine Pandectarum totarum esse quæstionem, & primam illarum mentionem esse Petro Blæsensi tribuendam, qui legem attulerit ex Infortiato (3) *quæstio est an integri Pandectarum operis apertam mentionem fecerit* Ivo, & Gratianus *at in Petro Blæsensi, ut ostendunt ejus verba ex epistola 26. supra allegata pag. 8. mentio est etiam legum in titulo de usuf. legat. positarum, quæ in ipso Infortiato reperiuntur. Ergo huc potius prima totius Pandectarum operis mentio referenda est;* Mentiris impudentissime Guido: verba *integri operis* nunc primum profers, sententia illa tua de primâ Pandectarum mentione Blæsensi tribuendâ his ver-

(1) *L. nominatim 90. ff. de legat. 3.*

(2) *Mastrict. hist. Jur. Eccl. num. 266. Wan Espen. hist. Jur. Can. cap. 7. §. 16. Jo: Molin. in epist. ded. Decr. Ivon. Florens de orig. art. auct. Gratiani part. 3. §. inter postremos.*

(3) *Vind. pag. 11. 140. 20.*

verbis comprehensa est (1) *ego quidem Justiniani Codicem, & Institutiones, aliaque peculiaria ejusdem statuta pridem allegari animadverteram, Pandectas non item, quarum antiquior mentio sub hoc ipso nomine apud Petrum Blæsensem occurrit*. Quid hic de intégro opere? Méntiris rursus, quia tibi de epistolâ centesimâ quadragesimâ Blæsensis tunc sermo fuit, non de epistolâ vicesimâ sextâ, quam ego tibi indicavi (2); nam tua illa prima verba, quæ ego judicavi (3), hæc sunt *apud Pet. Blæsensem occurrit, anno 1160. florentem, dum epist. 140 inquit, vides quàm immèabile pèlagus sit Pandecta*.

CAP. III.

Confutantur ea, quæ Grandius de Infortiato commentus est.

QUod in Vindiciis tuis de Infortiato, Guido, comminisceris, nova est tua cavillatio, effugium est peccasse se cognoscentis, quale illud *fortasse* fuit, quod a me reprehensus addidisti, cum epistolam Pisanam tuam secundis curis ederes Florentiæ *quarum antiquior mentio fortasse apud Petrum Blæsensem occurrit* caussam nescio quam afférens, ob quam *fortasse* in epistolâ Pisis editâ non legatur. De Padectarum nomine quæstio erat, non de totis Pandectis, non de nomine *Infortiati*. Esse, haberi,

(1) *Epist. de Pand. ad Averan. num. 8. editionis Pisanæ pag. 9.*

(2) *Epist. ad Academ. Etrusc. p....*

(3) *d. pag. 8. edit. Pis.*

Digitized by Google

beri, proferri Pandectarum nomen potuit, etsì Digestum vetus, novumq; dumtaxat in manibus, in oculis hominum esset. Natum est enim cum nomine Digestorum, & Pandectarum nomen (1), jamque ex Justiniani Codice quem perpetuo notum fateris Guido, Pandectarum, & Digestorum nomine idem significari sciebant, quicumque Codicem versarent. Duabus illis Digestorum partibus Pandectarum nomen adimas necesse est, ut eximere ex Ivonis, & Gratiani libris possis Pandectarum nomen; quod tu, Guido, nunquam perficies. Quis enim partem commemoret, partem intelligat, quin cogitet totum, quis locum dicit, quin fundum pariter dicat (2)? Etsì vera sint, quae Odofredus (3), quae Accursius narrant (4) de duâbus Digestorum partibus duntaxat explicatis ab Irnerio, qui mediâ caruerit, putasne, mi Frater, Irnerium extremas illas explicaturum fuisse, nisi novisset, extremas partem maximam esse operis, quod in Codice scripserat Justinianus, Digesta, seu Pandectas esse appellatum? Putas, Irnerium suscepisse explicandos ignotos libros, versavisse, trivisse libros innominatos? Putas, omnes illos, qui Pandectis, præeunte Irnerio, studuerant, earumque doctrinam coluerant, ignorasse nomen Pandectarum, Digesta illa nunquam Pandectarum nomine nuncupasse, quum Digesta, & Pandectas [illegible] Justi-
[illegible]

(1) *L. 1. §. 12. & l. 2. §. 1. Cod. de veteri Jur. enucl.*

(2) *L. locus 60. ff. de verb. sig.*

(3) *In rubr. ff. solut. mat.*

(4) *Ib. & in l. quærebatur ff. ad Leg. Falcid. in auth. qui res C. de Sacros. Eccl.*

Digitized by Google

Justinianus synonyma esse prædixerit. Pudeat te, Guido, superbissi num hominem, in has tricas, quisquiliasque tuos lectores conjecisse, ne pueris quidem dignas, qui nondum aere lavantur. Pudeat armatum nugis tamdiu propugnare, ne mihi sit prima fides.

II Neque sperandum tibi erat, si sapuisses, Infortiato juvari, muniri posse primam illam, quam Blaesensi tribuisti Pandectarum mentionem. Vera sunto, quæ Odofredus dixit de temporum diversis gradibus, quibus duo extrema Digesta, & Infortiatum Bononiam delata fuerint (1). Sperabasne dum hæc jactares, nobis invisum, non videndum fuisse Odofredum, qui Rogerium fecit primum explicatorem? Sperabas, Panciroli illa latere (2) *Martini, & Bulgari ætate clarescere Rogerius cœpit, qui primus in eam Pandectarum partem, quam Infortiatum vocant, glossas emisit*? Sperabas nobis esse omittendam Seldeni de Rogerio sententiam, ex Italia deductum fuisse celebrem illum Jurisconsultum in Angliam a Theobaldo, qui quo tempore Innocentius II Romanum, gerebat Episcopatum Cantuariensem, auctoribus cum antiquis, & æqualibus Chronicis Nortmannorum (3) *Obiit Lothardus VI Abbas Becci, cui successit Rogerius Magister Vacarius genere Longobardus, vir honestus, & Jurisperitus, cum leges Romanas anno* MCXLIX *in Anglia discipulos doceret, & multi tam divites, quam pauperes ad eum caussâ discendi confluerent, suggestione pauperum*

---

(1) *Ad l. 1. ff. de transact. ad l. divortio ff. solut. matrim. ad l. 1. ff. eod.*

(2) *De claris leg. Interpr. lib. 2. cap.* 18.

(3) *Duchesne annal. Nortmann. pag.* 983.

Digitized by Google

bèri,proferri Pandectarum nomen potuit, etsì Digestum vetus, novumq; dumtaxat in manibus,in oculis hominum esset. Natum est enim cum nomine Digestorum,& Pandectarum nomen (1) , jamque ex Justiniani Codice quem perpetuo notum fateris Guido , Pandectarum , & Digestorum nomine idem significari sciebant , quicumque Codicem versarent . Duabus illis Digestorum partibus Pandectarum nomen adimas necesse est , ut eximere ex Ivonis , & Gratiani libris possis Pandectarum nomen ; quod tu, Guido , nunquam perficies ? Quis enim partem commemoret , partem intelligat , quin cogitet totum , quis locum dicit , quin fundum pariter dicat (2)? Etsì vera sint , quae Odofredus (3) , quae Accursius narrant (4)de duâbus Digestorum partibus duntaxat explicatis ab Irnerio , qui mediâ caruerit , putasne , mi Frater , Irnerium extremas illas explicaturum fuisse , nisi novisset , extremas partem maximam esse operis , quod in Codice scripserat Justinianus, Digesta, seu Pandectas esse appellatum ? Putas , Irnerium suscepisse explicandos ignotos libros, versavisse, trivisse libros innominatos? Putas, omnes illos , qui Pandectis , praeeunte Irnerio , studuerant, earumque doctrinam coluerant , ignorasse nomen Pandectarum , Digesta illa nunquam Pandectarum nomine nuncupasse , quum Digesta , & Pandectas Justi-

(1) *L.* 1. §. 12. *& l.*2.§. 1. *Cod. de veteri Jur. enucl.*

(2) *L. locus* 60. *ff. de verb. sig.*

(3) *In rubr. ff. solut. mat.*

(4) *Ib. & in l. quaerebatur ff. ad* Leg. Falcid. *in auth. qui res* C. *de Sacros. Eccl.*

Digitized by Google

Justinianus synonyma esse prædixerit. Pudeat te, Guido, superbissi num hominum, in has tricas, quisquiliasque tuos lectores conjecisse, ne pueris quidem dignas, qui nondum aere lavantur. Pudeat armatum nugis tamdiu propugnare, ne mihi sit prima fides.

II Neque sperandum tibi erat, si sapuisses, Infortiato juvari, muniri posse primam illam, quam Blaesensi tribuisti Pandectarum mentionem. Vera sunto, quæ Odofredus dixit de temporum diversis gradibus, quibus duo extrema Digesta, & Infortiatum Bononiam delata fuerint (1). Sperabasne dum hæc jactares, nobis invisum, non videndum fuisse Odofredum, qui Rogerium fecit primum explicatorem? Sperabas, Panciroli illa latere (2) *Martini, & Bulgari ætate clarescere Rogerius cœpit, qui primus in eam Pandectarum partem, quam Infortiatum vocant, glossas emisit?* Sperabas nobis esse omittendam Seldeni de Rogerio sententiam, ex Italia deductum fuisse celebrem illum Jurisconsultum in Angliam a Theobaldo, qui quo tempore Innocentius II Romanum, gerebat Episcopatum Cantuariensem, auctoribus cum antiquis, & æqualibus Chronicis Nortmannorum (3) *Obiit Lothardus VI Abbas Becci, cui successit Rogerius Magister Vacarius genere Longobardus, vir honestus, & Jurisperitus, cum leges Romanas anno* MCXLIX *in Anglia discipulos doceret, & multi tam divites, quam pauperes ad eum caussà discendi confluerent, suggestione pauperum*

(1) *Ad l. 1. ff. de transact. ad l. divortio ff. solut. matrim. ad l. 1. ff. eod.*
(2) *De claris leg. Interpr. lib. 2. cap. 18.*
(3) *Duchesne annal. Nortmann. pag. 983.*

Google

rum de Codice, *& Digesto exceptos novem libros composuit*, tum Joanne Sarisberiensi, qui (1) Rogerium narrat, ex Italia in Angliam deductum a Theobaldo illo fuisse *tempore Regis Stephani a Regno jussæ sunt exulare leges Romanæ*, *quas in Britanniam domus Venerabilis Patris Theobaldi*, *Britanniarum Primatis adsciverat*; *Ne quis etiam libros retineret edicto Regio prohibitum est*, *& Vacario nostro indictum silentium*; *sed Deo favente*, *eò magis virtus legis invaluit*, *quò eam amplius nitebatur impietas infirmare*. Vacarii jurisprudentiam, evocationem, doctrinam & Gervasius Dorobernensis testatur in vita Theobaldi, & alii, quos (2) tuus tibi Astensis poterat indicare, & historiæ Juris optimæ conditor Struvius (3). Qua ergo ratione facies, ut cum Rogerius Infortiatum viginti saltem explicaverit annis antequam Blæsensis floreret, primus Blæsensis Infortiato usus videretur?

III Neque verum est quod scribis Guido (4), Odofredum, & Accursium (5) affirmare, Irnerium Infortiato uti non potuisse, fato functum priusquam Bononiam liber ille venisset. Doctores illi non affirmaverunt, sed quosdam affirmasse, testati sunt, ignotum Irnerio fuisse Infortiatum. Idem enim Accursius, & Bartolus eorum sententiam falsam esse, sunt arbitrati, quod (6) tuus te docere potuit Astensis

(1) *Policrat. lib.* 8. *cap.* 22.
(2) *Lib.* 1. *cap.* 9.
(3) *Cap.* 5. §. 13.
(4) *Epist. ad Aver. pag.* 83. *edit. Flor.*
(5) *In l.* 1. *ff. solut. matrim. v. item.*
(6) *Lib.* 2. *cap.* 3. *pag.* 39.

Digitized by Google

sis racconta Accursio, e narra parimente Odofredo, che non pochi ne' dì loro erano nella credenza, che l' Inforziato non fusse venuto nelle mani d' Irnerio, che dopo la sua morte si era da Ravenna trasportato in Bologna. E tuttoche la loro sentenza fosse stata da lui, e da Bartolo riprovata come falsa, nondimeno fa venire in cognizione, che non si avevano le volgate, come copie delle Pisane. Odofredus vero inter varias de ratione nominis Infortiati sententias sententiam refert Irnerii *unde dixit Ir jus nostrum augmentatum inf. est* (1). Ridiculum se præbet Grandius in libro Faventino (2) explicans syllabam illam Odofredi *Ir.* eâque designari, contendens, non Irnerium, sed Ircum Jurisconsultum, quem Alexander Machiavellus detexerit in Augustali Apologetico (3) *potendo essere, che quell' Ir significasse Irco, non Irnerio= vi è ancora chi per quelle due lettere iniziali* Ir *intenda più tosto* Irco, *che* Irnerio *di questo* Irco *si apporta dall' eruditissimo Signore Avvocato Alessandro Machiavelli l'antica medaglia coll' esequie di lui, e colle parole* Ircus Bononiensis I. C. *e col rovescio esprimente la costellazione dell' Ariete*. Syllaba *Ir* hactenus in libris Jurisconsultorum qui quinque retrò sæculis conscripti sunt, legentibus Irnerium dedit, Ircum illum Bononiensis Advocatus in Augustali apologetico Jurisconsultum dedit suspectissimum. Au-

Dd gu-

(1) *In d. l. 1. ff. solut. matrim.*
(2) *Part 2. cap. 4. num. 7. & seqq.*
(3) *Num. 152. act. 6.*

gustale illud conatus est revocare, & suadere volentis damnatam jamdiu de Theodosio II Bononiensis Academiæ conditore (1) fabulam. Machiavellus ille cum libri chartæque deficerent, quarum fides difflata non esset, ad aera confugit, & aereas imagines Theodosii ipsius, Pepi, Irnerii, Irci protulit, quibus infelix illud propositum confirmetur (2) *primum memisma, cujus facies Theodosii Junioris cultum profert unionum diademate accinctum &c. in retrofacie autem ad dexteram stat columna basi elegantissimæ imposita, cui imperialis imminet Aquila, diploma Archigymnasii nostri deferens Augustale instar monumentum rei æternæ secus columnam ad nummi mediam partem surgit ara circumpositis superius his verbis ÆTERNITATI PRINCIPIS OPTIMI inferius vero iis FIRMATO ARCHIGYMNASIO ANNO SALUTIS* DCCXXX. Inter hæc igitur Ircus ille est; inter illa per me cubet, quemque nemo laudavit hactenus ex prisca gente Jurisconsultorum, intactum ego relinquam. Illam vero syllabam *Ir.* quæ in Odofredi libris est, Irnerii designatricem habebo, ipso Odofredo docente, qui alibi non unâ syllabâ *Ir* sed aperte scripsit *dicit Dominus Guarnerius quod ex libro isto fuit augmentatum jus nostrum, jus nostrum, ut dicitur de veste de lanâ infortiatâ, idest*

(1) *Conring. antiq. Academ. dissert.* 3 §. *quemadmodum & in not. vid & not. ad dissert.* 1. *verb. Bononiæ & de orig. jur. German. cap.* 21 §. *hunc & in not. pag.* 137. *Pancir. de clar. leg. interp. lib.* 2. *cap.* 3.
(2) *Ibid. num.* 145. *& seqq.*

Digitized by Google

idest de veste de lanâ augmentatâ (1); integro ergo nomine Guarnerii scripto eamdem Irnerio sententiam (notum est Irnerium ab Italis sæpe Guarnerium dictum esse) tribuit hoc loco Odofredus de ratione nominis Infortiati, quam Jurisconsulto solâ illâ *Ir* syllabâ designato pridem tribuerat.

IV Neque sibi contrarius est Odofredus, quod primum *Infortiati glossatorem* Rogerium fuisse affirmaverit; potuit enim etsì *glossas* non adjecerit *Infortiato*, de *Infortiati* nomine Irnerius disputare; potuit Rogerius *glossas Infortiato* addere priusquam Irnerius de illius nominis ratione ageret, cum Rogerium viderimus anno MCXLIX in Britanniâ florentem postquam fuerat in Italiâ celeberrimus Jurisconsultus. Ircus ille, quem tu nobis obtrudis, Guido, quemque ab Odofredo vis designatum syllaba *Ir*, auctoremque habitum illius de Infortiati nomine sententiæ, floruisse dicitur a tuo Machiavello anno MCXXXV (2), adeoque aut nullus esse nobis debet Ircus, aut longe antiquior Petro Blæsensi tuus hic esse debuit *glossator Infortiati*; neque commentitius hic Ircus rationem temporis, qua contendimus, mutat, cum Irnerii dicatur æqualis. Contra verax Pratejus fortasse est, qui *summas legum Infortiati* plurimas tribuit Irnerio (3). Verax Seldenus, qui (4), qui Placentinum,

(1) *In proœm. ad Digest. nov.*
(2) *Apolog. pag.* 78. *in fin.*
(3) *Not. ad Comm. Azz. ad tit. Infort. de impens. in rem dot. fact.*
(4) *In judic. de decem script. Angl. num.* 8.

Digitized by Google

num, cujus nonnullæ *summæ Infortiati* esse dicuntur, ante annum MCLXXVII *summam* scripsisse, probat, quam Abbas Benedictus de *Burgo S. Petri* describendam anno illo curaverit teste Roberto de Swapham *decreta Gratiani, item decreta Gratiani*; *summa Ruffini de decretis*; *summa* Joannis *Faguntini de decretis*: *Decretales epistolæ*: *item Decretales epistolæ cum summâ incipiente* Olim: *institutiones* Justiniani *cum authenticis*, & *Infortiato*: *Digestum*; *tres partes cum Digesto novo*; *summa Placentini*: *Totum corpus juris in duobus voluminibus*. Fidem Seldeno adjicit & Roffredus Beneventanus, qui sæculo XIII scripsit (1) *hanc sententiam secuti sunt multi, & præcipue Pl. qui cum in Cathedrâ legeret dixit de Domino Henrico de Baila, cujus glossæ inveniuntur signatæ per Ir, qui nobilis erat, & potens in Civitate Bononiæ, & tunc temporis regebat. Unde D. Henricus, qui erat in contraria opinione, de nocte assalivit D. Pl. & sic timore illius recessit, & ivit ad Montem Pessulanum*, Roffredus æqualis Placentino esse aliquo tempore potuit, qui, ut in Sabbatinis quæstionibus idem profitetur, doctor jam erat a Republica Arretinorum ob jurisprudētiæ laudem expetitus (2) circa annū MCCXV. Quid verbis illis *cujus glossæ inveniuntur signatæ per Ir* intelligi, Roffredus voluerit, proferre certò non possumus. Si ab Irnerio probatas Henrici *glossas* fuisse dicamus, *glossas* Henricus potuit scribere, cum pubes jam esset Placentinus, qui ætate nondum decrepitâ esse debuit anno MCXCVI, quo Mon-

(1) *Ord. Judic. part. 7. de S. Vellejan.*
(2) *Acti lib. 1. cap. 6.*

Digitized by Google

Montis Pessulani Academiam petiit, cujusque adversarius *glossas* debuit scribere, quæ probatæ ab Irnerio fuerint ante annum MCLVIII, quo non Irnerii usus consilio in Morenæ Chronico dicitur Fridericus Germanorum, & Longobardorum Rex, sed eorum, qui fuerant Irnerii discipuli, e quibus Jacobum Irnerius moriens succedere sibi voluerat. Si hoc factum ita esse, suspicaremur, tu Guido, obstare non posses, qui *glossis* conscribendis aptum Lanfrancum tuum fuisse, contendis, quinquaginta & septem annis antequam moreretur, mortuum enim illum anno MLXXXIX, tu fateris(1), & anno MXXXII Pandectas ab eodem, vis, fuisse explicatas. Quum sexagesimum annum agentem Placentinum, qui celebris diu fuerat in Italiâ doctor, dixerimus, Montem Pessulanum petiisse, summam ille circa annum MCLX condere potuisse videbitur, qui ejus vitæ fuerit fere quadragesimus, & adversarium habere, quem circa annum MCXL Irnerius probaverit, cum & Nerva Filius decimum septimum agens annum de jure responsitaverit (2), & Augustus a vicesimo ætatis anno allegerit Judices(3), & Alciatus libros de jure scripserit, atque ediderit eodem ætatis anno quo de Jure Nerva responsitavit (4). Non est ergo, quantum ad Placentini ætatem pertinet, cur Abbatis illius Benedicti jussu describi anno MCLXXVII

(1) *Epist. de Pand. ad Aver.* §. 14.
(2) L. 1. §. 3. *ff. de postul.*
(3) *Suet. in August. cap.* 32. *Nood. in Pand. lib.* 4. *tit.* 8. *Cujac. obs. l* 21. *cap.* 32. *&c.*
(4) *Baillet enfans cel. p.* 126. *Ghilin. theat. part.* 1.

Digitized by Google

MCLXXVII Placentini summam potuisse negemus; Suspicandi caussa est in *Decretorum summis* Ruffini & Joannis Faguntini, si Ruffinus Sylvester, & Joannes Faventinus illi fuerunt, quorum *glossæ* ad Gregorii IX Decretales habentur; Vix est enim, ut qui post annũ MCCXXX vivere debuerint, ante annum MCLXXVII *summas* illas Decretorum exegisse videantur; Sed eos Lanfranci Grandiani exemplum indicat potuisse, & alii illi esse potuerunt Ruffinus, & Faguntinus a *Glossatoribus Decretalium*. Quis verò obscurissimæ ætatis nominibus unis audeat fidem Seldeno detrahere?

V Prodeant ergo argumenta, quæ ex epistolâ XXVI Petri Blæsensis ducit Grandius, quæque diversissima sunt. Quod Ivoni opposuit Dialecticâ formâ istâ concluditur: Potuit Blæsensis afferre *legem*, quæ hodie in *Infortiato* est, quin Infortiatum haberet. Ergo potuit Ivo *leges* afferre ex vetere, aut novo Digesto, quin Digestis his uteretur. Cædo, Blæsensem potuisse *legem* ex *Infortiato* proferre quin *Infortiatum* haberet. At illud postulo mihi dari, ut indicium esse aliquod videatur habiti ab eo Scriptore Infortiati, quod particulam *Infortiati* protulerit, idque indicium eò muniri firmius, quò minus appareat aliunde, quàm ex ipso *Infortiato* illam haberi potuisse particulam *Infortiati*, quoque plura aliunde ejusdem rei extent indicia, qualia sunt, quod *Infortiato* eodem tempore alii usi fuerint, quod *Infortiatum* multo antea tempore & cognitum, & usitatum, & *glossis* fuerit ornatum, quod videatur denique ille, ad quem misit Blæsensis epistolam, potuisse particulam illam *Infortiati* videre, quis enim credat, Blæsensem testimonium, aut jus incognitum attulisse? Præterea Blæsensem esse, nego, cum

Ivo-

Ivone comparandum, qui non unam, non duas, ſed longe plures quam Blæſenſis attulit, particulas attulerit Digeſtorum, qui fragminum quorumlibet, quibus ſua componebat, laudare auctores, libroſque conſueverit, qui Pandectis ipſas ſæpe verbis illis *ex Pandectis* laudaverit, quem denique, Grandius ipſe, quod aliquas Digeſtorum *leges* de ſponſalibus in ejus epiſtolas relatas viderit, laciniam Digeſtorum, quæ ad ſponſalia pertinebat, habuiſſe, dixerit (1) *nec aliàs ob Ivone leges commemoratas eſſe, quam quæ in titulo de ſpoſalibus habentur, ex quo ſuſpicari licet, aliquam duntaxat laciniam, ſeu fragmentum Pandectarum utrique Gratiano, & Ivoni innotuiſſe, non univerſum Digeſtorum opus,* quum eadem de Gratiano ſcripſerit, in cujus Decreto leges ex titulis Digeſtorum *de appellationibus, & accuſationibus* repererit (2), eadem de Agobardo ſacrilegium explicante ex Digeſtorum jure (3) *negari non poteſt, quin etiam ante ſæculum* XI *aliquæ ſaltem legum in Digeſtis contentarum laciniæ, aut etiam tota fortaſſe illarum collectio quibuſdam auctoribus innotuerint, nam Agobardus furtum de publico ærario inter majores reatus enumerans ait,* quod & leges ſæculi ſecrilegium vocaverunt *procul dubio textum deſignans, qui in Pandectis occurrit l.9. ff. ad Leg. Jul. pecul.*

VI Diverſum eſt, quod ex *lege* illâ *Infortiati* in epiſtolâ Blæſenſis commemoratâ opponit Gratiano Grandius argumentum *tantum a ddo, quod ex ejuſdem Adverſarii confeſſione alla-*

(1) *Epiſt. ad Aver. in not. 76. pag. 47.*
(2) *d. not. 6. p. 47.*
(3) *d. not. 6. pag. 49.*

Digitized by Google

allatæ leges in Gratiani Decreto deprehenduntur non ex toto Pandectarum opere, sed tantum aliquot ex Digesto vetere, aliquot ex novo deductæ sunt, nullæ autem ex Infortiato. At in Petro Blæsensi mentio est etiam legum in titulo de usufructu legato positarum, quæ in ipso Infortiato reperiuntur. Ergo huic potius quam Gratiano prima totius Pandectarum operis mentio asserenda est (1). Vide quantum aberres, Guido, qui de eadem re ex eodem facto diversa duxeris argumenta. Quod Blæsensis legem Infortiati attulerit, argumentum hoc loco esse, inquis, totarum Pandectarum, adeoque & Infortiati a Blæsensi commemorati. Dum vero de Pandectis Ivonis disputabas, eamdem Blæsensis epistolam, eamdem ex Infortiato prolatam legem nullum argumentum esse dixisti commemorati ab eodem Scriptore Infortiati *quæ tamen cavillationes intentum suum nequaquam evincunt, cum expressa totius libri Pandectarum mentio ab Ivone facta non ostendatur, quotquot ejus leges passim citaverit non magis quàm Infortiati explicitam sub hoc vocabulo mentionem fecisse contendi possit P. Blæsensis quia epistola 26. supra citata mentionem habeat tituli de usu, & usufructu legato, qui in illâ Digestorum parte continetur* (2). Est hæc errantium conditio, ut cum unum sit verum, illi in partes diversissimas distrahantur

——————————— *passim*
Palantes error certo de tramite pellit.

Ergo

(1) *Vindic. pag.* 11. *& pag.* 20.
(2) *Vindic. pag.* 66.

Ergo leges Pandectarum plurimæ, quas ego in Ivonis, aut Gratiani libris repererim, non indicant, Ivonem, & Gratianum commemorasse Pandectas; Lex vero una *Infortiati*, quam tu ex Blæsensis libris extuleris, Blæsensi fuisse Infortiatum, illudque ab eo commemoratum esse, indicabit? Iniquissimum est istud judicium; qualia Verri Tullius imputabat *nova jura*, *nova decreta* (1) *nova judicia*, talia, Guido, tua sunt; Te Tacitus, ut Tiberium, notaret (2) *callidum, & novi juris repertorem*; Tibi, si Pandectas scires, ut vis videri, illæ præciperent *quod quisque juris in alterum statuerit, ut ipse eodem jure utatur*. Sis, Guido, tibi constans, sis æqualis, sis verax, ut & honestum te esse, homines judicent, ne in te illa dicantur

——————————— ubi prava
Stultitia, heic est summa insania, qui sceleratus,
Et furiosus erit....

Hoc itaque firmum esto, Gratianum plusquam quinquaginta ex Pandectis leges in sua *Decreta* transtulisse, quod nos in epistolâ ad Academicos Etruscos, allatis ipsis legibus (3) confirmavimus. Firma sunto, & in Gratiano repetita, quæ de Ivone diximus, leges illas non aliunde, quàm ex ipsis Pandectis sumptas videri.

Ee CAP.

(1) *Act. 3. in Ver.*
(2) *Lib. 2. annal. cap. 30.*
(3) *Cap. 2.*

CAP. IV.

Gratianus Pandectis usus.

Quis enim liber alius, quem Gratianus legerit, tot ei dare Pandectarum loca potuit? Quid ab usu Pandectarum, quas Gratiani ætate celeberrimas fuisse (1) ratio temporum apertissime demonstrat, Gratianum prohibuit? Quid causæ esse potuit; quare conjungere Canonibus jus Civile conatus Gratianus a Pandectis commemorandis abstineret? Potuit itaque Gratianus usitare, & commemorare Pandectas. Voluit hoc facere Gratianus. Dic ergo, Guido, cur non usitaverit, cur non commemoraverit? Nos enim cum Quintiliano, cumque omnibus, qui ratione utantur, factum hoc ab eo esse, existimabimus, qui facere & voluit, & potuit (2). Voluisse, historiâ docemur Juris Ecclesiastici. Orientales Ivo primus voluit imitari, qui leges Canonibus copulaverant *ad id putatur accensus* Ivo *opere Burchardi Wormatiensis, quod ejus collectioni leges Civiles, & jura Romana deesse censeret, quod videbat factum a Græcis, apud quos Nomocanones in usu* (3) scribit Mastrictius. Franciscus Florens, qui de Gratiano plurimum disputavit, ejusque *Decreta* summâ curâ consideravit *apud Latinos* inquit (4) *pariter in collectionibus postremis Ivonis*,

---

(1) *Nos in epist. ad Acad. Etr. cap.* 3. *Grand. in epist. ad Aver. not* 14. *pag.* 61.
(2) *Instit. Orat. lib.* 5 *cap.* 10.
(3) *Mastrict. hist. Jur. Eccl. num.* 266.
(4) *De Method. & auct. Grat. præfat.* §. *Primus*.

Digitized by Google

nis, Gratiani, & aliorum, quæ nondum sunt edita, multa desumuntur non tantum ex dictis Patrum, sed etiam ex Jure Civili, Pandectis, Codice, Novellis Justiniani; imo & ex Capitularibus Regum nostrorum. Doctissimus Petrus de Marca eadem de Gratiani proposito docuit (1); Tu vero contra, qui dices, cum scripseris (2) *quod si universum Digestorum opus in eorum* Ivonis, & Gratiani *venisset manus, nemo persuaserit, ab utroque in suas Canonum collectiones multò uberiorem sententiarum farraginem coacervandam non fuisse ex aliis titulis Juris Justinianei, ut cæteras quoque materias, de quibus agunt, opportune illustrarent, & Civilium legum auctoritate communirent*? Hæc tu, cum non alias a Gratiano ex Digestis leges in sua *Decreta* translatas esse, scires, quàm duas illas vel tres, quas tibi Valsechius, Valsechio Struvius indicaverat.

II Consuevisse Gratianum indicare libros, quorum fragmenta in *Decretum* transferebat, nemo hactenus negavit. Qui Gratianum emendaverunt Contius, Augustinus, Correctores Gregoriani eam maxime navarunt Gratiano operam, ut ejus citationes corrigerent. Qui eum notarunt, pravas ejus citationes maxime respexerunt. Denique quis volentem Gratianum, quin usitaret, & laudaret Pandectas potuit impedire? Ratio temporum jam est a nobis post Conringium, Struvium, Seldenum, Astensem, ipsumque Grandium exacta. Jam vi-

 dimus,

(1) *Concord. Sacerd. & imper. lib 3. cap. 6. num. 11.*

(2) *Epist. ad Aver. not 6. pag. 47.*

Digitized by Google

dimus, quo tempore Gratiani est *Decretum* edidimus, Irnerii primi Pandectarum Doctoris, discipulos floruisse Bononiæ, ubi Decretum componebatur (1); iis enim est usus Fridericus Rex Longobardorum in celebri illo Conventu, qui actus est anno MCLVIII, Moréna tésté. Editum autém *Decretum* est anno MCLI, ut Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis agéns disputavit, Mastrictius in historia Juris Ecclesiastici, Struvius in ea Juris historiæ parte, quæ ad jus Canonicum pertinet, cumque suo Astensi Grandius (2), qui Hugonis Vercellensis agnoscit auctoritatem, & Jacobum Irnerii successorem jam fuisse fatetur, quo anno prodiit Gratiani Decretum.

III Usitasse veró Gratianum Pandéctas, omnes feré scripserunt, quibus de Gratiani fuerit opere agendum. Joannes Doviatius *ex operibus*, inquit, *Græcorum, Latinorumque Patrum, & auctorum Ecclesiasticorum sex & triginta; præterea ex tribus Pœnitentialibus; itemque ex Codice Theodosiano, Paullo, & Ulpiano Jurisconsultis, & corpore juris Civilis a Justiniano compositi* (3). Pancirolus Pandectas apertius designavit, libros narrans, quorum particulas decerpébat Gratianus (4) *id ex multis, ut diximus, antiquorum Patrum sententiis, & Pontificum, Cesarumque constitutionibus, ac Pandectarum juribus locupletatum composuit.* Gonzalius eorum quærens auctoritatem, quæ Gra-

(1) *Epist. ad Acad. Etrusc.*
(2) *Epist. ad Aver. not. 14. pag. 61.*
(3) *Prænot. Canon. lib. 4. cap. 4. num. 1.*
(4) *De clar. leg. Interp. lib. 3. cap. 2.*

Digitized by Google

Gratiani Decretis comprehenduntur (1) *etiam in hoc Gratiani volumine reperiuntur quamplures leges ex Pandectis juris Civilis transcriptæ, quæ eamdem auctoritatem habent, ac si in libris Pandectarum essent*. Eadem fere Seldenus (2), eadem Boetius Epo (3), eadem & vetustiores Azo (4), Comanus (5), Geminianus (6), Baptista a S. Blasio (7). Doctus Scultingius dedit paucis ab hinc annis Jurisprudentiam Antejustinianeam, eamque sufficere non potuisse, constat, Gratiano omnes illas Pandectarum particulas, quibus est usus. Nullum alium hactenus protulisti librum, Guido, unde particulæ illæ Gratiano potuerint obvenire. Quare humanissimum est Francisci *de Roye* sequi sententiam, non aliunde illas, quam ex Digestis ipsis obvenisse *cumque inter eas constitutiones quorumdam Etnicorum Jurisconsultorum leges referunt* Ivo, & Gratianus *dicendum est, eas exscribi ex corpore Juris Civilis, quod Justinianus Imperator Christianus edidit* (8). Eadem est, Guido, tui Astensis sententia (9) *per li digesti oltre quello, che saremo per divisare ne i seguenti capitoli, ne mostrano la loro esistenza i responsi di tutti quelli Giurisconsulti, che registra.*

---

(1) *Apparat. de orig. jur. Canon. ex num. 50.*
(2) *Dissert. ad Fletam cap. 5.*
(3) *De jure Sacr. lib. 2.*
(4) *In proem. Decr. num. 26.*
(5) *Ib. num. 128. & 630.*
(6) *In proem. Decret.*
(7) *In repet. rub. Decret. num. 7.*
(8) *Instit. Jur. Can. lib. 1. cap. 5.*
(9) *Lib. 2. cap. 2.*

Digitized by Google

strati si anno ne' Decreti, e per non essersi da altro fonte presi, o potuti prendere, che da i Digesti. Veterum Ictorum libros non extitisse cum Justiniano docebimus.

IV At Gratianus Jus Justinianeum non addidit fontibus jurisprudentiæ, cum de naturæ legibus, Romanisque, Plebiscitis, Senatusconsultis, Principum constitutionibus, Prudentum responsis, de conditoribus Juris egit. Ergo ait Grandius (1), *qui non universam simul Digestorum collectionem commemoraverit* Gratianus, libros Justiniani ignorabat; adjicit deinde in eam rem verba ex Augustini Gratianum emendantis Dialogo sumpta. Si Augustini hujus emendatio periisset; si Augustini emendationem huc Grandius non attulisset, incautum aliquem potuisset fortasse decipere. At quæ bardo huic, & amenti adversario meo spes esse potuit imponendi Lectoribus suis, cum quicumque indicatum viserit Augustinum, mendacium, fraudemque ab eo factam, fuerit detecturus? Dixerat Petrus Galesius in Augustini Dialogo, quod hoc loco Grandius dicit *quod vero sequitur, & quæ postea* (2) *de Codice Theodosiano scribuntur, Isidori, & Gratiani ignorantiam detegunt. Cum enim potuissent ex libris Justiniani certiora de origine juris, & de tribus illis veteribus constitutionum libris, & quarto Justinianeo, atque de Novellis tam ejusdem Imperatoris, quam superiorum referre, hæc sola posteris reliquerunt, quæ ut Contius notat, in Alarici Breviario continebantur.* At Augustinus Galesio respondit, Gratianum multa ex Justi-

(1) *Vindic. pag. 14.*
(2) *De emendat. Grat. lib. pr. Dialog. 19.*

Digitized by Google

Justiniani libris accepisse, Isidorum vero, cujus verba describebat eo loco Gratianus, Jus Civile a Justiniano editum ignorasse *quæ de Constantino dicuntur, accepta esse arbitror ex Theodosii novellâ constitutione; Isidorum jus hoc a Justiniano editum ignorasse, crediderim: a Gratiano vero, video in hoc isto libro multa referri ex Digestis, & constitutionibus Imperatorum.* Neque passus est hoc loco Augustinus, omittentem cum Isidoro Gratianum libros Justiniani in eo recenso librorum Juris, occasionem præbere existimandi, Justiniani libros eidem Gratiano ignotos fuisse; Addit enim, Gratianum, qui Decreto, & Pannormiâ Ivonis sæpissime utebatur, potuisse ex illis Ivonis libris, Justiniani libros referre, *& potuit ex Ivonis Pannormia, cujus mihi cognitionem habuisse, videtur, hoc ipsum de Justiniano referre, quod etiam scriptum scio in excerptionibus Ivonis ex historiâ Paulli Diaconi, & Anastasii Bibliothecarii.* Artem omnem, & methodum Gratiano defuisse, jampridem monuerat Augustinus (1) *si artem requiras, aut ordinem frustra laborabis*, quod & Joannes Molinæus (2) antea docuerat *qui ordinem in Gratiano quærunt, venationem delphinorum in sylvis, & aprorum in fluctibus instituere videntur*; post illos autem plurimi (3). Adeoque quod uno loco ignorasse se, Gratianus ostendit, alio sæpe indicat, se cognovisse, ne ex ejus ordine ullam possimus argumentationem instituere. Covarruvias quondam opi-

(1) *Lib. prior. dial. 1 de emend. Grat.*
(2) *In præf. Decr. Ivon.*
(3) *Wan Espen. part. 6.* Jur. *Eccl. c. 1. §. 2. &c.*

opinabatur, Gratiano defuisse Paulli sententias, & Codicem Theodosianum, cum eorum interpretis Aniani verba in Decretum a Gratiano relata sæpæ videret *ex Aniani interpretationibus, quem quidem librum, non ipsum integrum Theodosii Codicem opinabar olim habuisse Gratianum, qui dum ex Theodosiano Codice aureo Decretorum libro legem aliquam interserere se profitetur, non ipsam Theodosii legem, sed Aniani interpretationem refert* (1). Cum vero postea cognoverit Paulli sententias, simul cum Aniani verbis a Gratiano alibi descriptas *quod si* inquit *Gratianus integrum Theodosii Codicem habuit, & Paulli sententiarum libros, quod fortassis magis credendum est ex Can. ab eo 2. qu. 6. ubi Paulli simul, & Aniani verba traduntur, non video, qua ratione Aniani Glossemata ipsis Cæsarum legibus prætulerit*. Antonius Augustinus idem sæpe factum esse a Gratiano miratur (2); Grandiusque mirari debuit, si bona ex fide agere voluisset; neque illa dicere *hinc ne Codex quidem Justinianeus videri potest notus Gratiano*, qui cum Isidoro substitit in Codice Theodosiano libros Juris enumerans, cum Justinianum sæpe, ejusque Codicem, & novellas constitutiones potuerit a Gratiano laudatas invenire (3).

CAP.

(1) *Lib. 3. var. cap. 14. num. 6.*
(2) *De emend. Gratian. lib. 1. dial. 8. &c.*
(3) *Cap. diuturni 6. dist. 12. cap. anteriorum 2. qu. 6. cap. ad sedem 5. qu. 5. &c.*

C A P. V.

Gratiani sunt non alterius Canones, quos ex Pandectis attulimus.

QUi imperitiam hactenus Monachi nostri notaverimus, & mendacia, nunc inviti cogimur protérviam, témeritatemque détegere, cujus similem, vix est, ut litterarum Respublica passa sit. Delenda esse, affirmavit, omnia Pandectarum fragmenta, quæ sunt a nobis in Gratiani *Decreto* deprehensa, quod non Gratianus ipse, sed junior aliquis, & imperitus eó illa retulerit. Pudet nos in hanc arenam descendere, & nugis puerilibus Lectores nostros obtundere; Tædet operis inutilis, & molesti; Sed fluctus a ventoso homine moti sunt undequaque componendi. Quod Correctorés Gregoriani Isidorum indicaverint, qui auctor Gratiano fuerit verborum undecimi canonis *dist.* 1. negat Grandius, ea esse ex Pandectis a Gratiano translata, etsì Ulpiano eadem verba tribuantur in primâ Digestorum lege, cum Pandectas non vidérit Isidorus. At Gratianus non laudavit Isidorum in éo canone, laudaverat illum auctorem ejus sententiæ, qua Jus aliud naturale dicitur, aliud gentium, aliud Civile, eamque definitionem jam Isidori verbis absolverat canone nono, inchoatam canone sexto, cum libri quinti *ethimol.* Isidori caput quartum citasset; Probabile est, & canonem illum undecimum, ubi de jure publico agitur, ab Isidoro pariter fuisse Gratiano, cum caput nonum Isidori eadem Ulpiani de jure publico verba contineat, & superiores canones ab Isidoro sumpserit Gratianus. Sed cum Gratianus caput

illud Isidori nonum in undecimo canone non indicaverit, quemadmodum caput quartum indicaverat in canone sexto; cum Gratianus incertis viis gradiatur; cum verba illius canonis sint in prima Digestorum lege, omittenda illa non fuerunt *Decretum* cum Pandectis conferenti. Si una illa Digestorum verba in Gratiani *Decreto* essent, non possent certó confirmare eorum sententiam, qui Gratianum esse Pandectis usum, arbitrantur; sunt enim non in Pandectis modo, sed & in Isidori originibus, & in Justiniani Institutionibus, & Ulpiani, cujus institutiones Codici Theodosiano Isidori tempore junctæ, & in Alarici Breviario complicatæ erant (1). Potuerunt itaque verba illa & ex originibus Isidori describi, & ex Ulpiani fragmentis, & ex Justiniani Institutionibus a Gratiano, sed potuerunt etiam ex Pandectis describi. Collatio isthæc nostra Pandectarum cum Gratiani *Decreto* locis utriusque libri comparandis instituta est, ut locis pluribus in utroque repertis, conjecturarum veluti agmen fiat, seriesque construatur, qua tandem illud conficiatur, Gratianum videri Pandectis usum. Conjecturæ signa sunt non necessaria alicujus rei, quæ ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, sed aliis adjuncta prosunt, ut de conjecturis eleganter disputat Quintilianus (2) *alia sunt signa non necessaria, quæ εἰκότα Græci vocant, quæ etsi ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen adjuncta cæteris plurimum valent*, Tullius (3), Papinianus (4). Quare minime a Gui-

(1) *Struv. hist. Jur. cap.* 5 §. 2.
(2) *Inst. Orat. lib.* 5. *cap.* 8.
(3) *In Topic.*
(4) *L. Procula ff. de probat.*

Digitized by Google

Guido, mirere, ea verba ab Isidoro usitata non sufficere, ut Isidorus Pandectas habuisse videatur; In Gratiano adjuncta habent alia multa Digestorum verba, quibus jungantur, in Isidoro non habent: Isidorus Justiniani libros nunquam commemoravit; commemoravit illos sæpe Gratianus; Isidorus Juris conditores enumerans, & Theodosium non prætergrediens, sibi ignotum Justiniani jus quodammodo esse, fatetur, & temporis ratio, & rerum Hispanicarum idem suadet; quorum contraria sunt in Gratiano. Neque novum id est in hominnm judiciis, ut idem, duo diversa pro adjunctorum diversitate significet. Famam & Seneca & Tertullianus falsi habent indicium (1). Virgilio illa est

Tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri.

Tullio vero (2), Quintiliano (3), & Jurisconsultis est *quoddam quasi multitudinis testimonium*. Est Italis maximo in honore Jurisconsultus ille, quem Cardinalem Jurisprudentia fecit, Joannes Baptista de Luca, qui in foro versantibus est instar omnium; Is de conjecturis ita disputavit (4) *in materia conjecturarum certa regula tradi non potest, cum tota pendeat ex prudentis Judicis arbitrio, ab earum numero, necnon personarum, & locorum, & rerum circumstantiis. Unde sæpe videmus in uno casu aliquas conjecturas admitti, in altero vero easdem,*

Ff 2 ac

(1) *L. Procula ff. de probat.*
(2) *Apolog. cap. 7.*
(3) *Topic.*
(4) *Instit. orat. lib. 5. cap. 3.*

ac majores rejici, quia nempe in uno nihil urget in contrarium, quod illarum efficaciam tollat, ſicut in altero (1).

II Negat Grandius a Gratiano *l. qui ſaccum ff de furtis* translatam eſſe in *can.* 45. *diſt.* 50. Canon, inquit ille, prior eſt de homicidio a volente, aut non volente patrato, canon, de quo agimus, eſt de furto, & cum inſcriptionem habeat *de eodem* de homicidio eſſe & iſte deberet. Vult a me reſponderi inſcriptionem *de eodem* eſſe detendam, ut replicet, etiam canonis poſterioris materiam ad homicidium pertinere, & eamdem habere inſcriptionem *de eodem*; quo perficitur ut omnes illi unâ canones ad homicidia pertineant (2) *nam qui illum præcedit canon 44. eſt de his, qui voluntate, vel caſu homicidium faciunt; ergo cum ſubſequens canon, qui nobis objicitur, titulum præfixum habeat de eodem, utique de ipſamet homicidii materia tractare debuerat. Quorſum ergo agit de furto ſacci pecuniis pleni? An reponet Adverſarius, reformandum eſſe hujus canonis titulum, & loco inſcriptionis de eodem ſcribendum fuiſſe de furto. Verum & canon ſuccedens 46. rurſus de eodem inſcribitur, cum de furto non agat, ſed iterum de homicidio priorem materiam proſequendo. Ergo arbitrarie, ac præter Gratiani mentem, & propoſitum hoc loco intruſus eſt ille canon intermedius, ſive ab imperito exſcriptore ex aliquo gloſſemate in margine ad aliud propoſitum notato, in textum imprudenter admiſſus*. Non eſt Guido, ab homicidiis illis caſu vel voluntate patratis

(1) *De fideic. diſc.* 91. *num.* 20.
(2) *Vindic. pag.* 15.

Digitized by Google

tis alienus canon, de quo agimus, etsì de furto sit; non imperitus illum descriptor de margine transtulit; non est inscriptio mutanda *de eodem*, ut quem tu spurium esse, judicas, canon legitimus habeatur. Non ego is sum, qui temere, ut soles tu, veterum scripta deleam. Non deleverunt inscriptionem istam, non deleverunt canonem Augustinus, Gregoriani Correctores, Contius, alii, qui Gratianeæ molis coementa diudicaverunt, Tu nullum antiquum exemplar affers, cui canon ille desit. Unâ argumentatione contendis esse illum canonem inde eijciendum. Una est argumentatio tua illa diffîanda. Constituerat Gratianus aliquâ, etsì minore pœnâ puniendum esse illum, qui præter voluntatem occiderit hominem, in canone superiore *si quis non voluntate, sed casu aliquod homicidium fecerit, prior canon septem annis agere pœnitentiam jussit, secundus canon quinque mandavit.* Sensit Gratianus reprehendi posse legem, quæ pœnâ afficiat eum, qui sine ullo animi vitio fecerit homicidium, *non enim peccata*, ait Cicero in Paradoxis, *rerum eventu, sed vitiis hominum metienda sunt*, & Papinianus (1) *fraudis*, inquit, *interpretatio in jure Civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur*. Callistratus *voluntatem spectari non exitum* docuit (2). Neque Numa solus eos dumtaxat punivit, qui volentes occiderint (3), sed & Hadriani Imperatoris illa lex est *eum, qui hominem occidit, si non occi-*

(1) *L. fraudis* 80. *ff. de reg. jur.*
(2) *L. Divus ff. ad leg. Corn. de Sicar.*
(3) *Fest. Pompon. lib.* 14.

occidendi animo hoc admisit, absolvi posse (1). Quare Cicero defendendorum reorum rationes istas docuit (2) *jure autem omnia defendamus, quæ sunt ejus generis, ut aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut imprudentiâ, aut casu facta esse videantur*. Ergo debuit Gratianus occurrere dubitantibus. Occurrit vero; & dubitationem exemit eleganti ejus allato exemplo, quem lex pœnâ furti puniverit ob furtum præter voluntatem factum; Pomponius in *l. qui saccum ff. de furtis* exemplum obtulerat verbis illis *qui saccum habentem pecuniam subripit, furti etiam sacci nomine tenetur, quamvis non sit ei animus sacci subripiendi*. Aptissimum erat exemplum regulæ illi constituendæ, quæ Theologis, & Jurisconsultis plerisque placuit, de eo puniendo, qui aliquid fecit, quo aliquis mortuus est, etsì mortem illi inferre noluerit, si quod fecit facere non debuerat, si ut vulgo dicitur, *dabat operam rei illicitæ* (3). Maximo disputandi auctori Socrati hoc a similibus, ab exemplis argumentationis genus usitatissimum fuisse dicitur (4), quo Gratianus est hoc loco usus. Poterat proximiora fortasse alia huc inducere Gratianus. Sed sacci sine animo subripiendi suscepti, comparationem cum morte homini illatæ, sine animo occidendi, nemo erit, qui repre-

(1) *L. 1. §. Divus ff. ad leg. Corn. de Sic.*
(2) *Lib. 1. de Orator.*
(3) *Tiraquell. de pœn. leg. temp. cauf. 13. num. 16. Covarruv. in Clem. 1. de Domic. part. 2. §. 4. in princ. D. Thom. 2. 2. qu. 64. art. 8. Suar. de censur. disp. 45. sect. 6.*
(4) *Cic. in Topic.*

Digitized by Google

reprehendat, nemo canonem illum *ad aliud propositum*, dixerit, pertinere, & *in textum imprudenter admissum*, quod tu, Guido, dixisti. Sequentes multi canones sunt pariter de iis, qui præter voluntatem aliquid fecerint, quo peccasse videantur, etsì homicidia plerumque proponantur, adeoque potuerunt illi, qui *summaria* Canonibus adjecerunt, inscribere omnibus illis *de eodem* ob eamdem rationem, qua facta illa omnia comprehendebantur. Memineris Guido ejus, quod tu alibi mihi magnopere opposuisti, *summaria* illa non esse Gratiani *numeri autem*, & *summaria* scribit in historiâ Juris Ecclesiastici Mastrictius, *quæ singulis capitibus præmittuntur non sunt ab ipso Gratiano. Ab ipsis Glossatoribus non esse probat, quod in manuscriptis exemplaribus, saltem in meo non inveniantur, in quo tamen glossæ habentur. Probabile est, addita esse ab iis, qui additiones glossarum fecerunt, aut qui editiones primas procuraverunt, uti etiam factum est in corpore juris Civilis*. Eadem & Struvius docuit (1) *capitulorum numeri, & summaria non ab ipsò Gratiano adiecta, sed illi primum ab Antonio Contio, hæc vero sensim addita fuisse, videntur, ab iis, qui primas procurarunt editiones*. Quid igitur ex illo summario *de eodem*, quod Gratiani non est, argumenti ducatur, quod ad Gratianum pertineat? Gratianus in eâ *distinctione* de quocunque delicto agere instituit, quo quis ab Ecclesiæ ministerio removeatur, non de homicidio uno, inque ea *distinctionis* ejusdem parte agebat de animo delinquendi, qui defuerit

Ergo

(1) *Histor. jur. cap. 7. §. 48.*

Ergo aut nulla est argumentatio tua, aut illum afficit, qui *summarium* canonis, de quo agimus extulerit perperam.

III Quamobrem nulla pariter argumentatio, quæ ad Gratianum pertineat, duci potest ex numero canonum centum & viginti quinque, quibus Gregoriani Correctores ex antiquorum Codicum auctoritate contineri, dixerunt, *causæ* primæ *quæstionem* primam, in quam, post canonem centesimum vicesimum quintum, translatas esse diximus, ex Pandectis *l.* 1. *de calumn. l.* 2. *de concuss. l. lege Julia* 3. *l. seq l. eadem lege l lex Julia ad Leg Jul. repet.* indeque in editionibus recentioribus factos esse canones 127. 128 129. 130. Quod enim qui has editiones procuraverunt, diviserint canonem illius quæstionis centesimum vicesimum quintum, & ex ejus materia sex cánones fecerint, non efficit, ut materia illa canone centesimo vicesimo quinto non contineretur priusquam canon ille decisus esset. Affer, Guido, Gratiani Codices antiqnos ubi fragmenta illa Digestorum non sint. Quum extent in eâ *Decreti* parte fragmenta illa, sive numeris, Capitibusque distincta, sive in unum congesta Canonem sint, tu ab eo vinceris, qui in Gratiani Decreto Pandectarum fragmenta esse, affirmaverit. Expecto, te, qui nihilum, qui infinita, infiniteque parva vides, eandemque portentosâ tuâ mathesi quasi placentas, et bellaria tractas, fragmenta illa Pandectarum nobis esse erepturum, & ut Pandectarum esse desinant, si diversâ positurâ contineantur, Democriti atomis æquaturum (1)

Atque

(1) *Lucret. lib.* 1.

Digitized by Google

Atque eadem magni refert primordia sæpe (1)
Cum quibus, & quali positurâ contineantur,
Et quos inter se dent motus, accipiantque.
Namq; eadem cœlum, mare, terras, flumina, Solem
Constituunt, eadem fruges, arbusta, animantes;
Verum aliis, alioque modo commixta moventur.

Audiamus itaque verba Grandiana (2) *vetustissima exemplaria MSS. in can. 125. quæstioni illi terminum ponunt, & merito; nam quæstio erat, an sit peccatum emere spiritualia; subsequentes vero canones ex Civili jure deprompti, qui absque distinctione capitum continuâ serie annexos in plerisq; Codicibus dicto ultimo cap. 125. fatentur Gregoriani Correctores, ad Simoniam non pertinent, sed de pecunia oblatâ, vel accepta ob profana officia, ob testimonium ferendum &c. agunt, adeoque hic assuti censeri debent &c. atque addititii sunt.* Dic, Guido, qua ratione, qua fronte duo illa contraria conjungas: ultimus canon est centesimus vicesimus quintus, & alii, qui hodie decisi sunt, cum illo conjuncti erant, testibus Gregorianis Correctoribus; quod ultimus canon fuerit centesimus vicesimus quintus, tu effers, alios non esse legitimos, addisque ad rem, quæ tractabatur, non pertinere, non esse Gratiani, esse addititios; quod vero CorrectoresGregoriani alios canones centesimo vicesimo quinto conjunctos in aliquibus Codicibus esse, testati sint, quid quæso efferes? Si conjuncti sunt, exstant, ubi conjuncti erant, extabant; Ergo in

Gg anti-

(1) *Lucret. lib.* I.
(2) *Vindic. pag.* 16.

antiquis illis Codicibus, quos viderunt Correctores Gregoriani, extabant Canones illi. Et vero illi ad canonem 127. hæc ſcripſerunt *in hac, & ſequentibus legibus quæ ex Digeſtis citantur, repoſiti ſunt tituli ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ cum Pandectis Florentinis valde conveniunt*; ad canonem vero 129. *eſt autem palea iſta fere in omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani, & a canone ſunt quidam, uſque ad finem quæſtionis nulla eſt diſtinctio capitum*. In illis ergo vetuſtis exemplaribus, canon *ſunt quidam* 125 conjunctus omnibus aliis, qui nunc ſunt diſcreti canones, claudit quæſtionem. In illis vetuſtis exemplaribus ſunt tituli Digeſtorum, qui ad quatuor ultimos ejus *quæſtionis* canones pertinent ex Digeſtorum particulis editos, qui hodie ſunt CXXVII., CXXVIII, CXXIX, CXXX. Correctores itaque Gregoriani, quibus unis inniteris, quos unos laudas, tibi adverſantur. Neque prodeſt tibi magis ratio, qua canones illos ad rem, quam agebat Gratianus, non pertinere, contendis. Gratianus cum ederet canonem CXXV, quem tu vis eſſe illius quæſtionis ultimum, prædixit, ſe acceptæ pecuniæ reos eſſe, probaturum multis argumentis, eos, qui pro re ſacra faciendâ, vel non faciendâ pecuniam acceperint *qui autem pecuniam accipiunt, ut ordinandis ſacros ordines non tribuant, vel ut Canonicæ electioni aſſenſum non præbeant, aut Eccleſiis ædificandis, vel conſecrandis lapidem benedictum, vel conſecrationem ſubtrahunt, multis argumentis acceptæ pecuniæ rei, & infames eſſe probantur*. Canon CXXV qui promiſſa multa argumenta ſequitur, paucis verbis his Paſchalis Pontificis continetur *ſunt quidam, qui de violentiâ, vel favore non permittunt Eccle-*

ſias

ſias regulariter ordinari. Hos etiam decernimus, ut ſacrilegos judicandos. Paucis his verbis neque multa dantur, neque ulla argumenta, ſed una Pontificalis auctoritas; Si, qui ſequuntur, canones ex Jure Civili petitos detrahas, Guido, & promiſſa illa multa a Gratiano argumenta unâ detrahas, neceſſe eſt. Aptiſſima ergo illa ex jure Civili argumenta maneant de Judice, qui pecuniâ judicium acceptâ inquinaverit, de eo, qui pecuniam acceperit ut calumniam faceret, vel non faceret, de eo, qui pecuniam acceperit, quod crimen minatus fuerit, de eo, qui cum publicam poteſtatem haberet, pecuniam ob judicandum acceperit, vel non judicandum. Neque vero, quod profana iſta judicia ſint, a ſacris aliena ſunt, a Gratiano relinquenda fuerunt, qui ſacra tractabat. Qui ſimilia affert, ad æqualia afferenda non obligatur. Profanorum ſimilitudinem quærunt ſæpe, quibus de ſacris eſt diſputandum. Canonum collectoribus eſt hoc familiare, poſtquam Ivo Pontificum more conſtituit, a profanis ad ſacra, velut a minoribus ad majora duci argumentum, ideoque non eſſe contemnenda profana *hanc enim rationem* Legum Romanarum *Pontifices in aſſertione ſuorum Decretorum frequenter interponunt; nam ſi hoc leges ſæculi continent, multò magis Divinæ* verba ſunt Ivonis in præfatione.

III Iiſdem rationibus adimit Gratiano Grandius canonem *infantes*, ſeu *infames* 3. *q.* 7. quod in vetuſtioribus exemplaribus junctus ſit canon ille ſuperiori, quod rei parum conveniat, quæ tractabatur. Jam diximus, materiem quæri Digeſtorum, non juncturam canonum; materies illa Digeſtorum quo modo comprehendi ſuperiore canone poterat niſi extitiſſet.? Nihil eſt, Guido, hoc tuo argu-

mento absurdius *manifestum est* (1) *dubitari posse, an Gratiano nostro debeantur; nam in vetustis exemplaribus omnia hæc cum capite primo conjuncta sunt.* Collige quæso argumentum : omnia hæc uno capite continebantur ; Tu effers ; ergo nón extabant ; At humanum genus omne inde efferet extitisse . Et vero Correctores Gregoriani, quibus tu es usus auctoribus , *caput hoc* inquiunt *in vetustioribus exemplaribus non est sejunctum a superiori , & est collectio legum facta a Gratiano* . Neque vero ita alienæ sunt leges illæ Digestorum , quæ de arbitris sunt, aut patronis, a quæstione, quam Gratianus de Judicibus instituerat. Simillimi sunt Judicibus arbitri (2) ; Patroni vero , & postulantes Judices ea cognatione contingunt, quæ Gratiano , homini parum cohęrenti sufficiebat , ut ab eo Judicibus copularentur . Is aliquando verbis , non re conjunxit quæstiones suas . Cum accusationes, denunciationes , alia ejusmodi tractasset, ad Episcopatus desiluit , Glossatores rationem transitus quærentes , animadverterunt , obiter memoratos Episcopos in accusationibus Gratianum ab accusationibus ad Episcopatus transtulisse *supra vide qu. 3. causæ 6. can. denique facta fuit mentio de renunciatione Episcopatus* , *unde Gratianus tractus occasione , subjicit causam istam septimam.*

IV Cedit Grandius, ex Digestis Gratianum sumpsisse legem *qui accusare* de accusat. ut canonem faceret *crimen* 1. *qu.* 4. & *can. prohibentur* 2. *q.* 1.

---

(1) *Vindic. pag.* 17.
(2) *L.* 1. *ff. de recept. arbit.*

Digitized by Google

qu. 1. Addit rationem, quod jam idem Grandius statuerit, Gratianum habuisse illam Digestorum partem, quæ de accusationibus est, de appellationibus, de sponsalibus *siquidem a Gratiano ipso allati sint, quod negare nolim, cum ad criminales materias de accusationibus, & de appellationibus spectent, quas utique ex aliquâ Digestorum laciniâ, aut veterum Jurisprudentum fragmentis innotescere potuisse Gratiano pag. 44. mei operis ultro concessi* ita Grandius in Vindiciis (1). Dic, Guido, quæ tibi ratio suaserit, Gratianum partem illam Digestorum habuisse, quo hoc tu teste, quo antiquo Codice affirmasti, quo argumento hæc tibi tua sententia probata est? Tu nullam aliam sententiæ illius tuæ caussam dedisti, quam quod in *Decreto* Gratiani leges illas compereris *cæterum observare libet non alias a Gratiano leges ex Digestis nominari, quàm quæ ad materiam accusationum, & appellationum pertinent* (2). Nos, qui alias plurimas Digestorum legès in *Decreto* compererimus, eodem jure, eâdem ratione, qua tu es usus, alias Digestorum partes Gratiano cognitas fuisse affirmamus. Quare nobis adimis, quod tibi sumis?

> ——— ——— ——— ——— *quid autem*
> *Caecilio, Plautoque dabit Romanus ademptum*
> *Virgilio, Varioque?*

Unde vero fit illa Grandio suspicio *incertum est, an sub Digestorum nomine a Gratiano citati fuerint*

(1) *Vindic. pag. 16.*
(2) *Epist. de Pand. pag. 47.*

rint (1) prorsus ignoro: Nam Digestorum nomen canonibus illis est apertissime inscriptum *Digestis titulo de pœnis l. crimen : item ff. lib.* XLVIII *tit. de accus. & inscript. l. qui accusare*. Jamque scimus aliunde, Gratianum auctores laudare consuevisse.

V Est vero Grandius noster abusus turpiter Lectoribus suis, cum a Gratiani Decreto removere conaretur quinque Digestorum leges, quas in *Can. si quem pœnituerit* 2. *q.* 4. deprehendimus. Correctores Gregoriani monuerunt quatuor verba ejus canonis non esse in Codicibus Gratiani antiquioribus *calumniatoribus pœna legitime irrogatur*, adeoque diversis illa verba literis scribenda esse existimaverunt, addiderunt præterea *hæc verba licet in collatis Gratiani MSS. exemplaribus non habeantur, tamen quia sunt etiam in Pandectis, non sunt expuncta*. Quid Grandius? Ait, non quatuor illa verba duntaxat, sed totum canonem scriptum diversis illis literis. Quis crederet, gravem ætate hominem ad hujusmodi manifesta mendacia posse delabi, quæ nec pueri, qui nondum aere lavantur, sine Orbilii scuticâ afferrent? Manifestum vero adeó mendacium illud Fraterculi est, ut cum canon ille longiusculus sit, & Gratiani ipsius verba habeat admixta, Correctores Gregoriani pauca illa verba, non Digestorum, ut alia omnia, sed Gratiani esse, monuerint *hactenus retulerat Gratianus verba Jurisconsulti, hinc usque ad vers. oportet refert tantummodo sententiam*. Quó evidenter agno-

(1) *Vindic. pag.* 16.

Digitized by Google

agnoſcimus alia verba omnia canonis, quæ Correctores ſine ullâ nota prætermiſerunt, ex Digeſtorum laudatis a Gratiano legibus eſſe deſumpta.

VI Ejuſdem eſt modi, quod Grandius opponit canoni *perſcripta 2. qu.* 8; diverſis, ait, literis ſcriptum eſſe illum, adéoque Gratiani non eſſe. Sed eſt temerarius iſte litigans, & cavillator nobis docendus, quod nemo ſtudioſus juris ignorat, ne diverſis illis ſuis literis amplius deliret. Gratianus canonibus ſæpe ſua illa verba ſubijcit, quibus diſcordantes canones Eccleſiæ conciliare ſibi vidétur. In exemplaribus recentioribus, verba iſta Gratiani ſunt diverſis ſcripta literis, ab iis, quibus canones ſcripti, & ab iis, quibus Gregoriana correctio ſcripta eſt. Rem omnibus manifeſtam vix eſt, qui monuerit. Hoſpitibus in Jure Maſtrictius minutum iſtud explicavit (1) *ab iis notis, quæ ſubijciuntur canonibus, diſtinguenda ſunt verba Gratiani poſt canones itidem poſita, quæ per partes, quas alii paragraphos vocant, ille diſtinxit; quas partes continuat ſæpe per multa capitula, donec alia quæſtio, aut articulus occurrat. Sunt autem in novis exemplaribus* alio caractere ab ipſis canonibus diſtinctæ; *in antiquis, quia illud artificium erat ignotum, id non invenitur.* In antiquis erant alia, præter literarum diverſitatem, ſigna, quæ Gratiani verba monſtrabant; nam Panzirolus (2) in vita Gratiani teſtatur, Gratiani verba duplici cruce, aut paragraphi caractere ab aliis eſſe diſtincta.

VII

(1) *Hiſtor. Jur. Eccl. num.* 314.
(2) *De clar. leg. Interp. lib.* 3. *cap.* 2.

VII Cum vero diverſitas literarum non modo non adimat, ſed & tribuat maxime Gratiano verba, quæ diverſis illis literis contineantur, quid inſanis, Guido, de literarum diverſitate? At ille non audit habenas, ſeſeque effundit in incertiſſimo ſpatio, & literarum diverſitatem urget, amplificat, exportat, illique alia, atque alia ſuperſtruit. Cum enim canonem viderit *ſi teſtes* 4. *qu.* 3. ubi plures ſunt Digeſtorum leges, ſcriptum literis, quibus omnes canones ſcripti ſunt, quos nemo dubitat, a Gratiano eſſe deſcriptos, & illum Gratiano eâ ratione adimit, quod diverſis literis ſcriptus ſit canon ſuperior, & huic canon *ſi teſtes* ſubjectus verbis, quibus duo illi canones continuari videntur *item titulo eodem l. ob carmen §. ſi teſtes*. Non judicium hoc loco unum, Guido, ſed & fidem deſideramus tuam. Cum enim canon *ſi teſtes* ſcriptus ſit communibus illis literis, quæ certum canonum auctorem Gratianum indicant, ſuperior vero canon diverſas habeat literas, quæ tibi ſuſpectos canones faciunt, & canoni ſit conjunctus ingenuo, cur alter ingenuus alterum tibi non facit ingenuum? Cur præfers deteriorem alterius conditionem, qua conditionem alterius corrumpas? Cur ex malâ mavis, quàm ex bonâ ducere argumentum? Sed mentiris impudentiſſime. Neque enim ſuperior ille canon, cujus diverſis literis noſtrum hunc *ſi teſtes* inquinare conatus es, diverſis eſt literis ſcriptus. Tres in ea queſtione canones ſunt, primus ex Carthaginenſi ſeptimâ Synodo, alter ex Maticenſi, tertius ex Digeſtis; inter ſecundum, & tertium, Gratianus ſua quædam verba collocavit, quibus ſententiam *l. prædici ff. de teſtibus* attulit, eamque continuavit cum legibus Digeſtorum, quibus

cano-

canonem tertium composuit, communibus scriptum literis, quique & verbis Gratiani mediis inter secundum, tertiumque canonem, & verbis Concilii Maticensis, quæ secundum canonem faciunt, bene conjungi potuit copulâ *item*. Non canon ergo superior scriptus est diversis literis, sed verba, quibus tertium secundo Gratianus canonem copulavit. Eadem tuetur ratio canonem *Episcopus* 12. *qu.* 2., diversis enim sunt scripta literis una Gratiani verba, non illa, quibus lex Digestorum, quæ facit illum canonem, exhibetur.

VIII Canonem *illud relata* 15. *qu.* 1. contendit Grandius non de Digestis, sed de fragmentis Ulpiani sumptum esse *ex Ulpiano immediate transscribi potuit, vel ex aliquâ Digestorum laciniâ, ut aliàs dictum est*. Verum verba illius canonis non ex Ulpiani *Institutionibus* sunt, sed ex quinquagesimo Ulpiani libro ad Edictum, qui Ulpiani libri perierunt, neque credibile est, eos Gratiani temporibus extitisse. In Pandectis sunt hodie, erantque cum Gratianus viveret, verba illa. Laciniam vero Digestorum, tu hactenus, Guido, illam Gratiano permisisti, quæ de sponsalibus, de accusationibus, & appellationibus est, non quæ de injuriis, ad quas lex pertinet, quæ in Canone hoc nostro est.

IX Paleam, quæ est in *causa* 30. *qu.* 3. *can. per adoptionem*, & legem continet *sed si lege ff. de in jus voc.* Correctores Gregoriani in vetustissimis exemplaribus invenerunt, a quibus aliæ paleæ abesse solent *habetur in aliquot vetustis, a quibus cæteræ abesse solent*. Tu vero, Guido, Correctorum sententiam eâ, qua soles, fraude mutasti *in aliquot duntaxat Gratiani MSS Codicibus invenitur*. Antiquissima igitur palea est hæc, eique quod aliis opponitur,

opponi non poteſt, adeoque Gratiani fortaſſe illa eſt, nec erat nobis prætereunda.

CAP. VI.

Tractatus de pœnitentia Gratiani eſt, & habet particulas Pandectarum.

DEnique legibus Digeſtorum, quas in *tractatu de pœnitentiâ* compereram, objecit Grandius eorum opinionem, qui putant, tractatum illum non eſſe Gratiani; affert in eam rem Antonii Auguſtini verba (1) *tractatus hic non videtur eſſe Gratiani*, affert autem, ut ſolet, dolo malo, verbis aliis detractis, quibus ſuum negotium perderetur, *ſed alicujus paullò antiquioris*. Si antiquiori eſt tractatus ille tribuendus, ubi ſunt Pandectarum leges deſcriptæ, & laudatæ, eó minus fuit ille omittendus Guidoni, qui antiquiſſimam quæreret Pandectarum mentionem. Mitto Auguſtinum iis adhæſiſſe videri, qui Gratianum illius *Tractatus* habent auctorem, quod illum Gratianus, ut ſuum, in aliis *Decreti* partibus memoraverit; Mitto Correctores Gregorianos, etsì multum Eccleſiæ noſtræ Romanæ intereſſet, auctorem illius *tractatus* alium omnem, quam Catholicum haberi auctorem; Mitto denique, Divum Thomam Gratiano brevi proximum intervallo teſtari, a Gratiano ſcriptum eſſe illum (2), dum temporum gradibus Gratianum, & Lombardum ab

(1) *De emend. Gratian. dialog.* 18. *l.* 1.

(2) *In lib. IV ſentent. diſtinct.* 17. *Natal. Alex. diſſert.* 14. *poſt hiſtor. Sæc.* XIII XIV §. 35.

ab hæresis notâ purgat, qua eos acerbus aliquis esset inusturus ob diversas ab iis, quas Romana Ecclesia tuetur, de *confessionis* necessitate sententias.

II Negat porro Grandius, auctorem illius *tractatus* leges non Ecclesiasticas eó transtulisse, quæ ad Sacerdotale judicium minime pertinere videntur (1), *nec ad rem faciunt, cum de capitalibus pœnis, ac profanis multis, ac cognitione delictorum in foro externo, & similibus agant, quæ nullatenus pœnitentiæ virtuti, ac sacramento conveniunt.* Sed judicium hoc tuum, Guido, aliud omnino est ab eo, quo Regino, quo Ivo, quo auctor canonum pœnitentialium de *pœnitentiæ* foro egerunt. Reginoni ea opinio fuit, ut Sacerdoti lege, & legis pœnâ metiendus pœnitentiæ modus esset *hoc totum idcirco ex lege Romanâ posuimus, ut Sacerdos ex lege perpendat modum pœnitentiæ in talibus transgressionibus*; his ille verbis tuetur legum Romanarum usum in re *pœnitentiali*, de qua egerat in secundo de Ecclesiasticis disciplinis libro. Aliam addit ejusdem usus Ivo caussam in præfatione *si quæ vero sententiæ de forensibus legibus insertæ sunt, quæ judicium sanguinis contineant, non ad hoc insertæ sunt, ut Ecclesiasticus Judex per eas aliquem debeat condemnare, sed ut ex eis assertionem Canonicorum faciat Decretorum, hinc attendens quantâ pœnitentiâ puniendum sit facinus illud, vel flagitium, quod judices sæculi morte, vel membrorum mutilatione judicant esse mulctandum; hanc enim rationem Romani Pontifices in assertione Decretorum suorum frequenter* in-

(1) *Vindic pag.* 18.

interponunt; *nam si hoc leges sæculi continent, multo magis Divinæ*. Antonii autem Augustini in præfatione ad canones *pœnitentiales* eadem est sententia, quam his verbis vir doctissimus explicavit iis respondens, qui, ut tu facis Guido, alienas esse Romanas leges a Sacerdotum occultis judiciis arbitrabantur *postremo canones 47. pœnitentiales, sine nomine in Gratiani collectione referri solitos, posuimus ex Astensis summâ, qui ab Hostiensi acceperat, sumptos, quos falso nonnulli putant, ad forum tantum judiciale pertinere. Non tamen negamus, & illos, & magnam eorum partem, quæ hoc volumine continentur, vix posse extra judicium ab iis, qui occulta crimina audiunt, & satisfactiones indicunt, exequi; Tamen admonere pœnitentes possunt, quam olim veteres vindictam iisdem criminibus indixissent. In publicis vero criminibus coercendis in utroque, ut vocant, foro major esse usus potest, illis exceptis, quæ temporum ratio non patitur*.

III Tertium Guidoni suæ sententiæ est argumentum rerum diversitas, quæ in allatis Digestorum legibus, & institutâ a Gratiano quæstione continentur, cum Gratianus de necessitate confitendi peccata disputaret *longe minus ad illius distinctionis primæ illustrationem conferunt, cujus titulus erat, utrum solâ cordis contritione, & secretâ satisfactione possit quis Deo satisfacere* (1). Uti auctore Antonio Augustino Grandius potuisset, qui de allatis in eam rem a Gratiano legibus Codicis, &

(1) *Vind pag. 18.*

& Digestorum dixerat (1) *nimius est in bis referendis, & valde ineptus*; Sed satius esse, credidit Monachus, Augustini verba occultare, quæ ineptiæ quidem reprehendunt Gratianum, at Gratianum, indicant, leges illas attulisse, adeoque non potuisset ille ex ineptia ducere, quæ volebat *itaque intrusa hujusmodi capitula hic videntur, non ab ipsius operis auctore disposita*, quæ pugnant cum verbis Augustini. Jam vidimus, vitium esse ineptiam Gratiano familiare, ne quid, negemus, Gratiani esse, quod sit ineptum. Quod si mihi jus, fasque sit, quod sentiam profiteri, negem, inepta adeo esse, quæ Gratianus eo traduxit ex legibus Romanorum. Firmum, ratumque esto, hæresim esse post Concilium Romæ habitum anno MCCXV eorum opinionem, qui sine confessione remitti a Deo peccata pœnitentibus, arbitrantur. Firmum & illud esto, ante Concilium illud de necessitate confitendi esse in utramque partem a Catholicis disputatum impune, ut Magister sententiarum, ut Gratianus, ut alii disputaverunt. Gratianus itaque multa attulit, quibus probaret, sine oris confessione, solâ cordis contritione peccata a Deo condonari, excusante illum Divo Thoma (2) *quod ponitur bic pro opinione, hæresis est; non quod explicite sit contra aliquem articulum, vel præcedens, vel sequens ad ipsum, sed implicite aliquid contrarium fidei continet, quia sequitur, quod claves Ecclesiæ non sint necessariæ ad salutem. Et in talibus, antequam determinetur per Ecclesiam, quod* ex

(1) *De emend. Gratian. lib. 1. dialog. 18.*
(2) *In lib. 4. sentent. distinct. 17.*

Digitized by Google

pleraque legum exilia per synonymiam vocabulorum, & soni similitudinem contigerunt = luculentum exemplum afferri potest ex l. 18. ff. de pœnis, banc enim ad eum titulum pertinère non posse, verum ad titulum ff. quod quisq. jur. necessario referendam esse constat &c. (1)

CAP. VII.

Gratianus Petro Blæsensi antiquior.

Fateor, quæstionem de tempore, quo epistola CXL Petri Blæsensis, cui Grandius primam tribuit Pandectarum mentionem, scripta fuerit, tanti non esse, ut longâ illam oratione persequamur. Sed calumniatoris nota, quam nobis inurere ferox ille ausus est, invitos cogit tantillam rem exigere diligenter. Is ille est, qui de caprinâ hac lanâ bellum movit. Nos dictum obiter, dictum amicé contra canem rabidissimum defendere coacti sumus, qui reprehensionem non fert, qui seu a Mathematicâ disciplinâ, seu aMonasticâ consuetudine, seu ab ingenio minus exculto immunitatem ab erroribus impetrasse sibi videtur. Ivonem Blæsensi longe antiquiorem fuisse, cedit ille noster, Ivonem vidimus Pandectis copiose usum, jamque nulla est calumnia illa, cujus accusamur. Gratianum Petro Blæsensi antiquiorem effecerunt, quicunque historias literarias ediderunt, Trithemius, Bellarminus, Popeblountius, Caveus, Natalis Alexander, Pagius, Oudinus, Dupinus. Blæsensem ad sæculum XIII fere pervenisse & ejusdem

(1) *Brencmann. de Legg. Inscrip* §. 6. & 7.

Digitized by Google

dem epiſtolæ teſtantur, quarum CLI eſt ad Innocentium III Pontificem maximum Romanorum, qui ad Pontificatum peruenit anno MCXCVIII, & in ejus vitâ Petrus de Cuſſamuilla, & aliæ ipſius Petri epiſtolæ, quas in noſtrâ de Pandectis ad Academicos Etruſcos expendimus, & in Eccleſiaſticâ Bibliothecâ Du-Pinius.

II Archidiaconatus veró Bathonienſis titulus, qui eſt in Petri Blæſenſis epiſtolâ CXL, cui Guido noſter primam tribuit Pandectarum mentionem, indicat, epiſtolam illam anno eſſe MCLXX poſteriorem, cum eo anno in familiam Regis Anglorum non dum adſcitus eſſet Blæſenſis. Digreſſus enim ille e Siciliâ in Italiâ adhuc erat, cum audiret, filium Regis Anglorum coronatum fuiſſe ab Antiſtite Eboracenſi, teſte ejuſdem epiſtolâ XXII *per Legatos Sedis Apoſtolicæ, cum quibus a Romanâ Curiâ uſq; ad Bononiam veni, intellexi, vel Regi Anglorum in proximo firmiſſime reconciliabitur* Thomas Cantuarienſis Antiſtites, *vel ad majoris Patriarchatus apicem transferetur, licet plurimum de ſpiritu fortitudinis habeat* Thomas *dicitur tamen, quod propter coronationem novi Regis Anglorum ab Eboracenſi factam, atque ob quædam privilegia, ſicut dicitur, ſubreptitie impetrata adeo turbatus eſt, quod a puſillanimitate ſpiritus, ac tempeſtate pene moti ſunt pedes ejus.* Poſt diligentem temporum ſupputationem Pagius (1) coronatum Regem illum novum fuiſſe, comperit, VIII Kal. Julias anno MCLXX, adeoque delet in hujus epiſtolæ inſcriptione Petrus de Cuſſamuilla titulum Archidiaconi Bathonienſis, quem nonnulli Codices habebant,

(1) *Baron. ann.* 1170. *num.* 1.

VII Cum vero diversitas literarum non modo non adimat, sed & tribuat maxime Gratiano verba, quæ diversis illis literis contineantur, quid insanis, Guido, de literarum diversitate? At ille non audit habenas, seseque effundit in incertissimo spatio, & literarum diversitatem urget, amplificat, exportat, illique alia, atque alia superstruit. Cum enim canonem viderit *si testes* 4. *qu.* 3. ubi plures sunt Digestorum leges, scriptum literis, quibus omnes canones scripti sunt, quos nemo dubitat, a Gratiano esse descriptos, & illum Gratiano eâ ratione adimit, quod diversis literis scriptus sit canon superior, & huic canon *si testes* subjectus verbis, quibus duo illi canones continuari videntur *item titulo eodem l. ob carmen* §. *si testes*. Non judicium hoc loco unum, Guido, sed & fidem desideramus tuam. Cum enim canon *si testes* scriptus sit communibus illis literis, quæ certum canonum auctorem Gratianum indicant, superior vero canon diversas habeat literas, quæ tibi suspectos canones faciunt, & canoni sit conjunctus ingenuo, cur alter ingenuus alterum tibi non facit ingenuum? Cur præfers deteriorem alterius conditionem, qua conditionem alterius corrumpas? Cur ex malâ mavis, quàm ex bonâ ducere argumentum? Sed mentiris impudentissime. Neque enim superior ille canon, cujus diversis literis nostrum hunc *si testes* inquinare conatus es, diversis est literis scriptus. Tres in ea quæstione canones sunt, primus ex Cartaginensi septimâ Synodo, alter ex Maticensi, tertius ex Digestis; inter secundum, & tertium, Gratianus sua quædam verba collocavit, quibus sententiam *l. prcáuci ff. de testibus* attulit, eamque continuavit cum legibus Digestorum, quibus

cano-

canonem tertium composuit, communibus scriptum literis, quique & verbis Gratiani mediis inter secundum, tertiumque canonem, & verbis Concilii Maticensis, quæ secundum canonem faciunt, bene conjungi potuit copulâ *item*. Non canon ergo superior scriptus est diversis literis, sed verba, quibus tertium secundo Gratianus canonem copulavit. Eadem tuetur ratio canonem *Episcopus* 12. *qu.* 2., diversis enim sunt scripta literis una Gratiani verba, non illa, quibus lex Digestorum, quæ facit illum canonem, exhibetur.

VIII Canonem *illud relata* 15. *qu.* 1. contendit Grandius non de Digestis, sed de fragmentis Ulpiani sumptum esse *ex Ulpiano immediate transscribi potuit, vel ex aliquâ Digestorum laciniâ, ut aliàs dictum est*. Verum verba illius canonis non ex Ulpiani *Institutionibus* sunt, sed ex quinquagesimo Ulpiani libro ad Edictum, qui Ulpiani libri perierunt, neque credibile est, eos Gratiani temporibus extitisse. In Pandectis sunt hodie, erantque cum Gratianus viveret, verba illa. Laciniam vero Digestorum, tu hactenus, Guido, illam Gratiano permisisti, quæ de sponsalibus, de accusationibus, & appellationibus est, non quæ de injuriis, ad quas lex pertinet, quæ in Canone hoc nostro est.

IX Paleam, quæ est in *causa* 30. *qu.* 3. *can. per adoptionem*, & legem continet *sed si lege ff. de in jus voc* Correctores Gregoriani in vetustissimis exemplaribus inventrunt, a quibus aliæ paleæ abesse solent *habetur in aliquot vetustis, a quibus cæteræ abesse solent*. Tu vero, Guido, Correctorum sententiam eâ, qua soles, fraude mutasti *in aliquot duntaxat Gratiani MSS Codicibus invenitur*. Antiquissima igitur palea est hæc, eique quod aliis opponitur,

Digitized by Google

opponi non potest, adeoque Gratiani fortasse illa est, nec erat nobis prætereunda.

C A P. VI.

Tractatus de pœnitentia Gratiani est, & habet particulas Pandectarum.

DEnique legibus Digestorum, quas in *tractatu de pœnitentiâ* compereram, objecit Grandius eorum opinionem, qui putant, tractatum illum non esse Gratiani; affert in eam rem Antonii Augustini verba (1) *tractatus hic non videtur esse Gratiani*, affert autem, ut solet, dolo malo, verbis aliis detractis, quibus suum negotium perderetur, *sed alicujus paullò antiquioris*. Si antiquiori est tractatus ille tribuendus, ubi sunt Pandectarum leges descriptæ, & laudatæ, eò minus fuit ille omittendus Guidoni, qui antiquissimam quæreret Pandectarum mentionem. Mitto Augustinum iis adhæsisse videri, qui Gratianum illius *Tractatus* habent auctorem, quod illum Gratianus, ut suum, in aliis *Decreti* partibus memoraverit; Mitto Correctores Gregorianos, etsi multum Ecclesiæ nostræ Romanæ interesset, auctorem illius *tractatus* alium omnem, quam Catholicum haberi auctorem; Mitto denique, Divum Thomam Gratiano brevi proximum intervallo testari, a Gratiano scriptum esse illum (2), dum temporum gradibus Gratianum, & Lombardum ab

(1) *De emend. Gratian. dialog.* 18. *l.* 1.
(2) *In lib. IV sentent. distinct.* 17. *Natal. Alex. dissert.* 14. *post histor. Sæc.* XIII XIV §. 35.

ab hæresis notâ purgat, qua eos acerbus aliquis esset inusturus ob diversas ab iis, quas Romana Ecclesia tuetur, de *confessionis* necessitate sententias.

II Negat porro Grandius, auctorem illius *tractatus* leges non Ecclesiasticas eó transtulisse, quæ ad Sacerdotale judicium minime pertinere videntur (1), *nec ad rem faciunt, cum de capitalibus pœnis, ac profanis multis, ac cognitione delictorum in foro externo, & similibus agant, quæ nullatenus pœnitentiæ virtuti, ac sacramento conveniunt*. Sed judicium hoc tuum, Guido, aliud omnino est ab eo, quo Regino, quo Ivo, quo auctor canonum pœnitentialium de *pœnitentiæ* foro egerunt. Reginoni ea opinio fuit, ut Sacerdoti lege, & legis pœnâ metiendus pœnitentiæ modus esset *hoc totum idcirco ex lege Romanâ posuimus, ut Sacerdos ex lege perpendat modum pœnitentiæ in talibus transgressionibus*; his ille verbis tuetur legum Romanarum usum in re *pœnitentiali*, de qua egerat in secundo de Ecclesiasticis disciplinis libro. Aliam addit ejusdem usus Ivo caussam in præfatione *si quæ vero sententiæ de forensibus legibus insertæ sunt, quæ judicium sanguinis contineant, non ad hoc insertæ sunt, ut Ecclesiasticus Judex per eas aliquem debeat condemnare, sed ut ex eis assertionem Canonicorum faciat Decretorum, hinc attendens quantâ pœnitentiâ puniendum sit facinus illud, vel flagitium, quod judices sæculi morte, vel membrorum mutilatione judicant esse mulctandum; hanc enim rationem Romani Pontifices in assertione Decretorum suorum frequenter in-*

---

(1) *Vindic pag.* 18.

Digitized by Google

interponunt ; *nam si hoc leges sæculi continent, multo magis Divinæ* . Antonii autem Augustini in præfatione ad canones *pœnitentiales* eadem est sententia , quam his verbis vir doctissimus explicavit iis respondens ; qui, ut tu facis Guido , alienas esse Romanas leges a Sacerdotum occultis judiciis arbitrabantur *postremo canones* 47. *pœnitentiales* , *sine nomine in Gratiani collectione referri solitos* , *posuimus ex Astensis summâ* , *qui ab Hostiensi acceperat*, *sumptos*, *quos falso nonnulli putant*, *ad forum tantum judiciale pertinere* . *Non tamen negamus*, *& illos* , *& magnam eorum partem*, *quæ hoc volumine continentur* , *vix posse extra judicium ab iis* , *qui occulta crimina audiunt* , *& satisfactiones indicunt* , *exequi* ; *Tamen admonere pœnitentes possunt* , *quam olim veteres vindictam iisdem criminibus indixissent* . *In publicis vero criminibus coercendis in utroque* , *ut vocant* , *foro major esse usus potest* , *illis exceptis*, *quæ temporum ratio non patitur* .

III Tertium Guidoni suæ sententiæ est argumentum rerum diversitas, quæ in allatis Digestorum legibus , & institutâ a Gratiano quæstione continentur, cum Gratianus de necessitate confitendi peccata disputaret *longe minus ad illius distinctionis primæ illustrationem conferunt* , *cujus titulus erat*, *utrum solâ cordis contritione* , *& secretâ satisfactione possit quis Deo satisfacere* (1) . Uti auctore Antonio Augustino Grandius potuisset , qui de allatis in eam rem a Gratiano legibus Codicis ,

&

(1) *Vind pag.* 18.

Digitized by Google

& Digestorum dixerat (1) *nimius est in his referendis, & valde ineptus*; Sed satius esse, credidit Monachus, Augustini verba occultare, quæ ineptiæ quidem reprehendunt Gratianum, at Gratianum, indicant, leges illas attulisse, adeoque non potuisset ille ex ineptia ducere, quæ volebat *itaque intrusa hujusmodi capitula hic videntur, non ab ipsius operis auctore disposita*, quæ pugnant cum verbis Augustini. Jam vidimus, vitium esse ineptiam Gratiano familiare, ne quid, negemus, Gratiani esse, quod sit ineptum. Quod si mihi jus, fasque sit, quod sentiam profiteri, negem, inepta adeo esse, quæ Gratianus eo traduxit ex legibus Romanorum. Firmum, ratumque esto, hæresim esse post Concilium Romæ habitum anno MCCXV eorum opinionem, qui sine confessione remitti a Deo peccata pœnitentibus, arbitrantur. Firmum & illud esto, ante Concilium illud de necessitate confitendi esse in utramque partem a Catholicis disputatum impune, ut Magister sententiarum, ut Gratianus, ut alii disputaverunt. Gratianus itaque multa attulit, quibus probaret, sine oris confessione, solâ cordis contritione peccata a Deo condonari, excusante illum Divo Thoma (2) *quod ponitur hic pro opinione, hæresis est; non quod explicite sit contra aliquem articulum, vel præcedens, vel sequens ad ipsum, sed implicite aliquid contrarium fidei continet, quia sequitur, quod claves Ecclesiæ non sint necessariæ ad salutem. Et in talibus, antequam determinetur per Ecclesiam, quod*

ex

(1) *De emend. Gratian. lib. 1. dialog. 18.*
(2) *In lib. 4. sentent. distinct. 17.*

Digitized by Google

ex eis sequatur aliquid contrarium fidei, non judicatur hæresis esse. Et sic Magister, & Gratianus hoc pro opinione ponunt, nunc post determinationem Ecclesiæ sub Innocentio III factam, hæresis reputanda est. Dum disputat Gratianus pœnitentiam uno animo, uno corde conceptam pro pœna haberi, quæ luatur ab eo, qui peccavit, Augustini verba edidit illa *votum pro opere reputari*. Subjicit deinde ex Jure Civili leges, in quibus affectus operum loco sunt, si quis raptum virginis attentaverit, si cum telo, cum satellitibus causâ occidendi hominis ambulaverit, si uxor mariti occidendi voluntatem habuerit, si quis voluntatem perniciosæ libidinis, si furti faciendi, injuriæ inferendæ, evertendæ Reipublicæ. Sunt certe in aliis Gratiani disputationibus multa a re, quæ agitur, magis aliena, quam ista sint, quibus peccandi animus cum subeundæ pœnæ animo, turpis affectio, in qua dolus, in qua peccata sita sunt, cum affectione contrariâ comparatur. Quo vero minus videantur leges illæ civiles ab alio, quam a Gratiano eó relatæ, præter illas sunt etiam ibi de eadem re multa similia de sacris, ac Patrum libris desumpta, quæ pariter delenda sunt, ac rejicienda, si Guidonem Romana jura delentem, ac reijcientem audimus.

IV Ego vero, qui humanitatem sentio, facile librorum Scriptoribus ignoscendum esse, arbitror, collectoribus maxime, si quando parum convenientia in longo opere copulaverint. Doctissimus Jacobus Gothofredus Theodosianum Codicem illustraturus ejus-

(1) *De pœnit. dist. 1. c. magna pietas.*

ejusdem naevos in prolegomenis protulit (1). Naevis addidit leges fugitivas, locisque non suis dispositas; ejusque erroris caussam plerumque esse, docuit, homonymiam *secundum fugitivarum legum genus est earum, quae integrae nullo modo iis titulis, sub quibus positae sunt conveniunt, sed ob homonymiam vocis tantum in eos relatae sunt*. Hunc & Pandectis naevum esse, sapientes plurimi docuerunt, Labittus prae caeteris (2), Hahnius (3), Reinoldus (4), Brencmannus (5). Horum scripta lectitantem, memini, me offendisse in Pandectis peccatum esse, quod hoc loco in *Decreto* Gratiani reprehenditur, de puniendâ vel non puniendâ cogitatione. Cum enim Ulpianus edictum explicaret de eo jure alicui imponendo, quod is in alterius lite dijudicandâ statuisset, & ab hac lege eum liberaret, qui statuere voluisset, at non statuisset, cogitationis poenam non esse, dixit, non crimina, sed rem Civilem tractans; eam Ulpiani regulam Pandectarum conditores ad crimina transtulerunt (6), in quibus regula illa adeo perpetua non est, ut nemo cogitationis poenam pati cogatur *est porro, & alia inscriptionum utilitas huic vicina, nimirum in legibus fugitivis, seu erraticis ad suos titulos revocandis; Tales autem quamplurimas leges in Pandectis inveniri, quae sedibus suis exulant, jamdudum a doctissimis hominibus adnotatum est*, ple-

(1) *Cap. 2. num. 10.*
(2) *In usu Indicis Pand.*
(3) *In orat. de usu Chronol. in jur.*
(4) *In orat. de Leg. inscript. num. 7.*
(5) *De Leg inscr. §. 7.*
(6) *L. 18. de poen.*

pleraque legum exilia per synonymiam vocabulorum, & soni similitudinem contigerunt = luculentum exemplum afferri potest ex l. 18. ff. de pœnis, hanc enim ad eum titulum pertinère non posse, verum ad titulum ff. quod quisq. jur. necessario referendam esse constat &c. (1)

CAP. VII.

Gratianus Petro Blæsensi antiquior.

Fateor, quæstionem de tempore, quo epistola CXL Petri Blæsensis, cui Grandius primam tribuit Pandectarum mentionem, scripta fuerit, tanti non esse, ut longâ illam oratione persequamur. Sed calumniatoris nota, quam nobis inurere ferox ille ausus est, invitos cogit tantillam rem exigere diligenter. Is ille est, qui de caprinâ hac lanâ bellum movit. Nos dictum obiter, dictum amicé contra canem rabidissimum defendere coacti sumus, qui reprehensionem non fert, qui seu a Mathematicâ disciplinâ, seu aMonasticâ consuetudine, seu ab ingenio minus exculto immunitatem ab erroribus impetrasse sibi videtur. Ivonem Blæsensi longe antiquiorem fuisse, cedit ille noster, Ivonem vidimus Pandectis copiose usum, jamque nulla est calumnia illa, cujus accusamur. Gratianum Petro Blæsensi antiquiorem effecerunt, quicunque historias literarias ediderunt, Trithemius, Bellarminus, Popeblountius, Caveus, Natalis Alexander, Pagius, Oudinus, Dupinus. Blæsensem ad sæculum XIII fere pervenisse & ejusdem

(1) *Brencmann. de Legg. Inscrip §.6. & 7.*

Digitized by Google

dem epistolæ testantur, quarum CLI est ad Innocentium III Pontificem maximum Romanorum, qui ad Pontificatum peruenit anno MCXCVIII, & in ejus vitâ Petrus de Cussamuilla, & aliæ ipsius Petri epistolæ, quas in nostrâ de Pandectis ad Academicos Etruscos expendimus, & in Ecclesiasticâ Bibliothecâ Du-Pinius.

II Archidiaconatus veró Bathoniensis titulus, qui est in Petri Blæsensis epistolâ CXL, cui Guido noster primam tribuit Pandectarum mentionem, indicat, epistolam illam anno esse MCLXX posteriorem, cum eo anno in familiam Regis Anglorum non dum adscitus esset Blæsensis. Digressus enim ille e Siciliâ in Italiâ adhuc erat, cum audiret, filium Regis Anglorum coronatum fuisse ab Antistite Eboracensi, teste ejusdem epistolâ XXII *per Legatos Sedis Apostolicæ, cum quibus a Romanâ Curiâ usq; ad Bononiam veni, intellexi, vel Regi Anglorum in proximo firmissime reconciliabitur* Thomas Cantuariensis Antistites, *vel ad majoris Patriarchatus apicem transferetur*, *licet plurimum de spiritu fortitudinis habeat* Thomas *dicitur tamen, quod propter coronationem novi Regis Anglorum ab Eboracensi factam, atque ob quædam privilegia, sicut dicitur, subreptitie impetrata adeo turbatus est, quod a pusillanimitate spiritus, ac tempestate pene moti sunt pedes ejus*. Post diligentem temporum supputationem Pagius (1) coronatum Regem illum novum fuisse, comperit, VIII Kal. Julias anno MCLXX, adeoque delet in hujus epistolæ inscriptione Petrus de Cussamuilla titulum Archidiaconi Bathoniensis, quem nonnulli Codices habebant,

(1) *Baron. ann.* 1170. *num.* 1.

sola exemplaria Merlinum editum, & *Sorbon*: *e MS habent*, *ut hic*, *titulum Bathoniensis Archidiaconatus*, *quod non legitur in omnibus aliis*, & *recte*, *nondum enim in Anglia fuisse videtur*, *cum hæc scriberet* Petrus *Blæsensis*. Eodem anno Petrus in Galliis erat adhuc eo animo, ut quietam, liberamque vitam Regum amicitiis præferret, quas in Sicilia molestissimas expertus erat, *sumus* scribit ille ad fratrem (1) *enim frater in dulci Francia*; *Bonum est nos hic esse*; *Vivant in Sicilia Tyranni*, *qui proditiones*, & *venena procurant*, *mihi sufficit si illic vivam*, & *moriar ubi natus sum*, & *nutritus*; *vita circularis mihi data est*, *ut cum nascendi exordiis vitæ meæ limitetur excessus*, quibus addit, nunciatam ab iis, qui Hierosolymâ redierant, mortem Stephani Comitis, quem Falcandus anno MCLXIX Hierosolymam petiisse scribit, nuntiatumque celeberrimum terræmotum, quo Cat:nia eodem anno (2) subversa est. Diligenter docuit Joannes Busæus in vitâ Blæsensis, eum anno MCLXX in familiam Regis Anglorum adscitum statim Bathoniensi Archidiaconatu donatum fuisse *qui numerus si retro ineatur*, *ad septuagesimum*, *vel sexagesimum nonum nos revocabit* illius sæculi, *quo Angliam sit ingressus*, *certe a primo in Britanniam ingressu eum Bathoniensi Archidiaconatu donatum testantur pleræque &c.* moresque Aulæ pertæsum vix biennium in Regiâ illâ familia egisse, quam cum mo-

(1) *Epist.* 93.
(2) *Falcand*, & *Baron. ad ann.* 1169. *num.* 73. &c.

modestiore Richardi Archiepiscopi Cantuariensis permutavit, cui a consiliis, & epistolis fuisse illum Aulâ egressum testatur idem Petrus de Cussamuilla *sed mores Regiæ vanissimos brevi pertæsus cum de tranquilliore vitæ ratione ineunda cogitasset Aulam Regiam sæcularem cum Ecclesiastica Archiepiscopi Cantuariensis Richardi, qui S. Thomæ martyri successerat, commutavit, cui a consiliis, & ab epistolis fuit.*

III Haéc séries ést vitæ, rerumque géstarum Petri Blaésensis, quám tu, Guido, in Faventino libro (1) invertis impudentissime, ut possis epistolas ejusdem afférre, quæ inscriptionem habeant Archidiaconi Bathoniensis, etsì Petrus eas dederit illam dignitatem nondum adéptus; obtrudis enim nullo teste, nullo monumento, nullâ ratione, nullâ fronte, Petrum illum, cum ab epistolis, consiliisque esset Richardo Archiepiscopo Cantuariensi, Archidiaconum Bathoniensem nondum fuisse *nella lettera 27. piange il Blesense la morte allora seguita di S. Tommaso, e se ne mostra afflitto: dunque non aveva egli ancora ottenuto il posto di Cancelliere di Riccardo Arcivescovo Cantuariense, il quale successe al Santo Martire* dopo una *lunga vacanza di due anni, e mezzo, e tànto meno poteva allora aggiugnere al suo nome il titolo di Archidiacono di Batton, alla qual dignità passò assai dopo deposto il suddetto ufizio di Cancelliere, e però si fa evidente, che quel titolo è posto a capriccio dal Copista.*

IV Non pudorem modo, non frontem, non ju-

(1) *part. 2. cap. 5.*

Google

dicium, sed historiam desideramus Fraterculi nostri dum legimus illa, quibus se probasse ille sperat perperam a librariis additam inscriptionem Archidiaconi Bathoniensis epistolæ XXXVII scriptæ *al Priore del Monastero di Jumieges nella Diogesi di Roano scusandosi di non avergli rimandato prima il libro prestatogli conforme egli aveva promesso di restituirglielo il Sabato antecedente. Ciò suppone manifestamente, che il Blesense non fosse oltre mare in Inghilterra, ma nella Francia medesima, ed anche in un luogo vicino a Jumieges, per potere in una giornata, o due rendere il prestato libro a quel Priore, e però fu scritta quella lettera molto prima, che diventasse Arcidiacono di Batton in Inghilterra.* Vis ergo Guido eum, qui in *Nortmandia* esset, Petrum Blæsensem nondum in familiam adscitum fuisse Regis Anglorum, a quo est Archidiaconatu Bathoniensi donatus? Ignoras ergo, Regem illum Anglorum fuisse Ducem Normandiæ, cumque eo Ducatu ditiones amplissimas, quæ nunc sunt Gallici Regni pars magna, tenuisse, & sæpissime Reges Anglos in Galliis fuisse usque ad Christi annum MCCIII, quo ditiones illæ Galliarum Regno sunt restitutæ (1)? Ignoras ipsum Regis Anglorum, & Thomæ Cantuariensis in gratiam reditum in Galliis pactum fuisse (2) adeo-

(1) *Daniel. hist. de Franc. Henr. 1. Lovis 7. & 8. Philip. 1. & Aug. Guilelm. Brito. lib. 7. & 8. Matth. Par. hist. Angl. in Haroldo, Wilelmo Conqu. aliisque Vilelmus Malmesbur. de gest. Angl. Reg. lib. 2. 3. 4. Henric. Huntindon. histor. lib. 6. & 7. Rogerius Hoveden. annal. part. prior. &c.*

(2) *Gervas. Dorobor. lib. 3. hist. cap. 3. Polid. Virg. lib. 13. S. Thom. epist. 45. lib. 5.*

Digitized by Google

adeoque neque Thomæ Cantuariensis historiam celeberrimam tibi videndam esse, arbitratus es, de rebus audacter scribens, quæ ad Antistitem illum adeo pertineant, & Monachorum, Clericorumque valde intersint? Potuit ergo cum familiâ Regis Anglorum in Galliis esse Blæsensis jam Archidiaconus Bathoniensis, cum Priori illi scriberet de libro non reddito in eâ Diœcesi, quae Normandiæ adeoque ditionis Gallicæ Regis Anglorum caput erat, quale erat, estque Rothomagum. Eadem dicta sunto de epistola LIV, quam in Galliis scripsisse videtur Blæsensis, sese appellans Archidiaconum Bathoniensem.

V Debita vero Blæsensi a Jocelino Episcopo Sarisberiensi pecunia, quam idem Blæsensis epistolâ LI sibi solvi petiit Lutetiæ Parisiorum, cuinam argumento esse potest, Blæsensis nondum Archidiaconi Bathoniensis, qualis inscribitur epistolæ illi? Habesne, Guido, qui hocargumento utaris, legem aliquam, qua Bathonienses Archidiaconi Lutetiâ Parisiorum arceantur? Quot Archidiaconi, quot Archipresbiteri, quot etiam Episcopi Romæ, Lutetiæ, Windobonæ, Neapoli, Florentiæ, Venetiis, inque aliis Urbibus imperiorum capitibus quotidie sunt sæpe ob justas, sæpius ob minus justas caussas etiam postquam Tridentino Concilio, aliisque sæculis XV, & XVI Clericorum mores sunt emendati? Laudatissimus disciplinæ Ecclesiasticæ omnis ævi Scriptor Aloisius Thomasinus tertiam sui operis partem, librumque secundum in absentias Clericorum justas explicandas impendit, ejusdemque Blæsensis epistolis & exemplo non semel utitur; Qui legationem aliquam, qua Lutetiæ Blæsensis fungeretur, qui morbum, quo nativum cœlum ei fuerit necessarium, illius absentiæ causas fuisse, dixerit, non erit a te, Guido, re-

reprehendendus; auctorem enim habebit legationis, & morbi Petrum de Cussamuilla, cujus in vitâ Blæsensis hæc verba sunt *reversum in Franciam paullo post Henricus II ad se evocavit in Angliam*, *atque ad Regem Francorum magnis de rebus misit* = *quid aliud summa illa, quam exhibuit in morbis, & ærumnis patièntia? quid aliud cum Henrici II Anglorum Règis aulæ vale, ut securius saluti suæ consuleret?* Morbum, ob quem aulam Anglicam reliquerit, epistolâ CXLVII idem Blæsensis testatur *anxiabar ad mortem, jamque animæ, & corporis divortium certissime imminebat, sed intelligens Pater misericordiarum, quia datura esset mihi vexatio intellectum, spiritum iræ suæ cohibuit, & a me ambitionis spiritum exsufflavit. Adjuvit me Dominus, & ambitionis ardorem ros divinæ miserationis extinxit.* Antequam scriberet epistolam illam LI ad Jocelinum Episcopum Sarisberiensem Blæsensis, in Angliâ jam fuisse videtur, ubi Jocelinus ei pensionem annuam sponte & scripto promiserit *donatio quidem gratuita prius fuit & liberalis, sed quia in promissione scripturæ vinculum intercessit, ut annuum fieret beneficium, gratiam in necessitatem debiti convertistis.* Probabile est, Jocelinum, qui (1) peregrinus erat in Anglia, Italus enim erat, & variis rerum casibus agitatus fuerat, familiarem Règis pensione illâ annuâ donavisse, ut fautorem haberet. Neque enim merces esse potuit pensio illa, ut Grandius dicit, quod nepotes Jocelini Blæsensi docendi essent Lu-

te-

(1) *Petrus de Cussamu. in not. recent. ad epist.* 51.

Digitized by Google

tetiæ; prior enim eâ doctrinâ promissio illa fuisse videtur, nihilque commune esse inter pecuniam illam debitam, & nepotes Lutetiam doctrinæ causâ mittendos: & vero donatio appellata est illa promissio, quod non bene considerasse videtur Bulæus in Catalogo IV sæculi Academiæ Parisiensis, quem Grandius ne vidit quidem, dum disputat de Gallis sapientibus; quod vero præceptoribus datur mercés est non donatio, Pandectis ipsis testantibus (1). Quare nulla nos certa aut temporis, aut factorum ratio suadet, ut ex epistolâ LI detrahamus inscriptionem Archidiaconi Bathoniensis, cum potuerit illam scribere Blæsensis postquam eâ dignitate fuerat a Rege Anglorum donatus, cum nullus Codex careat illâ inscriptione, cum tuum sit, Guido, qui vulgatum Codicem emendas, certis probationibus pugnantem inscriptionem illam temporibus, & factis ostendere.

VI Quod vero scripserit Blæsensis se Bathoniensem Archidiaconum appellans in epistolâ LXXVIII *se primum inter primos fuisse, qui Blæsensem Ecclesiam restituerunt*, Grandius perperam argumentatur, non fuisse, cum illam epistolam scriberet, Archidiaconum Bathoniensem *cio mostra che poco avanti era stato Pietro Canonico di Blois, se pure non era tale anche allora, che scrisse tal lettera; e però non è credibile, che fosse Archidiacono di Batton, come s'intitola in essa; perche solo molti anni dopo la sua gita in Inghilterra fu investito di quell' Arcidiaconato* (2). Qui probas, Guido, eum

---

(1) *L. cum plures § ult. ff. de admin. & peric. tutor.*

(2) *Nuova disam. part. 2. cap. 5. num. 14.*

eum qui ſcribat, ſe inter primos fuiſſe Eccleſiæ Blæſenſis reſtitutorés, fuiſſe adhuc illius Eccleſiæ, aut paullo ante quam ſcriberet, Canonicum? potuit reſtitutio Eccleſiæ multorum eſſe opus annorum, quale fuit plurimarum Eccleſiarum; Piſanam majorem, ſcimus, anno MLXIV inchoatam, anno demum MCXVIII fuiſſe conſecratam (1); pluribus annis Templa Dominicanorum, Franciſcanorum, Auguſtinianorum Florentiæ eſſe conſtructa docent illius Reipublicæ monumenta (2); hoc tu Guido, qua ratione improbes, qui glorioſe profeſſus, te tuum Divo Michaeli dicatum Monaſterium reſtituturum, duobus proximis luſtris ſemper ædificaveris, nihilque adhuc confeceris aliud, quam ut ergaſtulum, equile, vivarium videatur, quod tu monaſterium moliris? Præterea dic, amabote, mi Guido, legiſtine illam tuam epiſtolam LXXVIII Petri Blæſenſis quam audacter adeo attuliſti? Ego vero, aut lectam illam a te eſſe, nego, aut hiſtoriæ te imperitiſſimum eſſe, confirmo. Verba illius epiſtolæ *expreſsâ ſiquidem pietatis imagine Dominum Joannem Epiſcopum Carnotenſem miſit Dominus pro ſalute noſtra, ut reædificentur muri terrenæ noſtræ Hieruſalem* oſtentant celeberrimum Joannem Satisberienſem qui in Carnotenſem Epiſcopatum Wilelmo ſucceſſit anno MCLXXVI, ut Radulphus tradit, aut anno demum MCLXXVII, ut Gervaſius, ut Robertus de Monte teſtantur *Wilhelmus* ſunt hujus verba ad annum MCLXXVII in

(1) *Tronc. annal. Piſ. ann.* 1063, & 1114.
(2) *Ammirat. Stor. Fior. tom.* 1. *lib.* 3.

in auctario ad Sigebertum, *frater Comitis Theobaldi Archiepiscopus Senonensis & Episcopus Carnotensis translatus est ad Phemensem Archiepiscopatum, & successit ei Senone Præpositus Antissiodorensis Guido nomine. In Carnotensi urbe Joannes Sarisberiensis, vir honestus, & sapiens, qui prius Clericus Theobaldi Cantuariensis Archiepiscopi fuerat*; Blæsensis Ecclesia illa erat in Diœcesi Carnotensi, nam nostris primum temporibus donata est ab Innocentio XII Pontifice maximo Romanorum Ecclesia Blesensis Episcopo, & ab Ecclesia Carnotensi distracta (1). Ergo *Blæsensis* Ecclesiæ restitutio posterior est anno MCLXXVII, & Bathoniensi Petri Archidiaconatu.

VII Supersunt illa expendenda, quæ Grandius de epistolâ XXVI Petri Blæsensis disputavit, quam ex me mutuatus erat indicante illi antiquissimam epistolarum Petri Blæsensis in qua Pandectæ memorentur, quamque ille epistolæ CXL præferre debuisset, quærens in Blæsensi antiquissimam Pandectarum mentionem. Sed & si Grandius in Faventino libro (2) de hac epistolâ multum garrierit, multa duxerit argumenta, unâ tamen omnia illa concident simul ac negavero, retinendam esse in epistolâ illâ XXVI mentionem Archidiaconi Bathoniensis, eamque mentionem habendam esse, affirmavero, in inscriptione epistolæ CXL; Abest in plerisque Codicibus titulus Archidiaconi Bathoniensis ab inscriptione epistolæ XXVI. Doctus vir Petrus de Cus-

 sa-

(1) *Piganiol de la Force Descript. de la Franc. tom. 5. pag. 169.*

(2) *Nuova disam. part. 2. cap. 6.*

famuilla detraxit huic epistolæ titulum illum *male in titulo habetur Archidiaconus Bathoniensis; non dum enim in Angliam profectus erat, cum hæc scriberet Blæsensis, sed Parisiis adhuc Theologiæ operam dabat, ut ipsemet fatetur in epistolâ. Titulus tamen legitur in sorton.* 1. *Mazzarin.* 1. *&* 2, *& Merlin, non autem in aliis*. Ex plurimis itaque exemplaribus, quæ habentur epistolarum Blæsensis, cum in unius Lutetiæ Bibliothecis viginti, & amplius ea esse, affirmet Petrus de Cussamuilla (1) *quominus mirum est, tot ipsarum MSS exemplaria ubique terrarum disseminata esse, ut in solâ Urbe Lutetiâ viginti, & amplius reperiantur*, quatuor duntaxat in epistolâ XXVI inscriptionem illam habent Archidiaconi Bâthoniensis, quæ in omnibus exemplaribus inest epistolæ CXL. Adeoque vides, Guido, quæ tibi spes supersit duas illas epistolas XXVI & CXL æquandi, protandique Lectoribus tuis argumentationem illam tuam, quam his verbis concludis *dal che apparisce non esservi maggior ragione, per cui debba riferirsi più tosto alla lettera 26, che alla 140 la prima menzione delle Pandette, potendo essere ambedue scritte nel medesimo tempo, o forse ancora prima questa di quella, non avendosi indizio nè dal titolo ad ambe comune di Archidiacono Battoniense, nè dalle cose in esse trattate a qual anno appartengono precisamente*. Credibile est, eos, qui in isthæc nostra incident, esse Guido, fidem habituros Petro de Cussamuilla, qui Judex est multò te justior, cujusque in hac lite nulla res agitur. VIII

---

(1) *Præf. ad opera Petri Blæs. in elencho operum 4. Bibliot. Patrum tom. 24.*

VIII At, inquit, epistolam XXVI anno MCXLVIII scriptam esse, adeoque Blæsensem Gratiano priorem esse Pandectarum laudatorem. Jam vidimus, Grandium ignorasse, hac XXVI Blæsensis epistolâ laudatas Pandectas, fuisse eam a me illi indicatam, qui epistolam CXL duntaxat Blæsensis attulerat, quam in Glossario repererat Latino-barbaro. Qui librum Faventinum Grandij legerunt, (1) illa viderunt pariter, quæ opponit epistolæ XXVI a me prolatæ (2) *vi prego a riflettere, che siccome il nome di Codice conviene non solamente alla raccolta di Giustiniano, ma ancora a quella dell' Imperator Teodosio, oltre gli antichi Codici Gregoriano, ed Ermogeniano, così quello de' Digesti non sempre indica le Pandette, essendo nominati in queste medesime i Digesti di Giuliano, di Marcello, di Celso, di Scevola, di Alfeno Varo*. Ergo negat hoc loco Monachus epistolâ illâ XXVI Justiniani libros appellari, qui in Vindiciis scipserat de illâ epistolâ *unicam in exemplum affero epistolam 26, quæ nostro proposito magis congruit, atque ostendit Petrum Blæsensem, dum Bononiâ redux, ubi Juris Civilis scientiæ operam dederat, Parisiis adhuc Scholasticum ageret Theologiæ studio intentus, Digestorum opus commemorasse* (3). Si Monachum audimus, epistola XXVI & est aptior, propositoque primæ mentionis Pandectarum magis congruit, quàm epistola CXL, & nos

(1) *Nuova disam. part. 2. cap. 6.*
(2) *Nuova disam. part. 2. cap. 6. num. 1.*
(3) *Vind. pag. 8. & 9.*

epistolam XXVI expendentes debemus *riflettere, che il nome del Codice conviene non solamente alla raccolta di Giustiniano &c.* nunc igitur epistola XXVI apta est monstrandæ primæ mentioni Pandectarum, nunc suspecta. Nos quo breviores simus, Lectoribus videndam relinquimus illam epistolam, quæ ad alios, quàm Justiniani libros pertinere non potest. Protinus inspiciamus qua ratione eam epistolam Grandius juniorem effecerit decreto Gratiani. Qui, inquit, in eâ epistolâ Blæsensis scribat, se Parisiis Theologiæ operam dare, absolutâ jam Bononiæ juris doctrinâ, vicennis esse debuit, cum véro anno MCXCVIII septuagenarius esset, jam constat, ad annum illius sæculi XLVIII epistolam illam esse referendam (1) *dum junior esset, puta vicennis circiter, adeoque circa annum* 1148, *quo tempore nondum completum fuisse Gratiani Decretum, sed tantum anno* 1151 *publicatum, plerique autumat. Enim vero anno* 1198 *se valde senem, ac termino vitæ propinquum esse, conqueritur Blæsensis ep.* 149; *Itaque si septuagesimum annum duntaxat habuisse, tum supponatur, vicesimus ejus ætatis annus in prædictum annum* 1148 *incidisset.* Hæc Guido, oblitus a se non hanc epistolam, sed epistolam CXL primo ex Glossario Latino-barbaro prolatam; adeoque non de epistolâ XXVI disputandum nobis esse, sed de CXL quam ego inepte dixeram a Grandio allatam, & Gratiani Decreto longe posteriorem; epistolam vero XXVI a me ei fuisse indicatam in méo libro Lucénsi ubi hæc ver-

---

(1) *Vind. pag. 9.*

verba sunt *si Blæsensis* (1) *epistolas legisset ut videri voluit, potuisset epistolam vicesimam sextam ejus afferre, in qua non modo Digestorum nomen est, sed & seis citantur leges, ut juris definitio quædam confirmetur; attulisset epistolam* LXXI, *in qua totâ elegantissime disputat de jure emptoris in rem emptam priusquam tradatur, & multa ex Digestis capita profert*. Sed esto quidquid Monacho nostro libuerit, ejus premamus vestigia, quocunque transversus agatur. Falsum est, anno MCXLVIII scriptam esse epistolam XXVI, eoque anno studuisse Blæsensem Theologiæ. Jam vidimus, epistolâ XXII eundem fassum esse se Theologiæ præceptorem habuisse Lutetiæ Joannem Sarisberiensem. Joannem autem hoc munere functum, docet Petrus de Cussamuilla (2) postquam ex Italiâ redierat, ubi cum Hadriano IV Pontifice maximo Romanorum diu vixerat familiariter *quantâ autem apud eumdem Hadrianum libertate loquendi, ipso Summo Pontifice jubente, uteretur; ipsemet declarat in Policratico. Reversus Parisios aliquando Doctoris munere in Academiâ perfunctus est, ubi inter discipulos habuit Petrum Blæsensem, qui propterea eum sæpe magistrum suum nominat*. Cum Hadriano erat adhuc Sarisberiensis anno MCLVI; Fuit Hadrianus bis in Apuliâ, qua appellatione Regnum universum Neapolitanum tunc temporis comprehendebatur (3), ibique tandem cum Rege Siculo pacem iniit eo anno

(1) *Epist de Pand. ad Academ. Etrusc. pag.* 88.
(2) *In notis recent. ad epist. Blæsensis* 22.
(3) *Frecc. de Subf. lib. 1. cap. de antiqu. stat. Rep. p.* 57. *Tutini de contest. p.* 36.

no MCLVI (1). Testatur id ipse Sarisberiensis in Policratico *memini, me caussâ visitandi Dominum Hadrianum Pontificem quartum, qui me in ulteriorem familiaritatem admiserat professum in Apuliam, mansique cum eo Beneventi ferme tres menses* (2) *Apuliam secundo peragravi* (3). Hæc annorum ratio jam efficit, ut docuisse Sarisberiensis videatur Lutetiæ Theologiam anno primum MCLVII, & ad tempus, quod illum annum secutum est, referenda esse epistola Blæsensis XXVI. Certum est, Sarisberiensem anno MCIL discipulum adhuc fuisse Lutetiæ, quem tu, Guido, vis fuisse anno MCIIL in eâdem Academiâ Doctorem. Fatetur ipse Sarisberiensis, se anno altero a morte Henrici primi Regis Anglorum Lutetiam doctrinæ caussâ petiisse, adeoque anno MCXXXVII, duodecimque annos in Grammatices, Rhetorices, Dialectices, Theologiæ studia impendisse (4), quo fit, quod dicebamus, anno MCIL Parisiense studium a Sarisberiense fuisse absolutum; hæc ex ipsius Sarisberiensis monumentis Claudius *de Fleuri* in historiâ Ecclesiasticâ apte collegit (5). *Venit Lutetiam juvenis anno altero ab Henrici primi Anglorum Regis morte idest anno* MCXXXVII; *Ibi Dialectices Doctores habuit Petrum Abailardum, & Albericum Rhe-*

---

(1) *Baron. ad ann. Chr.* 1156. *num.* 1. & 10. *ibiq. Pag. num.* 1.
(2) *Lib.* 6. *cap.* 24.
(3) *Metalog. lib.* 3. *in princ.*
(4) *Metalog lib.* 2. *cap.* 10.
(5) *Lib.* 70. *num.* 35.

Digitized by Google

Rhemensem. *Inde Grammaticam eum docuit Wilelmus Conchensis, & multa Richardus; Reversus inde est ad Dialecticen, & Theologiæ Doctore usus est Gilberto Porretano, quo ad Episcopatum Pictaviensem evecto anno* MCXLI *Theologiam doctus est Sarisberiensis a Roberto Pullo, & Simone Pexiacensi. Exegit itaque in his studiis ille duodecim annos, idest usque ad annum* MCIL. Jamque videmus, epistolam XXVI Petri Blæsensis ante annum MCL, quo Gratiani Decretum editum est, datam esse non potuisse; Debuit enim post annum MCIL, & celebrari scientia Sarisberiensis, & incurrere in oculos ipse hominum, & Blæsensem commovere, & Blæsensis idem aliquod tempus jam dedisse Theologiæ, quo tempore ad Condiscipulum Bononiensem scriberet de prælatâ a se Bononiensi Jurisprudentiæ Parisiensi Theologiâ, de amore temporis intervallo minime deminuto, de dilatâ epistolari salutatione, quæ sunt in epistolâ, quam expendimus, quamque inscriptione illâ Archidiaconi Bathoniensis spoliandam esse, illud etiam docet, quod scribit ibi Blæsensis, se non multum in Theologiâ esse progressum *adhuc tamen quia nondum dilatavi gressus meos in lege Domini, lectioni Codicis, & Digestorum plerumque ad solatium non ad usum, tempus vacationis impendo.*

C A P. VIII.

Gratianum Decreti auctorem, alium esse a Gratiano Cardinali.

HÆc Grandium fere moverunt; jamque epistolæ CXL Petri Blæsensis tempus tribuisse, videtur

detur

detur, posterius anno MCLXXI (1). Sed ne victus ideo videretur, ad reprobatas aliquas Scriptorum traditiones tandem desiluit. Obtrudit itaque, Decretum Gratiani anno illo pariter esse posterius, aut post illum annum adjectas a Gratiano leges Digestorum, qui vixerit usque ad annum MCCIV. Vitam Gratiani istam ut probet, affert Justi Fontanini sententiam (2) de Gratianei Decreti auctore, qui fuerit Gratianus ille Cardinalis Ecclesiæ Romanæ Notarius, qui Innocentii III quoque epistolis, decretisque subscripserit anno MCCIV, titulumque usurpaverit usque ad illum annum Sanctorum Cosmæ & Damiani *non desunt* ita Grandius *qui Gratianum Petro Blæsensi superstitem vixisse, scribunt, saltem usque ad annum 1204, uti necesse est statuere, si Gratianus noster idem sit cum Magistro Gratiano Cardinali Diacono SS Cosmæ & Damiani, ut ex Alberico Monacho trium fontium tradit eruditissimus Præsul Justus Fontaninus.*

II Alberici auctoritate unâ Scriptoris Galli, fundatur dignitas illa Gratiani, cui ætas adscribitur annumMCCIV prætergressa; Albericus ergo prodeat, cujus verba Fontaninius, & Grandius datâ operâ omisisse videntur *item in eodem anno Imperatoris Friderici quinto, quidam Magister egregius Omnibonus nomine, librum de concordantiâ discordantium canonum diligentissime ordinavit in duas partes, primam partem in sexdecim distinctiones, secundum in causas triginta septem per quæstiones dispersas satis arti-*

---

(1) *Vindic. pag.* 11.

(2) *In præfat. ad Gratiani Decretum reformatum per Turrecrem. num.* 8.

artificiose positas. Et hic liber a nomine auctoris Omne bonum *appellatur. Et hunc secutus est, tempore Alexandri Papæ, Gratianus Cardinalis, qui multa addidit, ita quod de sexdecim distinctionibus, centum distinctiones fecit, & per ipsum ista doctrina facta est magis authentica* (1). Nullus itaque Scriptor Italus ante, aut post Albericum, Omnibonum illum novit, nullus laudavit, nullus Omne illud bonum commemoravit, nullus Decreti auctorem Gratianum appellavit Cardinalem; Omnes Gratianum totius Decreti auctorem Magistrum duntaxat appellaverunt (2), omnes Eugenio III Romanam Ecclesiam administrante, non Alexandro, Decretum Gratiani editum fuisse, docuernnt (3). Cardinales Sanctorum Cosmæ, & Damiani ab anno MCL ad annum MCLXXVIII fuerunt Bernardus, & Boso, seu Bonifacius (4): Cum vero Obertus de Horto qui libros Feudorum composuit, anno MCLIV Consulatu Mediolani fungeretur, probabile est, eum illo anno senem libros illos jam composuisse, aut

Ll in

---

(1) *Leibnitius Accession histor. tom. 2.*

(2) *Mastrict. histor. Eccl. num. 332. & 333. Struvius histor. jur. cap. 7. §. 17. Riccobald in Corrado II rer. Ital. tom. 9.*

(3) *Calderin. in proem. Decretal. Card. Alex. in præfat. Decr. Cod. Vatic. antiquis. apud Baron. n. ad ann. 1151. num. 6. Hugutio in can. post appellationem, §. forma 2. qu. 6. Bernardus Guid. in vit. Eugenii III Riccobald. in Pomærio.*

(4) *Joann. Sarisber. in Policrat. lib. 6. c. 24. Radevic. de gest. Frider. lib. 2. cap. 57. Baron. ad ann. 1157. num. 3. Labbe tom. 10. Conc. ep. 10.*

Digitized by Google

in iis agendis fuisse (1), in quibus apertis verbis Gratiani Decretum laudat non *Omnis boni*, sed *Decretorum* appellatione, qua Gratiani (2) opus ferebatur *in epistola Filiberti Episcopi in Decretis caussa vicesima secunda de forma fidelitatis &c.* indeque descripsit *can. de forma 22 qu.4.* (3). In quo mirari subit Guidonis frontem, qui in libro Faventino (4), ut evitaret argumentationem hanc ex libris Oberti ductam, aut ex ipsis Fulberti Carnotensis libris, aut ex Pannormia Ivonis formam illam *fidelitatis* acceptam fortasse fuisse ab Oberto dixit *Oberto dall' Orto può aver presa quella forma del giuramento di fedeltà inserita ne i libri feudali, o immediatamente dalle opere di Fulberto Carnotense, o dalla Pannormia d' Ivone, con cui conviene appunto in chiamare quel Vescovo Filiberto, e non da Gratiano, la citazione di cui può essere stata dopo introdotta nel testo*. Qui ea, quæ fieri potuerunt, iis præfert, quæ facta videmus, nullâ ratione, nullo teste, nullo monumento fultus, quo aberrare possit, quæ monstra historiarum parere, ii judicent, qui rem literariam, publicam, sacram gubernant. Interim donec ille sapere incipiat, certum esto inter annum MCLIV, & MCLXX Decretum Gratiani lectum fuisse ab Oberto, quo tempore Cardinalis Sanctorum Cosmæ, & Da.

---

(1) *Asti lib. 2. cap. 6. Otto Friring. lib. 2. cap. 13. de gest. Frider.*
(2) *Mastrict. histor. jur. Eccl. num. 305.*
(3) *Lib. 2. Feud. tit. 6.*
(4) *Nuova disamina part. 2. cap. 7.*

Digitized by Google

& Damiani Bernardus fuit, aut Bonifacius, nondum Gratianus.

III Qui res historicas prudentius tractaverunt, cives, qui patriæ suæ historias scripserint, ubi nulla eorum utilitas, nullum versetur odium, extraneis præferre solent. Doctus Baronius *potius*, inquit (1), *standum esse Scriptoribus Gentilibus de rebus Judaicis, quam propriis, nemo dixerit*. Severissimi Scriptor judicii Joannes Mariana (2) *potius æstimare æquum est, res suas melius habuisse exploratas, quam alios*. Idem scripsit doctissimus Cardinalis de Aguirre (3) *in iis, quæ spectant ad purum factum alicujus particularis regionis, non tam debere attendi judicium exterorum, licet antiquiores sint, quam indigenarum, in quibus quasi per manus transmissæ servantur traditiones peculiares; Exteri enim nequeunt tam bene nosse quid in unaquaque regione acciderit, ac ii, qui ibidem nati sunt*. Adeoque bene, ac prudenter Abbas Langletius historicam rationem exigens, negat, fidem Tacito, Justino, Suetonio res Judæorum narrantibus esse adhibendam, Avilæ, & Bentivolo res Gallicas, aut Vossio, aut Pallavicino (4). Quum itaque Albericus ea de rebus Italis scripserit, quæ conveniant cum iis, quæ Scriptores Itali tradiderunt, illum excipiemus, cum contraria scripserit Italicis traditionibus unus, præteribimus. Hugutio circa Bono-

---

(1) *Ad annum Ch. 46. num. 6.*
(2) *De advent. S. Jacob. in Hisp. cap. 10.*
(3) *Tom. 1. Conc. Hisp. dissert. 9. exc. 9.*
(4) *Method. pour estudier l' Histoir. tom. 2. cap. 57. §. 3.*

niam, ubi Decretum compositum a Gratiano est, vixit eo ipso sæculo, quo vixit Gratianus, & a Gratiano Decretum editum fuisse, scribit circa annum MCL *iste liber editus est docente Jacobo Bononiense in Legibus, & Rolando in Theologiá, qui fuit postea Papa Alexander* III, *& fuit anno Domini* MCL *ut ex Chronicis patet* (1). Anno MXCVI, fatetur Grandius (2) Hugutionem hunc jam ad Episcopatum Ferrariensem evectum fuisse. Sepulcralis inscriptio, quæ in æde D. Petronii renovata est, annum habet MCLI *Gratiani* (3) *Clusini Cæsarei juris, & Pontificii Enucleatoris prope Divini, qui Monachus in Martyrum Felicis, & Naboris æde absolutissimum ibi opus Decretorum anno Gratiæ* MCLI *compilavit, sepulcrum, quod illic Curiæ ruderibus absorptum, hic magnificentius renovatum, Jo: Franciscus Aldrovandus Bonon.* IIII *Dictator ære publico instauravit anno salutis* MIID. Idem tempus in Codice Gratiani antiquissimo designari, scribit Baronius (4). Riccobaldus, qui pariter circa Bononiam vivebat eodem fere tempore, quo circa Leodium ille Albericus, Conrado imperante Decretum a Gratiano editum fuisse, scribit in Pomario (5) *Eugenius Tertius signum Crucis indulget Militibus S. Mariæ de Templo; Senatus*

Ro-

---

(1) *Gloss. in can. post appellationem* 2. *qu.* 6.

(2) *Epistol. de Pandect. pag.* 61.

(3) *Struv. hist. Jur. cap.* 7. §. 14. *in not. Mastrict. histor. Jur. Eccles. num.* 329.

(4) *Ad ann. Ch.* 1151. *num.* 6.

(5) *Tom.* 9. *rer. Italic. in cap. Conradus secundus pag.* 124.

Digitized by Google

Romanus innovatus est anno MCLI; *Gratianus Monachus de Clusio Civitate Thusciæ natus, Decretum composuit apud Bononiam in Monasterio S. Felicis*. Eodemque tempore Sigfridus Presbiter in epitome anno Ch. MCLIV Decretum jam a Gratiano compositum fuisse (1), in Germania scribebat, ubi nemo Omnibonum illum commemoravit, non Dodechinus, non Anselmus, non alii ætate illi posteriores. Valeat itaque Albericus ille cum Omnibono suo, quem Italus nullus agnovit. Quid enim in eum peccemus, si Belgæ, aut Germano de facto Italico eamdem fidem adhibeamus, quam adhibemus Tacito de Phœnice, quam *aspici* aliquando in Ægypto, non ambigi, affirmat in annalibus (2), de asino Hæbræorum (3), de quo in historiis scripsit, quæ a vero sunt alienissima. Norunt eruditi homines, sæculis illis barbaris, quæ Alberico proxima retro fuerunt, admirabilia potius, quám vera Scriptoribus Monachis placuisse, & nihil magis quám judicium illis defuisse; itaque omnia eorum temporum monumenta plena esse miraculorum, somniorum, eventuum præter naturæ ordinem, factorum, quæ usus & communis vita ferre non solet *mihi visus est*, inquit doctus de Fleuri de illis sæculis (4) *admirabilium gustus occupavisse gustum veritatis*, cum magna doctrinæ copiâ hæc ipsa per-

(1) *Lib. 1. tom. 1. rer. Germanic. a Pistorio Nidano collect.*

(2) *Lib. 6.*

(3) *Lib. 5. histor.*

(4) *Disc. 3 sur l'histoir. Eccl. num. 2. tom. 13. histoir. Eccl.*

persequeretur. Notum est, opus Gratiani primum sine certo auctoris, operisque nomine prodiisse, aliis Concordantiam illud appellantibus, sicut Ivonis alii Decreta, alii exceptiones appellaverunt (1). Ejus pretium deprædicantes Monachi facile jactarunt fabulosum illud Omne bonum quemadmodum paullo ante simile opus Gregorii Presbyteri multus fructus, seu πολύκαρπος est appellatum (2), dum alii sua Pannormiam, alii Populetum, alii speculum, alii aliis nominibus, ob quæ vadimonium deseri possit, vocitarent antiquâ ineptiâ (3). Quis vero fabulam in nomine Omnis boni ab Omnibono auctore operi indito non odoratur? Quis hoc cum Græcorum fabulis de Italiâ ab Italo Rege appellatâ, de Tyrrhenia a Tyrrheno, de Hellade ab Helle Deucalionis, Dardaniâ a Dardano, Bithynia a Bithyno, Persiâ a Perseo, Ægypto ab Ægypto Danai Fratre non comparet? Leges vero, legumque conditores maxime miscéri fabulis consueverunt. Non tulit Minos, non tulit Numa sine fabulâ leges; Non sivit Accursius, sine fabula esse jus duodecim tabularum. Quot de Irnerio fabulæ narratæ sunt? Gratianus ipse Lombardo, & Comestori frater maxime a Monachis datus est, qui fortasse ludere ex Gratiâ, & Gratiani nomine volentes, Omnibonum illum appellaverunt; unde factum, ut ignarus fabulæ Albericus, cum & Gratia-

(1) *Anton. Aug. de emend. Grat lib. 1. dial. 1. ibiq. Baluz. Idem Baluz. in præfat. ad notas suas ad emend. Aug. num. 24. & 25.*

(2) *Mastriã. hist. jur. Eccl. num. 274.*

(3) *Plin. in præf. hist. nat.*

tianum audiret operis auctorem ferri, & Cardinalem eodem fere tempore eodem nomine celebrari conflavit narrationem illam suam de Omnibono, & Gratiano Cardinali. Gratianus autem ille Cardinalis celeberrimus est Eugenii III Pontificis maximi Romanorum Nepos, Notarius Ecclesiæ Romanæ, & bis ad Anglorum Regem de Thoma Cantuariensi Legatus (1). Nepotem Eugenii III appellat hunc Gratianum Baronius (2), & æqualis Joannes Sarisberiensis (3) *& quidem si Gratianus, ut jam dicitur incœpisse, viriliter egerit, tandem* Rex *acquiescet sano judicio, vel invitus. Est tamen spes multorum quod filius gratiæ, cui ex se nomen est, & B. Eugenii Nepos recte incedet ad veritatem Evangelii, & Apostolicæ Majestatis gloriam &c.* eoque adstipulari Troncio, Ciacconio, Chiffletio Scriptor uterque videtur, qui Pisanum Gratianum illum Cardinalem fuisse, tradiderunt, qui Pisano fuerit Eugenio Nepos (4). Troncii, Chifflettii, & Ciacconii fidem Fontaninius sine ratione ullâ, Grandius vero eâ elevavit, quod Joannes Sarisberiensis in epistolâ a Baronio descriptâ compatriotam suum Gratianum Cardinalem appellaverit (5) *desiderabam reverâ meum videre cognominem, & quod magis est, compatriotam*

(1) *Tronci annal. Pis. pag.* 143. *all' anno* 1178. *Baron. ad ann. Ch.* 1169. *num.* 6. *Fleuri in hist. Eccl. tom.* 15. *lib* 72 *num* 5.

(2) *Ibid. num.* 5.

(3) *Epist.* 281. *tom.* 23. *Biblioth. PP.*

(4) *Annal. Pis. pag* 147.

(5) *Baron. ad ann. Ch.* 1169. *num.* 10.

Digitized by Google

tam, *& quodammodo Fratrem Gratianum*, *cujus tu a S. R. Papa Eugenio Ferentini decretus es institutor. Illum Fratrem dixerim confidenter*, *cum quo mihi fidei*, *& societatis sunt jura communia. Licet nos non ediderit una Civitas*, *patriam tamen nobis esse unam non ambigis*, *qui patriam fortium*, *quæ nobis individua est*, *& quam Charitas ostendit*, *reducis ad animum*. Hæc ita Grandius in Faventino libro intérpretatur (1) *ecco che il Sarisberiense chiama quì Graziano dello stesso nome*, *perchè Giovanni significa Grazia*; *Lo chiama in qualche modo*, *e per confidenza suo fratello*, *ma assolutamente*, *e con maggior proprietà lo dice Compatriota*, *e Paesano*, *come nato*, *se non nella stessa Città*, *almeno nella stessa Provincia*, *Patria de' Forti*, *cioè l' Inghilterra*. Adeone Guido, peregrinus es in re Ecclesiasticâ, ut ignores, eorum temporum Scriptores plerumque, & verbis, & sententiis Sacrorum librorum, Patrumque majorum gentium esse loquutos? Ignores, Sarisberiensem Thomæ Cantuariensis amicum, & familiarem, Regi Anglorum, & plerisque Anglis fuisse adversarium, adeoque Gratiano illi, qui Thomæ favit, Thomamque, & Ecclesiastica jura contra Regem, Regnumque alacriter propugnavit, conjunctum, eâque de caussâ Civem, cum eâ Civitate, quam fortitudo, & charitas copulabat, uterque contineretur? Ignores, Paulli sententiam, eos, qui unius religionis spiritu junguntur unius haberi Civitatis Cives, *ergo jam non estis hospites*, *& advenæ*, *sed estis Cives Sanctorum*, *& Domestici Dei*, ita ille ad Ephesios (2) *acces-*

(1) *Part. 2. cap. 7. num. 7.*
(2) *Cap. 2.*

Digitized by Google

accessistis ad Civitatem Dei viventis Hierusalem Cœlestem ita ad Hæbræos (1)? Ignorés celebres illas in re Ecclesiasticâ Civitates ab Augustino constitutas (2) *fecerunt Civitates duas amores duo, terrestrem scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, cœlestem vero amor Dei usque ad contemptum sui*? Nonne vides patriam illam, quam Sarisberiensis se cumGratiano communém habere dicit, fortitudine, & charitate æstimari *patriam fortium, quam Charitas ostendit*. Credisne, a gravissimo viro, qualis erat Joannes Sarisberiensis, Angliam illam, cujus pars maxima Thomæ Cantuariensi adversabatur, Patriam fortium, charitate conjunctam fuisse appellandam?

IV Cæterum Fontaninius perspicue fatetur, Gratiani Decretum anno MCL editum esse *tempus quo Gratianus Decreta sua congessit, Hugonio ad caus. II qu. VI can* XXXVI *his verbis designat; liber iste compositus est Domino Jacobo Bononiensi jam docente in scientiâ legali, & Alexandro III Bononiæ residente in cathedrâ magistrali in Divinâ paginâ; Atqui Jacobus ibidem adhuc docebat anno Domini* 1150 *ex Guidone Pancirolo in lib. II de claris legum interpretibus c* XVI (1) & volumen Gratiani affert a Wilelmo Episcopo Cenomanensi Ecclesiæ suæ dono datum, qui anno MCLXXXVI occubuerit, ex actis Episcoporum Cenomanensium,

M m quæ

(1) *Cap.* 12.
(2) *De Civ. Dei lib.* 14. *cap.* 28.
(3) *Præfat. ad Decret. Turrecrem. cap. IV in fin.*

quæ inter Mabillonii Analecta vulgata sunt (1), & Joannis Columnæ Archiepiscopi Messanensis testimonium, qui Gratianum claruisse, scripsit, dum Conradus Germanis imperaret, Pontifices vero Romanorum maximi essent Innocentius II, & Eugenius III. Quamobrem vix est, ut credamus, Alberico fidem adhibuisse Fontaninium, & Gratianum Decreti auctorem, qui illud ediderit anno MCL, & claruerit eo tempore, Gratianum illum Cardinalem esse, existimare, qui anno MCCIV adhuc superesset, Notariatu Pontificum fungeretur, & Eugenii III nepos fuisset, qua cognatione Gratianum Decreti auctorem ornavit nemo. Neque enim Fontaninium ignorasse, existimamus, quod Baronius ex epistolâ Sarisberiensis allatâ docuit, Eugenium jam Pontificem instituendum tradidisse Anglo illi Episcopo nepotem suum Ferentini; Qui enim fieri potuit, ut qui post annum MCXLV, quo Eugenius III est ad Pontificatum evectus, præceptore indigeret, anno MCL tantum opus, quantum Decretum est, absolvisse, edidisse videatur? Minus id fieri potuisse videbitur, cum Eugenium Ferentini fuisse, compererimus, e Galliis reversum annis MCL, MCLI, & MCLII, quibus Anonymus Cassinensis, & ejusdem Eugenii epistolæ Româ excedere coactum in agro Romano, qui hodie Campaniâ dicitur, illum mansisse, testantur (2).

V At non desunt, ait Grandius, qui Decretum editum fuisse, ferunt, anno MCCXV, quod in Pon-

---

(1) *Pag. mi.* 331.
(2) *Francisc. Pag. in vit. Eugenii III.*

Pontificali libro Antonii Augustini hæc legantur (1) *scilicet* MCCXV *Gratianus Monachus de Clusa Civitate Thusciæ natus, Decretum composuit, ut dicit Huguvion feria qu. 6. c. for. Floret etiam magister Petrus Lombardus, qui sententias composuit.* Subjicit his Guido noster (2) *quomodo patet, non deesse fundamenta* (*licet mihi minime probentur*) *asserendi, totis quindecim post Blæsensis obitum annis hoc opus Gratiani publicatum fuisse.* Verum quæ fundamenta illa erunt, Guido, quæ ne tibi quidem probantur? Cur affers, quæ non probas? Cur abuteris tempore, abuteris æqualibus tuis, abuteris posteritate? Putasne, nos omnes esse te stultiores, & probaturos ineptias, quas ne tu quidem ineptissimus homo probaveris? Putasne nos eos esse quibus imponere literarii vos augures possitis? Neque vero nos Judices Cluentiani sumus, neque tu Cicero. Si hæ tibi ineptiæ, necessariæ fuerunt, ut reprehensus antelati Gratiano Blæsensis effugeres, præstabat errasse fateri, quám absurdioribus absurda contegere. Ne sit Lectoribus fossore opus, qui fundamenta illa subvertat, eorumque vitia declaret, integrum Augustini locum attulisse sufficiat. Respondet allatis verbis Galesus *si hæc vera sunt, cur in eo libro nihil est post Innocentium minorem conscriptum? A. Quæratur locus in formulis appellationum, & Apostolorum. B. In libro Antonii Democharis sic est* pridie Kal. Maij anno Dom. incarn. MCLXI indictio IV, *& in marg.* alias MCV feria IV. *His addit Contius sic in meo scripto C. In*

Mm 2 *alia*

(1) *Lib. prim dial. 9.*
(2) *Vindic. pag. 11.*

alia vetere editione est etiam MCV fran. IV *inepte pro feriâ* IV. Dicit Hugo, quod hic est falsa litera quia non sunt tot anni, quod liber iste compositus fuit. Fuit enim editus docente Jacobo Bonon. in legib. & Alex. in theologiâ, qui fuit postea Papa Alex. III, & fuit anno Domini MCL ut ex Chronicis patet. *A. Habeo alia scholia vetustiora. Cura ut liber afferatur C. Eadem est scriptura numeri* MCV feria IV, *& in margine hæc sunt*. Non currebat annus iste incarnationis tempore Gratiani, cum & ipse inseruit huic operi capitula Innocentii II, qui paullo præcessit Alex.contemporaneum Gratiano. *A. Ex his apparet, deceptum fuisse illum Historicum, & pro* Hugone *sive* Hugutione secunda qu. VI. c. forma *illa monstra peperisse*. Ergo confirmat Augustinus hoc loco, quod est hodie omnibus persuasum, Decreti editi tempus esse ex Hugonis illâ traditione constituendum. Pontificalis itaque illius libri auctor, qui anno MCCXV eam editionem adjicit, quique Hugonem perperam acceptum attulit testem, si Hugonem emendatum vidisset, abjecisset illum annum MCCXV, quem jam nullo testimonio sustentatum perspexisset. Hoc habendum, si aliquem ei historiæ gustum fuisse, credamus, qui anno MCCXV & Gratiani Decreta, & Lombardi sententias compositas fuisse, scribat, quas ante annum MCLX editas fuisse, omnibus est in comperto, teste maxime Othone de S. Blasio (1), & Bulæo (2), cum postquam ejus libri, & sapientiæ famâ orbem im-

(1) *In appendice cap. 12. ad ann. 1158.*
(2) *Sæc.* IV *Acad. Par. in catalogo cap. Petrus Lombard.*

Digitized by Google

implevérat, fuerit anno MCLX ad Parisiensem Episcopatum evectus, & anno MCLXIV vitâ defunctus (1).

CAP. IX.

De iis, qui ante epistolam CXL *Petri Blæsensis Pandectas commemoraverint.*

Vacarium illum, quem Seldenus Rogerium Longobardum esse copiose, & diligenter disputavit (2) in Britanniâ non modo jus Digestorum docuit, sed & *summam* conscripsit, quam penes Andream *Duchesne* veteres Normannorum annales ita explicarunt *obiit Lothardus Abbas Becci, cui successit Rogerius Magister Vacarius gente Longobardus, vir honestus, & juris peritus, cum leges Romanas anno ab incarnatione Domini* MCXLIX *in Angliâ discipulos doceret, & multi tam divites, quam pauperes ad eum caussâ discendi confluerent, suggestione pauperum de Codice, & Digestis excerptos novem libros composuit, qui sufficiant ad omnes legum lites*. Theobaldus Archiepiscopus Cantuariensis, dicitur in antiquissimis Anglorum monumentis Vacarium arcéssisse Bononiâ (3), quó & Thomam illum celebrem, qui ei in Archiepisco-

(1) *Bulæus d. l. & pag. 324. ad ann. 1164. Fleury histoir. Eccl. lib. 70. art. 34. Oudin. de Script. Eccl. tom. 2. Pagius ad ann. 1164 num. 18 &c.*

(2) *Annal. Norm. pag. 983.*

(3) *Gervas. Doroborn. in Chron. Quadrilog. lib. 1. cap. 5. antiq. Script. vit. Theobald.*

Digitized by Google

ſcopatum ſucceſſit, juriſprudentiæ cauſsâ miſerat. Anno MCXXXIX conſecratus eſt ille Archiepiſcopus (1), quem Joannes Sarisberienſis in Angliam primum intuliſſe leges Romanas tradit in Policratico, quas Stephanus Rex dicitur expuliſſe circa annum Ch. MCL *Tempore Regis Stephani aregno juſſæ ſunt exulare leges Romanæ, quas in Britanniam domus venerabilis Patris Theobaldi Britanniarum Primatis adſciverat; ne quis etiam libros retineret, edicto Regio prohibitum eſt, & Vacario noſtro indictum ſilentium; ſed Deo dante, eo magis virtus legis invaluit, quo eam amplius nitebatur impietas infirmare* (2). *Summam*, quam Rogerius ſcripſit, Placentini primum, deinde Azzonis *ſumma* occupavit (3), jamque fere evanuit; At commentarius, quem ille ornavit de præſcriptionibus, Juriſconſultorum manibus verſatur, Pandectarum nomine, & verbis plenus (4). Vixiſſe illum uſque ad annum MCLXXX, docet ex Roberto Montenſi Seldenus; ſed & illud docet, Abbatem factum Becci aliis omnibus, quam Juriſprudentiæ navaſſe operam; Abbatem vero factum fuiſſe anno MCXLIX (5).

II Præclare hæc monenti illum reſpondet Monachus in libro Faventino, ſe noviſſe Vacarium, nec illum cum Rogerio confudiſſe; amboſque ali-

quan-

(1) *Joſcel. ant. Eccl. Brit. p. 127.*

(2) *Lib. 8. cap. 22.*

(3) *Selden. diſſert. ad Fletam cap. 7. §. 3. & 4.*

(4) *Tractat. Magn. tom. 17.*

(5) *D. diſſ. ad Flet. cap. 7. §. 3.*

Digitized by Google

quando commemoraſſe (1) *non era ignoto al P. Grandi nè il tempo, in cui viſſe il Vaccari, di cui parla ep. de Pand. pag. 54., benche non lo confonda, come voi con Rugerio aſſai più antico, di cui parla egli altresì pag. 66.* Qui noviſti Guido Vacarium, qui Rogerium? qui de illis locutus es? Non tu illos noviſti, ſed Aſtenſis, cujus verba, ut librarius deſcripſiſti, ne ea quidem, quæ deſcribebas, intelligens. Aſtenſis uſum (2) Juris Romani in Britannia quærens, ex Arthuro Dukio monumenta illa vetera Britannorum accepit, quæ Theobaldum primum illuc inferentem jus Romanum oſtendunt. Qui Aſtenſiana, cum tuis conferent, tuum plagium deprehendent, tuumque nihil eſſe aliud in illis, quàm quod erat in Fidentino recitante carmina Martialis (3):

Quem recitas, meus eſt, o Fidentine, libellus;
Sed male cum recitas, incipit eſſe tuus.

Cum enim addideris Aſtenſianis incluſum parentheſi Vacarii Archiepiſcopatum Cantuarienſem *Vacario Lombardo (qui poſtmodum Abbas Beccenſis in Normannia factus eſt, tum Cantuarienſis Archiepiſcopus)*; ſi hiſtoriam Britannorum ſciviſſes, aut ſi Arturum Dukium vidiſſes ab Aſtenſi indicatum, Archiepiſcopatum illum alteri datum fuiſſe cognoviſſes, quem Vacarius timens Thomæ, qui Archiepiſcopatu illo, & vitâ deceſſerat, infortunia, ſubire noluerit, ut ex Gervaſio Dorobornenſi, Radulpho de Diceto, Matthæo Pariſienſi Dukius

(1) *part. 2. cap. 9. num. 2. nuova diſamina.*
(2) *Lib. 1. cap. 9.*
(3) *Lib. 1. ep. 39.*

kius (1) , Seldenus (2) , alii testantur. Cum vero Joannem Sarisberiensem , ejusque libros ignorares,& Astensis attulisset Policratici verbo, ut fieri solet , non integre scripto , tu pro Policratico *Polycrate* scripsisti,cujus operis, cum non unus sit liber,sed octo, singulique libri capita multa habeant, tu libri neque numerum attulisti , neque caput. Rogerium Henrici II Germanorum Regis temporibus florentem Astensis bis memoravit , cum antiquum in Italia Romani juris usum,& in Germania quæreret (3) ; utrobique jejune admodum , & modeste, & Viti Polanti pluribus sæculis ab eo remoti , quo Rogerius vixit, narratione prolatâ *se vogliamo prestar fede a Vito Polanto , si vede , che Ruggieri antico Spositore , di cui fa espressa menzione l' Accursio nelle sue chiose , fiorì sotto l' Imperatore Errico II cognominato Nero, dattorno a cento anni prima d' Irnerio* (4) . Tu , haud alia , quám Astensiana isthæc , & Vitum Polantum , quem Golantum appellavisti *itaque non usque adeo exploratum est , an non alii vetustiores interpretes Irnerium hunc præcesserint , ut Rogerius ille , qui floruit tempore Henrici* III *dicti Nigri , Civilis juris Glossator , quem commemorat Vitus Golantus.* Est hoc Rogerium novisse Guido ? Est hæc de Rogerio tua disputatio cum eâ comparanda, quam do-

---

(1) *De usu , & auct. Jur. Civ. lib. 2. cap. 8. num.* 28.

(2) *Diss. ad Fletam cap. 7. num. 4.*

(3) *Dell' uso, e aut. della ragion Civ. lib. 1. cap. 4. & cap.* 10.

(4) *Lib. 1. d. c.* 10.

doctissimus Seldenus instituit allatis monumentis plurimis sæculi, quod Rogerianum sæculum proxime secutum est, & nonnullis etiam ejusdem sæculi, quo Rogerius ille vixit, qui Vacarius dicebatur, Radulpho de Diceto, Roberto Montensi, Gervasio, Chronico S. Victoris, quibus confecit, Rogerium illum Italum fuisse, in Angliam a Theobaldo evocatum, ibi docuisse, ibi *Summam* composuisse, Priorem illum, deinde & Abbatem Beccensem, & Rogerium Vacarium esse appellatum? Cum vero Rogerium hunc Irnerio longe antiquiorem fuisse, existimares, ut hoc loco jactas, cur Blæsensi, non Rogerio primam Pandectarum mentionem tribuisti? Quid de tuâ scientiâ cogitandum nobis erit? Quid respondebis iis, qui Blæsensem non a rectè institutâ ratione temporum, sed a Glossario illo tuo Latino-barbaro in tuam epistolam descendisse, arbitrentur? Quid iis, qui putent, te commentarium de diversis præscriptionibus, in quo Rogérius Pandectarum leges sæpe laudavit, penitus ignoravisse? Quid iis, qui judicent, te certâ rerum, quas tractabas, scientiâ minime instructum, neque ordinem servavisse, neque propositum, neque alia earum rerum novisse, quàm quæ unus sufficiebat Assensis?

III Obertus de Horto ad filium Anselmum, paullo post annum MCLIV caussas Feudorum amittendorum scribens, easque vix posse regulâ certâ concludi, docens, simile de probationibus in Digestis dictum fuisse scripsit (1), *sicut de probationibus in Digestis scriptum reperimus, sic & de his caussis dicere possumus; Si quis enim dixerit,*

(1) *Lib. 2. Feud. tit. 23.*

quæ causæ, quemadmodum alicui Domino ob ingratitudinem alicujus Vassalli probandam, possint sufficere, nullo certo modo posse definiri, nihil erraverit. Ita scilicet Callistratus de testibus, & probationibus scripserat *ejusdem quoque Principis extat rescriptum ad Valerium Probum, de excutiendâ fide testium, in hæc verba, quæ argumenta ad quem modum probandæ cuique rei sufficiant, nullo certo modo satis definiri potest* (1). Quare bene, ac prudenter Franciscus Hotomannus, Obertum maxime ex Pandectis didicisse linguam latinam, animadvertit (2) *Locus hic ostendit, Obertum ex eorum hominum genere fuisse, qui cum latinam linguam ex Digestorum lectione didicerint, quidquid latine pronunciandum est, verbis ex lege aliquâ sumptis pronunciant*. Illum Feudorum librum, credibile est, ab Oberto fuisse conscriptum, quo tempore Consulatum gesserat, ait enim *quod ideo distuli, quia sæpius circa nostræ Reipublicæ curam occupatus, & multis privatorum causis, aliisque rerum innumerabilium impedimentis detentus*, dum filio petenti sibi caussas amittendi Feudi explicari, respondet. Consulatus ille Oberti in annum incidit MCLIV, ut Astensis eruit ex historiâ Ottonis Frisingensis (3). Non itaque Blæsensis epistolæ CXL præferenda duntaxat erat commemoratio isthæc Pandectarum, quæ in libris Feudorum est, sed & argumentum erat inde ducendum antiquioris longe Amalphitanâ di-
re-

---

(1) *L. testium 3. §. 1. ff. de testib.*
(2) *In comm. ad illum locum Feudor.*
(3) *Lib. 2. cap. 6. dell'uso ed autor. della ragion Civile.*

Digitized by Google

reptione usus Pandectarum; Qui enim senex anno MCLIV didicisse in adolescentiâ videatur ex Pandectis linguam latinam, & filium haberet aptum Jurisprudentiæ Feudali, saltem vicesimo sæculi illius anno in eâ disciplina fuerit, necesse est. Neque enim quatuor lustra sufficere potuisse videntur tempori efficiendo, quo exemplaria Amalphitanorum Codicum describerentur, diffunderentur, illique senescerent, quorum ingenia Digestorum verbis, & sententiis impleta fuerint.

IV Quid istis lectis Monachus? Unum hoc reposuit, se Oberti ætatem novisse jam, & ex Digestis minime esse, quæ Obertus esse scripserat ex Digestis *non era ignota al P. Grandi l'età d'Oberto dall'Orto, di cui discorre (ep. Pand. p. 69.) benchè per altro non consenta, che ov' egli dice sicut de probationibus in Digestis scriptum reperimus intenda delle Pandette di Giustiniano, nelle quali al titolo de probationibus non vi è cosa, che faccia al proposito di esso, Oberto, il quale ivi tratta delle cagioni per cui può perdersi il feudo, affermando esser tante, che non possano sub certâ regula, aut definitione rotundâ comprehendi* (1). Non tibi Oberti ætas cognita erat, cui nihil historiæ, nihil juris cognitum esse, jam exploravimus, sed Astensi tuo, cujus tu scientiâ, & cogitatis, cum verba ad modum Psittaci retuleris, uti non potuisti & ingenio, & doctrinâ destitutus. Astensis probandum sibi sumserat usum aliarum, præter Romanas, legum in Italiâ post mortem Lotharii Saxonis ut confutaret, quod vulgo ferebatur edictum Lotharii Saxo-

(1) *Nuov. disam. part. 2. cap. 9. num. 3*

nis, quo cæteris legibus abrogatis, unæ Romanæ leges in judiciis ſtatuerentur, ex Oberto etiam argumentum ejus, quod propoſitum habebat ita ducit *Che foſſe così andata la faccenda, l'abbiamo da Oberto dall'Orto, il quale nel mentre ſi preſe la cura d'addottrinare Anſelmo ſuo figliuolo negli uſi feudali, tra le altre coſe, che gli racconta ſi è, il come, e con quali leggi ſi giudicavano nel foro le controverſie, ed atteſta, che venivano deciſe colle leggi Romane alcune, altre colle leggi de' Longobardi, altre con queſte, altre con quelle conſuetudini, e che ſe bene le Romane foſſero di non poca autorità, non erano però di tanta forza, che aveſſero ſuperato le altre leggi, o conſuetudini cauſſarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliæ dirimuntur jure Romano, aliæ vero legibus Longobardorum, aliæ autem ſecundum conſuetudinem. Legum autem Romanarum non eſt vilis auctoritas, ſed non adeo vim ſuam extendunt, ut uſum vincant, aut mores. Con che Lotario non aveva dato fuori quel tanto millantato decreto; perche ſe dato fuori l'aveſſe; le leggi Romane ſarebbono venute ad acquiſtare tutta la poſſanza in ſuperarle. Oberto ſcrivendo al medeſimo Anſelmo ſuo figliuolo fa con eſſo la ſcuſa, che ſe con preſtezza non aveva ſodisfatto alla ſua richieſta delle cauſe, onde il feudo ſi perda, era provenuto dal ritrovarſi impacciato in gravi affari della Repubblica, da a divedere, ch' egli aveſſe ſcritto le materie feudali nell' anno 1154, che fu Conſolo* (1). Ita & Grandius

(1) *Lib. 2. cap. 6. p. 147. & ſeqq.*

dius eadem tractans, seu describens (1), *sane paucis a Lotharii morte annis, nempe anno 1154 Obertus ab Horto Mediolanensis, scribens Anselmo filio suo, ut eum de feudalibus juribus erudiret, sic habet, caussarum quarum cognitio &c. &c. quæ loquendi formula impropria esset, si unice secundum Romanas leges Lotharius recenti suo decreto judicandum præcepisset*. Tua itaque, Guido, non sunt, quæ de Oberti temporibus leguntur in tuâ de Pandectis epistolâ, sed Astensis. Tua vero oblivia sunt, tua est oscitantia, quod cum ab Astensi discere Oberti ætatem debueris, & ab Oberti libris laudatas ab Oberto Pandectas, in eâdem epistolâ tuâ & Obertum senem anno MCLIV legamus, & Blæsensem eorum Principem, qui Pandectas commemoraverint, qui non ante annum MCXC eos ætatis annos agere potuerit, quos agebat Obertus anno MCLIV. Qui Guarnerium tuum in Irnerium nostrum convertere conareris, idque perficere non aliâ ratione posses, quàm Irnerio quadraginta saltem illius sæculi annis anticipato, non fuerant tibi quadraginta illi anni, quibus erat Blæsensi Obertus antiquior, negligendi. At negat Monachus laudatas esse ab Oberto Pandectas Justiniani, & alia Digesta esse, quorum auctoritatem de probationibus Obertus attulit, qui de causis feudi amittendi, quas erat explicaturus, nihil ex titulo Digestorum Justiniani de probationibus potuerit tractationi illi aptum accipere. O mendacem! O stultum disputatorem! Obertus Digesta laudavit, nul-

(1) *Epist. de Pand. pag. 69.*

nullum eorum locum indicavit. Regulam de probationibus certam ſtatui minime poſſe, dixit, auctoritate Digeſtorum generaliter allatâ, & hactenus probationum ſimiles eſſe cauſſas feudorum amittendorum, quæ certâ regulâ comprehendi non poſſint *nam ſicut de probationibus in Digestis ſcriptum reperimus, ſic & de his cauſis ſine calumniâ dicere poſſumus; ſi quis enim dixerit, quæ cauſsæ, quem ad modum alicui Domino ad ingratitudinem alicujus vaſsalli probandam poſſint ſufficere, nullo certo modo poſſe definiri, minime erraverit*. Sæpe generaliter libri, nullo eorum certo loco deſignato, citantur. Cujacius id ſæpe facit, ſæpe alii. Doctiſſimus Benedictus Averanius id fecit perpetuó, cumque ſoleant hodie, qui ſcribunt, qui ſcripta edunt, delicatis lectoribus humanius ſubvenire, clariſſimi Fratres curarunt, Benedicti diſſertationibus librorum, qui citantur, locos certos adijciendos. Jam vidimus in Digeſtis Juſtiniani eſſe non eamdem modo de probationibus ſententiam, ſed & verba fere eadem, quæ ſcripſit Obertus de cauſis feudi amittendi. Quod vero non ſint illa in titulo de probationibus, non facit Obertum aut mendacii, aut negligentiæ reum, qui certum de probationibus titulum non laudavit. Iraſcaris ergo tu Guido, Digeſtorum compoſitoribus, non mihi neceſſe eſt, qui de probationibus præcepta in titulo de teſtibus collocarint; Si eſſes Juriſconſultus, hujus culpæ reos illos ab Interpretibus pluſimis factos adeo fuiſſe, noviſſes, ut indices Pandectarum, & Codicis neceſſarii fuerint ad ea copulanda, quæ a Compoſitoribus illis in alieniſſima loca disjecta fuerunt. Noviſsés Labitti, Schmuccii, Hahnii, Reinaldi, Brencmanni illius, quem inju-

riâ

riâ reprehendisti, præclarissimos in eo opere labores, neque illotis manibus ad hæc tractanda venisses. Quamquam nihil hic peccarunt illi Compositores, quibus propositum erat, ut in Digestis *nihil contrarium, neque idem, neque simile inveniretur, & ne geminæ leges pro rebus singulis positæ usquam apparerent* ut in confirmatione Digestorum docét Justinianus; bene in titulo de téstibus collocarunt, quod testes principaliter spectabat, etsì ratio, quæ testibus adhibebatur, ad probationes omnes generaliter pertineret, & illis operam navare suam compositores voluerint, qui non, ut tu fecisti, unum Digestorum titulum rabie aliquâ acti, non studio juris, lecturi essent, sed iis, qui Jurisprudentiam totam persequi, & penitus introspicere desiderarent. Denique ut omnis tua effluat futilitas, non ex aliquo Digestorum Scævolæ, Marcelli, Celsi Juliani loco, sed ex libris Callistrati de cognitionibus desumptum fuerat, quod tu iniquissimo, & insano animo suspicaris Oberto datum fuisse ex aliquibus veterum Jurisconsultorum, non Justiniani Digestis. Præterea putasne, Guido, superstites Oberti tempore fuisse libros antiquorum Jurisconsultorum, quos Digestorum compilatores delibaverant? In illâ Digestorum confirmatione docét Justinianus, libros illos rarissimos fuisse, & magno pretio quærendos, & Triboniani diligentiam, & copiosam Bibliothecam vix suffecisse *in præsenti autem collectione è tantis leges collectæ sunt voluminibus, quorum & nomina antiquiores homines non dicimus nesciebant, sed nec unquam audiebant, quæ omnia collecta sunt substantiâ amplissimâ congregata. Antiquæ autem sapientiæ librorum copiam maxime Tribonianus præbuit, in quibus multi fuerant, & ipsis*

ipsis eruditissimis hominibus incogniti. Aniani Breviarium viginti antequám Justinianus regnaret annis (1) confirmat, quæ hic Justinianus profitetur *Scævola*, *Gabinus*, *Julianus*, *Marcellus*, *in suis corporibus non inveniuntur*.

V Eodem quinto sæculi duodecimi decennio Pandectas commemoravit Petrus Lombardus, quem Parisiensem Episcopatum adeptum esse, scimus, circa annum MCLX, postquam sententiarum libris celebribus Theologiam omnem complexus erat; Ex Pandectis sese accepisse, ille professus est, quod de iis tradit, sine quorum consensu sponsalia, nuptiæve contrahi non possunt (2) *in libro Pandectarum. Consentire autem probatur, qui evidenter non contradicit, secundum illud in sponsalibus eorum consensus exigendus est, quorum in nuptiis desideratur. Intelligitur autem Patri filia consentire, nisi evidenter dissentiat. Item sponsalia, sicut nuptiæ, consensu fiunt contrahentium. Et ideo sicut in nuptiis, ita & in sponsalibus patrisfamilias filiam consentire oportet, quæ si patris voluntati non repugnet, consentire intelligitur*. Quod Lombardus ex Pandectis sumptum sibi esse generaliter, indicavit, probabile est, ab alio esse specialius designatum addita ad oram *lege 7. lib. 23. Digestorum tit. 1. de sponsal. eod. tit. leg.* 11. Et véro in eâ lege 7. scriptum est *in sponsalibus etiam consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur; intelligi autem semper filiæ patrem consentire, nisi evidenter*

---

(1) *In l. 1. C. Theod. lib. 1. tit. 4.*
(2) *Lib. 4. sentent. dist. 29.*

Digitized by Google

denter dissentiat, *Julianus scribit*. In lege autem illâ undecimâ sponsalia *sicut nuptiæ consensu contrahentium fiunt*, & *ideo sicut nuptiis*, *ita sponsalibus filiam consentire oportet*.

V Iratus est hoc loco vehementius Guido, credo quód profanus homo Sacerdoti, Monacho, Theologo, Theologorum Magistri auctoritatem ab eo ignoratam, invisamque ostentaverit. Hujus vehementissimæ iræ fortissimum mihi est argumentum ex ratione, quam arripuit, confutandi quod ego ex Lombardo protuli (1). Ea est autem, quæ & diffletur statim ac lector Lombardi libros aperiat, & mendacium habeat, quale vix afferre soleat, ut nutricij scuticam evadat, ille, quem Horatius prodit

Reddere qui voces jam scit puer, & *pede certo*
Signat humum, gestit paribus colludere; & *iram*
Colligit, ac ponit temere, ac mutatur in horas.

Impotens ille animi dixit, Lombardi non esse quod ex Pandectis in ejus libros translatum est. Hujus vero inauditæ lituræ caussam addit, quod aliquot inscriptiones *capitum*, seu *distinctionum* non sint Lombardi, sed alicujus junioris, qui Petri sententias ornaverit, quod aliquot inscriptiones non primæ persônæ, sed tertiæ nomine scriptæ sint *de rebus communiter agit* &c. *Aperte ostendit quod nec solitudo*, *nec diversitas* &c. *Ad id quod cœperat redit*, *ut alias auctoritates supponat* &c. &c; Cum itaque nostrum illud *in libro Pandectarum* inscriptio sit, posse fieri, ut illarum inscriptionum generi ista sit adjicienda, quæ juniorem Lombardo

Oo ha-

(1) *Nuov. disam. part. 2. cap. 9. num. 4.* & *seqq.*

habet auctorem *da tutto ciò si vede, che se in tanti titoli non parla il Maestro delle sentenze in persona prima, e propria, è manifesto esser quelle iscrizioni aggiunte da altra mano, che le soprascritte di tutti gli altri paragrafi, benchè concepute in termini per se stessi indifferenti a potervi esser poste dall' autore, e da altri, a questi, e non a quello sempre debbono attribuirsi, essendo tutte fatte da una sola mano, e del medesimo stile alquanto più barbaro di quello di Pietro, e però ancora la controversa inscrizzione in libro Pandectarum, si deve credere posteriormente inserita* (1). Semper hic erras, Guido; Semper deles, semper turbas antiqua monumenta. Quonam meo ego fato cogor antiquitatem defendere, tuo tu ageris ad illam reprehendendam, violanda sepulcra, Manes clarissimorum hominum sollicitandos? Quam esse, Guido, caussam, dicamus, ob quam, quæ a me proposita sunt, conveniant cum veterum monumentis, qualia ad nos a majoribus nostris delata sunt, ea, quæ tu edis, quæ cogitas, quæ meditaris, constare non possint, quin monumenta illa magnâ ex parte evertantur? Decretum est Ivoni auferendum, quod Ivoni omnes hactenus tribuerunt; Multa sunt Gratiani Decreto detrahenda, quæ detraxit hactenus nemo; Obertus de Horto Pandectas Justiniani non usitavit, a quo versatas illas fuisse, doctissimi homines judicaverunt, & nos descriptas esse etiam, monstravimus. Jam & Petrus Lombardus est minuendus, quod Pandectas citaverit, quas, tu non finis,

(1) *Nuova disamina part. 2. cap. 9. num. 4. 5. 6. 7.*

ſinis, ab iis eſſe commemoratas, qui Petro Blæſenſi fuerint antiquiores. Scilicet illotis pedibus ingrederis ad ſcribendum, & Rhetorum præceptorem illum præclarum audiviſti (1) ἀλλ' ἀνίπτοις τοῖς ποσὶν ἔμβαινε, ȣ̓ μεῖον ἕξων διὰ τȣ̃το, ȣ̓δ' ἂν τὸ κοινότατον, μηδὲ γράφειν τὰ γράμματα εἰδῆς, & Poetas illos, quos lepidiſſimus, ac Nobiliſſimus Marcellus, nullum veterem poetam legere velle, ait, quod nemo veterum poetarum recentiores iſtos legerit, imitaris. Petrus Lombardus ex antiquioribus Scriptoribus ſua omnia mutuatus eſt, ex antiquiorum ſententiis centonem fecit, id ſe feciſſe, palam profeſſus *non debet hic labor cuiquam pigro, vel multum docto videri ſuperfluus, cum multis impigris, multiſque indoctis, inter quos etiam mihi ſit neceſſarius brevi volumine complicans patrum ſententias, appoſitis eorum teſtimoniis, ut non ſit neceſſe quærenti librorum numeroſitatem evolvere, cui brevitas quod quæritur offert ſine labore* (2). Nonnulli eum plagii accuſaverunt, quod omnia in ejus libro aliena ſint (3). Defenſus vero eſt, quod auctores laudaverit (4). Oudinus teſtatur, MSS Codices antiquiſſimos, eos etiam, qui Petro adhuc ſuperſtite, ſcripti fuerint, habere nomina Scriptorum, ex quibus ſententias ſuas ille compoſuit *certum eſt*

Oo 2 Pe-

---

(1) *Lucian. Rhetor. Præcept.* §. 14.

(2) *In præfat.*

(3) *Thomas. de plagio literario ſect.* 493. *& ſeqq.*

(4) *Oudin. de Scriptor. Eccl. tom.* 2. *ſect.* XII *diſſert. de Petro Lombard.*

Petrum Lombardum omnia sua opera ex variis anteriorum Patrum sententiis, ac dictis concinnasse, neque tam scriptorem, quam collectorem dici posse. Hoc adeo evidens est, quod in MSS. Codicibus antiquis, atque etiam Petri Lombardi ætate scriptis extent, vel ad marginem, vel inserta ipsis operibus nomina Patrum, ex quibus sua comportaverit Petrus Lombardus. Hoc mihi plurimos Codices MSS. inspicienti patuit. Nos de libro agimus, quem Lombardus delibaverit; libros hujusmodi superstitis adhuc Lombardi Codices habent. Quid igitur tu disputas, Guido, de primâ, de tertiâ personâ, quæ in Lombardi libris loquatur, ut Lombardo detrahas, quæcumque in ejus libris tertia persona protulerit? Duo illa, aut tria verba *in libro Pandectarum* tantummodo inscripta sunt verbis Pandectarum, e quibus pars *distinctionis* illius constat. In duobus autem, aut tribus illis verbis non tertia est, non prima persona, quæ loquatur. Inanis ergo, & nulla omnino est tota isthæc tua disputatio. Dic nobis, Guido, si tot Pandectarum verba, quot hic Lombardi locus habet, invenisses in legibus Pisanis, dum eas cum Pandectis conferebas, & omnino velles ex illis aliquam efferre Pandectarum particulam, quod gaudium gavisus esses, quam fecisses hecatombèn? Qui evictionis verbum, qui jurisjurandi in litem statim ad Pandectas temere referebas, quid de Lombardo dixisses, si duas integras Pandectarum leges in ejus libris vidisses? Non adeo certe délicatulus fuisses, ut in Lombardi istis fuisti (1), cum alienum esse, contenderes, a pro-

(1) *Nuova disam. d. part.2. d.cap.9. num.9.*

Google

proposito Petri Lombardi, quod de consensu filiæ erat, locum Pandectarum, qui de Patris consensu est *non essendo lo stesso, che la figlia consenta al Padre nello sposo da lui eletto, e che il Padre consenta alla figlia nello sposo scelto da lei, potendo da alcune leggi municipali richiedersi l'espresso consenso, e non solamente il tacito, e interpretativo rispetto alla figlia, e non rispetto al Padre, e viceversa*. Quæ est ista tua inter filiæ consensum, & patris differentia, quantum ad filiæ sponsalia pertinet? Consensus est, quod in utroque requiritur. Quæ causa tibi est, ob quam sufficiat tacitus Patris, filiæ tacitus non sufficiat? Quo tu auctore, qua lege filiæ consensum nō nisi verbis adhiberi posse, monstrabis? Nihil est in jure Romano, quo hæc consensuum diversitas statuatur. Quintilianus certe, eorum qui nuptias contrahunt verba non requisivit, *nihil*, inquit, *obstat quominus justum sit matrimonium mente* (1), & Papinianus maritalem honorem, & affectionem, personis comparatis sine tabulis, sine declaratione ullâ matrimonium facere constituit (2), quod est a Gerardo Noodio viro doctissimo prudenter disputatum (3), & ex utroque jure a Thoma Sanchio copiose (4). At, inquis, potest aliquis populus expressum filiæ consensum requirere. Quid hinc tollis, Guido? An Lombardum abstinere ideo a jure Romano proponendo debuisse, quod sequebatur, quod sequi se,

(1) *Lib. 2. Instit. cap. 5.*
(2) *L. donationes 31. ff. de donat.*
(3) *Ad tit. Pand. de ritu nupt.*
(4) *De Matrim. lib. 1. disput. 23. & lib. 2. disp. 31.*

ſe, profeſſus eſt, quod fere omnes Europæ populi, ubi propriam legem illi adverſantem non habent, ſequuntur? Sed quot juris in Europâ Interpretes, quot Juriſconſulti, quot Theologi diſputant de rebus ad jus pertinentibus ex jure Romano, ex jure communi, etsì quædam aliquis Europæ Populus non exceperit, etsì contrario aliqua gens utatur jure? Hæc, Guido, Juriſconſultis, notiſſima ſunt. Hæc te produnt a Juriſprudentiâ alieniſſimum, de qua tam fidenter libros conſcribis.

VI Et Romualdus Guarna celebris ille Salernitanorum Archiepiſcopus, qui eâ dignitate anno Ch. MCLIII potitus eſt (1), & anno demum MCLXXXI occidit, adeoque antiquior Blæſenſi fuit, Pandectas commemoravit in Chronico, *eumque*, ita ille de Juſtiniano, *Codicem, Digeſtorum, ſeu Pandectarum vocabulo nuncupavit*. Tu in Vindiciis ſcripſiſti, Romualdum ea deſcripſiſſe ex Paullo Diacono. Sed tu idem, cum de Ivone, & Gratiano diſputaremus, contendiſti, de verbo *Pandectarum* diſputari, non de rebus eo libro contentis, cum particulas rerum in Digeſtis contentarum tibi in illorum Decretis oſtentaviſſem *ſed habuerint illi utrumque volumen ac verſaverint, de hoc non diſputo. Quæſtio eſt, an integri Pandectarum operis apertam mentionem fecerit* (2). Quæ major cavillatio, quæ evidentior iſtâ tuâ, Guido, afferatur, qui cum res tibi objiciatur, ais, de nomine quæri, cum vero nomen objicitur, rem, quæ Romualdo defuerit,

---

(1) *Murator in præf. ad Chron. Romuald. tom. 7. rer. Italic.*

(2) *Vindic. pag. 14. §. ſed.*

rit, & ex Diacono acceperit, quæris? Præterea cum Amalphiæ Pandectæ fuerint, aut certe paullo ante fuissent, quám illa scriberet Romualdus, credisne, doctum illum hominem penitus ignorasse librum, qui in illis regionibus habebatur? Sed scribebat adhuc Romualdus anno MCLXXVIII adeoque potuit post annum MCLXXI, quo potuit Blæsensis scribere epistolam CXL, Pandectas commemorare. Tu his ineptiis disputans, Geometram audes, & Mathematicum? Quis ignorat, comparanda esse quæ ex eodem genere sint? Tu diversa genera comparas. Cum ignoremus quo tempore Blæsensis scripserit illam epistolam, dicimus, illam esse non potuisse antiquiorem anno MCLXXI, sed potuisse scribi etiam annis, qui MCXCVII secuti sunt, quibus erat Blæsensis Archidiaconus Bathoniensis (1). Tu Romualdum, vis scribere illa potuisse usque ad annum MCLXXVIII, cum quo tempore illa scripserit, ignores. Ergo in utroque videndum quid esse potuerit, quando scribi potuerit; quæ fieri potuerunt comparanda sunt, cum quid certo factum sit, ignoretur. Romualdus potuit illa scribere anno MCLXXVIII, Blæsensis epistolam illam scribere potuit post annum MCXCVII. Ergo quod facere potuit Romualdus, est antiquius eo, quod Blæsensis facere potuit. Pudeat, itaque, te illorum, quæ in Faventino libro scripsisti (2) *in ordine a ciò non voglio replicarvi altro, se non che o mi concedete ch' egli campasse a ucora molto dopo l' anno 1171. a cui si tira da voi la lettera 140. di Pie-*

---

(1) *Epistol. nostra de Pand. cap. 3. §. 2.*
(2) *Nuova disam. part. 2. cap. 9. num. 10.*

Pietro Blesense , e così è chiaro , che potè scrivere dopo di questo , e non conclude nulla contro il P.Grandi il vostro discorso ; o volete inferire , che nello stesso anno egli morisse , e vi smentirà l' opera di Salernitano , che arriva fin' al 1178. Pudeat cachinnorum illorum , quibus me quatis , quasi ignoraverim , quo anno Romualdus obierit , cum illum annum aperte commemoraverim in libro Lucensi(1). Constat , me contendisse epistolam Blæsensis anno MCLXXI posteriorem esse potuisse non anteriorem (2) . Tu contra ais , me ad annum MCLXXI certe referri *l' anno* 1171. *a cui da voi si tira la lettera* 140 *di Pietro Blesense .* Quis impudentius mentitur , quàm tu mentiaris ? Putasne , Lectores tuos *usque ad mendacia leviora , in quibus os præcidi ; non* (3) *oculi erui solent* , se tibi credulos præstituros ? Colligamus ergo præclaram superbissimi Mathematici argumentationem . Blæsensis potuit usque ad annum MCXCVII scribere epistolam , in qua Pandectæ commemorantur : Romualdus non potuit Chronicon scribere in quo commemorantur Pandectæ post annum MCLXXVIII . Ergo antiquior est Pandectarum commemoratio , quæ in Blæsensis epistolâ est , quam ea sit , quæ in Romualdi Chronico legitur .

VII Mitto Bulgari commentarium ad titulum Digestorum de regulis juris , quem a Carolo Stephano editore Placentino tributum eidem Bulgaro Con-

---

(1) *Pag.* 89.
(2) *d. cap.* 3. *num.* 3. *& passim.*
(4) *Senec. natur. quæst. lib.* 4. *cap.* 4.

Digitized by Google

Contius restituit (1), etsì Bulgarum occubuisse anno MCLXVII ipse Grandius Alidosium sequutus, agnoscat (2). Mitto Irnerium ipsum, cujus in primis Azzo multa servavit in suis ad Pandectas commentariis plena Digestis, quemque anno jam MCXL mortuum fuisse, Grandium docuerat Alensis (3), & multo fortasse ante illum annum quis existimet, qui Ottoni Morenæ in Chronico *antiquus* dicatur, cum Magistrum illum fuisse, scriberet, Bu gari, Martini, Jacobi, Hugonis, etsì Grandius non *antiquum*, sed antiquiorem ab Ottone appellatum in libro Faventino perperam dicat (4); nam & clarissimus Muratorius Chronicum illud, jam ab Osio editum edens iterum *antiquus* habet (5) non *antiquior*; Valet itaque Seldeni argumentatio, qua antiquum videri, ait, qui majoribus nostris proximis prior est (6), adeoque Irnerium saltem duabus ætatibus Morenâ priorem, a quo circa annum MCLX antiquus est ille appellatus. Mitto, inquam istos, cum victum, videam, Monachum nostrum, dignitate, & severitate omni positâ, ad jocum deflexisse in libro Faventino, quo Bulgarum, & Irnerium a me objectos exciperet *è cosa poi ridicola l' opporre i vecchi Giurisconsulti Irnerio, Bulgaro &c., quasi che siasi egli sognato di paragonare il Blesense*

Pp *a quel-*

---

(1) *Lib. 1. disp. cap. 6.*

(2) *Epist. de Pand. in not. pag 63.*

(3) *Lib. 2. cap. 5. Grand. epist. de Pand. in not. pag. 60. & seqq.*

(4) *Nuova disam. part. 2. cap. 9. num. 3.*

(5) *Tom. 6. Script. rer. Ital. pag.* 1018.

(6) *Nuova disam. part. 2. cap. 9 num. 3.*

a quelli, che trattano ex professo queste materie del diritto! Potevate a dirittura opporre le Pandette medesime. Commemorationem Pandectarum antiquam quærebas cum Blæsensem attulisti, Guido, non comparationem aliquam institutam habebas. Quidquid antiquius erat, Blæsensem trudere in eâ tuæ epistolæ parte debebat, cujuscumque generis esset, neque enim alia ibi tua verba fuerunt, quám isthæc *ego quidem Justiniani Codicem, & Institutiones pridem allegari animadverteram, Pandectas non item, quarum antiquior mentio apud Petrum Blæsensem occurrit anno* 1160. *florentem, dum ep.* 140. *inquit* (1). Tu judicium Pisanum, tu contractus, tu leges Pisanas attulisti, ut antiquum usum earum probares. Quid istis similius esse videretur, Guido? epistolane Blæsensis, in qua dicis causa Pandectæ commemorantur, an libri Jurisconsultorum, libri Theologorum, ubi jura Romana principaliter tractabantur? Quid autem illud plane mimicum est *Potevate addirittura opporre le Pandette medesime*? Satis diu, Guido, lusisti nucibus, quibus tua jam non convenit ætas, quæ te monet, ut te colligas, ut nuces relinquas, ut sapias virum, ut jam taceat procax illa tua Fescennina locutio. Si rem confecisses hanc tuam, si quod erat propositum explevisses, ludum tibi permitteremus *ludo*, audi, scurra, Tullium, qui filium instituebat (2) *& joco uti illo quidem licet, sed sicut somno, & quietibus cæteris tum cum gravibus, seriisque rebus satisfecerimus*. At cum nihil adhuc per-

(1) *Epistol. de Pand.* §. 8.
(2) *Lib.* 1. *offic.*

perfeceris, cum adeo deliraveris, te joco uti, credimus, sentientem adversa tibi hominum judicia, quæ evitare joco, & risu conaris *vitanda est hominum acclamatio, quæ aut orationis peccato aliquo excitatur, aut hominum offensione. Nullo autem loco plus facetiæ prosunt, & celeritas, & breve aliquod dictum, nec sine dignitate, & cum lepore* (1).

VIII Simile hujus est mendacium tuum illud alterum, Guido, quo in libro Faventino affirmas, te antiquiorem Pandectarum mentionem tribuisse illi Blæsensis epistolæ, dubitantis modo, addito verbo fortasse, & me verbum illud dissimulasse cum scripserim contra librum tuum Florentinum, in quo est verbum illud, non contra Pisanum, in quo verbum idem deest *il vostro libello di Lucca del 1728, da cui è nata questa contesa prende di mira espressamente l' edizion della lettera fatta in Firenze nel 1727 cum notis. Se dunque in questa lettera stampata colle note si trova scritto distesamente quarum antiquior fortasse mentio, siccome ancora ne' primi esemplari, che girano manoscritti fin dall' anno 1723, che accade ora ritirarsi con pretendere d' aver riferita la vostra Critica ad un altra imperfetta impressione, in cui tal particella dallo stampatore fu omessa* (2)? Nonne reminisceris, Guido, dum hæc proterve adeo scribis, me epistolam tuam Pisis editam anno MDCCXXVI, Clariss. mo Averanio petente, judicasse, & reprehendisse commemorationem Pandectarum a te epistolæ illi Blæsensis tributam, te vero monitum, cum

(1) *Idem lib. 2. de orat.*
(2) *Nuova disamin. part. 2. cap. 9. num. 11.*

Digitized by Google

Florentiæ eamdem epistolam ederes verbum illud *fortasse* addidisse, reprehensionem illam eâ humanitate, qua universum humanum genus prosequeris, calumniæ accusasse, calumniatores appellasse, qui reprehenderint, ne denique eum fuisse, qui reprehenderim, Florentinorum Civitati universæ indicasse? Si oblitus es, extat nota illa tua Florentina *nonnulli hunc locum calumniati sunt, quasi primam Pandectarum mentionem Petro Blæsensi tribuerim imperite*. Accusatus ego calumniæ me defendo jam tribus annis. Calumnia quærenda fuit in epistolâ tuâ Pisis editâ anno MDCCXXVI, de qua fuerat judicium meum, quod in libro Florentino calumniam appellavisti. Nisi me, a me monitus, calumniæ accusasses, illud tuum *fortasse* humaniter excepissem. At calumniæ accusatus ob judicatum a me librum Pisanum, in quo non est illud *fortasse*, ut defendar, non de Florentino, sed de Pisano, a quo lis orta est, agendum inter nos est.



LIBER SECUNDUS

CAP. I.

Quam inepte Grandius de Pandectis Pisanis disputaverit, quamque facile hoc tempore historia Pandectarum vera deprehendi poterat.



UA ratione Grandius quod sibi secundum proposuerat, ut fidem detraheret iis, qui Pandectas Pisanas in Amalphitanâ direptione inventas esse, probarunt, executus sit, protinus videamus. Conradus Urspergensis Abbas anno MCCXV se electum Abbatem fuisse, in Chronico *ad eum annum* narravit, adeoque seculo XII ipso vixerat, quo Irnerius, quo Bulgarus, quo Jacobus, quo alii vixerunt qui ad Jurisprudentiæ Romanæ restitutionem pertinere videntur. Juris studiosum Conradum fuisse, bis Conringius affir-

affirmavit(1). Chronicon, quod Conrado tribuitur, Conradi non esse totum, Mauritius (2), aliique tradiderunt, maximam vero illius partem ab Abbate Schwartzhamensi conscriptam, Freherus (3), eumque Conrado isto antiquiorem produxisse Chronicon ad annum MCXXVI, inde vero Conradum Urspergensem sua inchoasse; hanc sententiam videtur novissime secutus auctor observationis Hallensis, quæ de Conrado Urspergensi est (4), quem Labbeus, Bellarminus, Caveus, Oudinus minus diligenter & copiose illustrasse videntur, etsi in sæculis, quo vixit, rebus legendum illud Chronicon esse, monuerint. Urspergensis itaque ille de restitutione juris Romani hæc scripsit *hujus Lotharii temporibus Magister Gratianus Canones, & decreta in unum compilavit; Eisdem quoque temporibus Dominus Wernerius libros legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quisquam in eis studuerat, ad petitionem Mathildæ Comitissæ renovavit, & secundum quod olim a divæ recordationis Imperatore Justiniano compilati fuerant, paucis forte verbis alicubi interpositis eos distinxit.*

Odo-

---

(1) *De orig. jur. Germ. cap. 21. hactenus, & in respons. ad nov. object. Nibus.*

(2) *De libris jur. pag. 113.*

(3) *In directorio script. histor. tom. 1. rer. German.*

(4) *Observ. Hallens. tom. 1. pag. 306. & seqq.*

(5) *De regno Ital. lib. VI.*

(6) *Obser. jur. Canon. lib. 5. cap. 5.*

Odofredus Urspergensis æqualis, (1) Lotharium necommemoravit quidem, dum Juris restitutionem, & Irnerii facta memoriæ mandaret; Irnerium doctiorem quidem, & celebriorem Pepone ille exhibet, sed nullâ aliâ, quàm privatâ auctoritate docentem (2) *Dominus Irnerius fuit apud nos lucerna juris, idest primus, qui docuit in Civitate Bononiæ; nam primum cœpit studium esse in Civitate istâ in artibus, & cum studium esset destructum Romæ, libri legales fuerunt deportati ad Civitatem Ravennæ, & de Ravenna ad Civitatem istam. Quidam Dom. Pepo cœpit auctoritate suâ legere in legibus, tamen quidquid fuerit de scientiâ sua, nullius nominis fuit; sed Dom. Irnerius dum doceret in artibus in Civitate istâ, cum fuerunt deportati libri legales, cœpit per se studere in libris nostris, & studendo cœpit docere in legibus; Et ipse fuit maximi nominis, & fuit primus illuminator scientiæ nostræ*. Ejusdem Azonis, cujus fuerat Odofredus, auditor Cardinalis Ostiensis Lotharium ab historiâ renovatæ Romanæ Jurisprudentiæ excludit paritér, cum casus, & grammatica controversia initium dedisse librorum juris explicandorum ab eo dicatur *As scilicet duodecim unciæ. As ergo quandoque ponitur pro obulo, propter quod verbum venit Bononiæ studium Civile, sicut audivi a Domino meo* (3). Si publicâ Irnerius auctoritate opus habuis-

(1) *Pancirol. de clar. Jur. Interpr. cap. 35.*
(2) *In auth. qui res Cod. de Sacros. Eccl. & ad l. Jus Civile ff. de just. & jur.*
(3) *In cap. 1. num. 2. de testam.*

buisset, ut jus Civile doceret, ei morienti succedendum ex publicâ pariter auctoritate fuisset, neque enim quæ personæ, quæ ingenio, quæ sapientiæ concessa sunt, transmittere, qui ea ob excellentiam meruit, potest ad alios (1). At ex Morena scimus, Irnerium sibi succesorem elegisse (2) *istorum autem quatuor doctorum, & quamplurimorum aliorum magister fuit dominus Guarnerius Doctor antiquus, adquem cum in extremis laboraret, accesserunt sui scolares dicentes Domine, quem vultis post mortem vestram nobis Doctorem constituere, quibus ille respondit per hæc duo carmina*

Bulgarus os aureum, Martinus copia legum,
Mens legum est Ugo, Jacobus est quod ego,

& sic dictus Jacobus fuit Doctor. Jacobus itaque Irnerii judicio, & discipulorum consensu Doctoris munere donatus est, non Regis, non Reipublicæ Bononiensium auctoritate.

II Qui vitas Jurisconsultorum scripserunt, Irnerii vitam ad annum usque MCXC produxerunt (3). Qui ergo de his disputantes viderent, a Sigonio reprehensum Urspergensem, quod Mathildam fecerit Lotharii Saxonis imperantis æqualem, eo illum

(1) *L. quia tale ff. solut. matr. l. ex pluribus ff. de admin. tutor. l. filiof. ff. de cond. & dem.*

(2) *Chron. Laudens. apud Leibnit. pag. 818. & Murat. script. rer. Ital. tom. 6.*

(3) *Pancir. de clar. jur. Interp. lib. 2. cap 13. in fin. Ficard. in vit. Irnerii, Forster. histor. jur. lib. 3. cap. 6.*

illum magis reijciebant, quod idem Irnerius, qui ad annum MCXC pervenerit, non videretur jus Civile explicare potuisse Mathildæ rogatu, quæ anno MCXV occubuerit (1), quod Urspergensis tradiderat. Cum vero Lotharius eo tempore imperaverit, quo Amalphitanæ Pandectæ inventæ a Pisanis fuerint, cum Lotharius idem bellum in Campania, Apuliâque gesserit, quod Pisani gerebant, dum Pandectas adepti sunt, cum eorum opinio invaluerit, qui Pandectas illas *authenticas*, *autographas*, *originales* Justiniani esse affirmaverant, quod sæculo XV factum jam fuisse videmus (2), cum non alio Pandectarum volumine, quám Amalphitanis illis, Pisanisque renovatam Romanam jurisprudentiam fuisse, persuasum jam Scriptoribus esset (3), quod incipiente sæculo XVI factum jam fuisse, ex Viglio cognoscimus, Mathilda deserta fere est, exceptusque Lotharius, isque restituti juris Romani auctor laudatus unus (4). Hæc

(1) *Selden. dissert. ad Fletam. cap. 6. §. 2. Gravin. de ortu & prog. jur. Civil. lib. 1. cap. 143. Nibusi. in Apologetic. de Irnerio. Sigon. de regno Italiæ lib. 11.*

(2) *Brencmann. histor. Pand. lib. 3. cap. 1. Nos epistol. de Pand. ad Academ. Etrusc. cap. 8. §. 3.*

(3) *Viglius in præfat. ad Carol. V ante Theoph. Instit. Selden. diss. ad Fletam cap. 6. num. 2. Ciron. observ. jur. Can. lib. 5. cap. 5. Jacobus Gothofr. histor. jur. cap. 9. Arthur. Duk. de auctor. jur. Civ. lib. 1. cap. 5.*

(4) *Joann. Molin. in præfat. ad Ivon. Decret. Spigel. apud Brenc. in judiciis de Pandect. Flor Forcatul. lib. 4. de imperio Gallorum. &c. &c.*

omnia famâ conflata sunt, teste Viro doctissimo Carolo Sigonio *constans doctorum hominum monumentis est fama, Lotharium ut ex uno jure Civili Romano posthac judicia fierent, lege sanxisse. Ante hoc tempus Italici, alii Longobardicâ, alii Salicâ, alii Romanâ lege utebantur; in posterum autem omnes, uni juri, unique legi, reliquis abrogatis, nempe Romanæ obtemperaverunt, jusque Civile publicis Italiæ in Gymnasiis majore celebrari studio cœptum* (1). Sentiebat Sigonius parum fidendum esse *famæ illi doctorum hominum monumentis constanti*, nisi certi auctores aliqui proderentur; adeoque Odofredum laudavit, & Urspergensem *primus autem Irnerius Bononiæ exponere cœpit, ut Odofredus memoriæ prodidit, primusque glossas, ut vocavit, in illud scripsit, quem deinde alii secuti, certatim illius industriam sunt æmulati. Hoc autem sensisse quoque videtur Urspergensis, cum Irnerium regnante Lothario ad Pandectas interpretandas accessisse scribit*: & qui jam sese Lothario addixerat Sigonius Urspergensem reprehendit, quod Mathildam hoc loco male collocaverit *in eo tamen aperte falsus, quod Mathildis rogatu id suscepisse muneris ait, quæ multo ante Lotharii imperium e vita migravit*, quod paullo ante dicebamus. At Odofredus Lotharii edictum, Lotharii jussum non commemoravit; Urspergensis Lotharium commemoravit unam ob causam designandi temporis, quo Irnerius illa fecisset *iisdem quoque temporibus Dominus Wernerius &c.* Qui omnes bibliothecas; omnia monumenta, qualiacumque essent Sigo-

(1) *De regno Ital. lib. 11. in fin.*

Sigonius excusserat, quibus historiam suam Italicam componeret, ut ipse ad Jacobum Boncompagnum scribit (1) *omnes, sive profanarum, sive sacrarum actionum qualescunque essent comparavi commentarios, deinde vetera Italiæ, & maxime Lombardiæ tabularia perlustravi, atque omnia fere, quæ apud Civitates, Ecclesias, Monasteria Pontificum, Regum, atque Imperatorum diplomata residebant, aut præsens inspexi, aut certe absens beneficio amicorum, hospitumque cognovi* unos Odofredum, & Urspergensem illius famæ attulit testes, quorum alter Irnerium, tradit, privatâ auctoritate docuisse jus Romanum, alter illius doctrinæ auctorem Lotharium minime facit.

III Famam ergo illam tam infirmo fundamento subnixam, facile primum Lindembrogius diffiavit, quantum ad Lotharianum edictum pertinebat (2), Calixtus deinde, & Conringius (3), qui Calixtum defendit copiose, ac docte adversus Nihusium, & Doctores Bononienses; Tertium Clarissimus Muratorius (4), Struvius (5), denique Assensis (6), qui prudenter animadverterunt, Irnerium privatâ auctoritate docuisse, jus Romanum ante Lotharium

(1) *Epist. dedic. hist. de regno Ital.*
(2) *In præfat. ad Cod. Leg. antiquar.*
(3) *De orig. Jur. German. in præf. & cap. 21. & seq. in defensione advers. nov. object. Nihusii.*
(4) *In præf. ad LL. Longobard. part. 2. tom. 1. rer. Ital.*
(5) *Histor. Jur. cap. 5. §. 10.*
(6) *Lib. 2. cap. 3. & seqq. dell'uso, ed autor. della ragion Civile.*

Digitized by Google

viguisse, post Lotharium vero viguisse Longobardicum, in Germania, cui Lotharius imperabat, diu post Lotharium inusitatum fuisse jus Romanum. Et veró Urspergensis, qui jamdiu vapulavit, quod Irnerium cum Lothario copulaverit, est ab eodem Sigonio defensus, qui extremâ ætate Bononiensem scribens historiam, Irnerium, tradit, jus Civile docuisse anno MCII Mathildæ rogatu (1) *MCII Irnerius Philosophiam Bononiæ docens, Mathildis rogatu Pandectas interpretari cœpit, & primus glossas in eas emisit*. Quod Urspergensis Lotharium commemoraverit, ego eum minime esse, arbitror, emendandum, etsi Mathilda multis antequam Lotharius imperaret annis occiderit, *iisdem* dixit ille *temporibus Dominus Wernerius libros legum, qui diu neglecti fuerant, renovavit ad petitionem Mathildæ Comitissæ, & secundum quod olim a divæ recordationis Imperatore Justiniano compilati fuerant paucis verbis alicubi interpositis, distinxit*. Irnerii opus hoc, quod Urspergensis explicabat, renovatio erat librorum juris, qui derelicti erant, & distinctio illorum librorum *paucis verbis interpositis* quæ sunt fortasse *summaria legum*, quæ Irnerio plurimi tribuerunt. Privatus jus Romanum renovare statim, atque unico actu non potest, Princeps potest, aut populus si de eo edat constitutionem aut legem ferat, quod privato permissum non est; Erat Irnerio Romani Juris, Pandectarum maxime candor, æquitas, humanitas, elegantia monstranda; plurimi erant alliciendi, magnâ, diuturnâ, multiplici suasione opus

(1) *In argumentis*.

opus erat, ut illius juris amor diffunderetur, ut mores, ut contractus, ut testamenta, ut alia ad Juris Romani modum reducenda esse, consentirent cum plurimi mortales, tum diversissimi, ut judicia, ut ritus, ut disciplinam publicam, privatamque volentes converterent; Consensu enim isto uno constare, postquam Romanum imperium extinctum fuit, auctoritas videtur Romani juris (1), eâque, quæ usu diuturno conficitur, consuetudine. Alterum illud, quod ab Irnerio factum esse, scripsit Uspergensis, *paucis verbis alicubi interpositis distinxit* libros Justiniani, non unius pariter temporis opus fuit, sed multorum annorum; adeoque Mathildæ rogatu potuit Irnerius anno MCII illud incipére, eóque deinde Lotharii demum tempore ita produxisse, ut vulgus factum jam esse, cognosceret. Et vero laxioribus verbis usus est Uspergensis *iisdem quoque temporibus*, quæ tractum aliquem temporis significare videntur, latiorem eo, quem significasse videretur si dixisset *Lotharii tempore*. Vellejus Paterculus Scriptor elegantissimus, nuptam Octaviam Antonio narravit, cum jam pacem conciliatam narrasset inter Octavium, Antonium, Sextum Pompejum, etsì multo ante, quám pax illa concilia-

(1) *Card. de Luc. de servit. disc.* 1. *num.* 11. *Murator in præf. LL. Longob.* §. *quæ cum rer. Ital. tom.* 1. *part.* 2. *Conring. de orig. jur. German. cap.* 23. & *cap.* 33. *Struvius histor. jur. cap.* 5. §. 10. *in fin.* & *cap.* 6. §. 39. *Schilter exercitat.* 1. *ad Pandect.* §. 12. *Thomasius delin. hist. jur.* §. 170. & *seqq. Kulpis. de German. Legib. veter. ac Romani juris in Germ. orig. pag.* 54.

ciliaretur, Antonio nupsisset Octavia (1), quin reprehendatur; scilicet non inepte scripsisse videtur, quia conjugii tempus laxioribus verbis expressit *hoc tractu temporum Octaviam sororem Cæsaris M. Antonius duxit uxorem* (2). Neque vero novum est, excusari ita Scriptores; Sic in Lucullo Cicero Legationem P. Africani scripsisse dicitur (3); Sic Tacitus Drusi, Tiberii filii, de Sejano querelas tempori nectens, quo idem a Sejano est interemptus, biennium complicat (4); Sic Valerius Maximus Masinissæ Numidarum Regis, & Africani Majoris acta quædam ita conjungit, ut Minori Africano tribuat, quæ Majoris fuerant, & temporis alterius (5). Sic Paullus Diaconus tempus, quo Longobardi venerunt ita cum tempore copulat, quo Italiæ fere universæ illi dominabantur, ut unum de duobus temporibus fecisse videatur (6). Sic alii passim, quos eruditi Interpretes declaraverunt. Imperitos prudenter Baillius in Conone, & Caussino monuisse mihi videtur, his historiarum complexibus temporum ordinem aliquatenus invertentibus

(1) *Livii epit. lib. 117. Plutarch. in Anton. Appian. bell. Civ. lib. 5. Dio lib. 48.*

(2) *Lib. 2. cap. 77.*

(3) *Vid. ipsum Cic. in somn. Scipion. & Bendinelli loc. hist. 15.*

(4) *Lib 4. annal. cap. 7. ibiq. Freinshemium.*

(5) *Lib. 5. cap. 1. videatur & conferatur cum Liv. lib. 27. & Plut. in vit. Scipionis.*

(6) *Lib. 2. cap. 8. 9. 10. de gest. Longob. vid. not. cap. 10. num. 77. penes Murator. tom. 1. part. 1. rer. Ital.*

tibus sæpe fieri, ut quod Philosophi errare solent pro caussâ accipientes, quæ minime caussa fuerit, & in historiâ peccetur (1), quod esse in hac historiæ parte factum, apertissime constat, sine culpa Conradi. Ita Bellarminus in hac re nostra eos tuetur, qui Gratianum composuisse, scripserunt, annis MCXXVII, ut Trithemius scripsit, MCXXX, ut Justellus (2), & Aventinus (3), annis MCLI, ut Riccobaldus (4) annis denique quibus Lotharius Saxo Germanis [illegible]sque imperabat, ut noster hic Urspergensis; Alios enim tempus designasse, vult, quo Decretum est inchoatum, alios quo condebatur, alios denique, quo absolutum est, & publicatum. Et vero non brevioris temporis fuit Irnerii, quàm Gratiani fuerit, opus.

IV Hactenus vidimus, nullum esse, quod famâ unâ celebrabatur, edictum Lotharii de jure Romano renovando; Comperimus Pandectarum jus privatâ auctoritate restitutum ab Irnerio; Detraximus cum Viris doctissimis, qui paullò ante nos vixerunt, aut qui adhuc supersunt, Pandectarum historiæ Lotharium. Eximenda superest de eâdem historiâ Pandectarum Pisanarum inventio. Florentinius, quos viderim, omnium primus suspicatus est, Irnerium esse non Pisanis Pandectis, non Pisanarum Pandectarum exemplo usum (4). Pancirolus dixerat, aliquos esse arbitratos Pisanas Pandectas, alias

fuis-

(1) *In Diction. v. Conon. & verb. Caussin.*
(2) *In præfat. ad can. Eccl. univers.*
(3) *Lib. 6. hist. Bojor.*
(4) *In Pomær. ad Conradum. Vita della Contessa Matilde lib. 2.*

Ital.

Digitized by Google

fuisse ab illis, quas Odofredus Romæ, Ravennæ, Bononiæ locavit, sed eorum nudam auctoritatem attulerat, cum Florentinius ratione sit usus temporis, quæ falli non patitur. Gravina idem dixit, &, ut solet, sane quám leviter (1). Clarissimus Brencmannus, qui Decretum Ivonis, & Pannormiam non investigaverat, putabat, Ivonis Pandectas eas esse duntaxat, quas ex epistolâ Ivonis CXXXIV Gravina indicaverat (2), adeoque particulam Pandectarum ad sponsalia pertinentem, non totas; quod si totas habuisse Pandectas Ivo, diceretur, inde esse volebat Brencmannus, quod in Gallia tardius jus Pandectarum invaluerit, adeoque, & tardius interciderit; Odofredi vero Ravennates Codices Pandectarum fabulosos esse, Brencmannus existimabat, quod imperitus esset Odofredus historiæ, quod cum Romæ, & Ravennæ diutius hæserit Romanum imperium, probabile pro certo, quod ignorabat, tradiderit, quod Pancirolus Odofredi traditionem nulla auctoritate dixerit comprobari, quod Freherus Ravennâ Amalphiam, Amalphiâ Pisas traslatas fuisse Pandectas, fuerit arbitratus, quod aliqui Odofredi libros, non Digesta, sed Codicem Justinianeum fuisse, crediderint. Struvius in juris historiam (3) plurima ex Duckio, Cironio, Conringioque congessit, ex quibus jus Romanum non penitus extinctum fuisse, discamus, quo tempore claruit Irnerius; addidit Ivonis epistolas IC, CCXLIII, CCLXXX, & Gratianum quoque.

ex

(1) *De ort. & progr. jur. Civ. lib.* 1. *cap.* 140.
(2) *Histor. MS. Flor. lib.* 3. *cap.* 2.
(3) *Cap.* 5. §. 7. *& in not. ult. ad illud* §.

Digitized by Google

ex Seldeno profert, qui duas Pandectarum léges in *Decreto* descripserit. Donatus Astensis Struvij, & Conringij laboribus usus, Odofredo fidem adhibet de Romæ, Ravennæ, Bononiæque Pandectis; ex operibus Petri Damiani docet, sæculo XI Ravennæ libros fuisse Romani juris, eisque testimonium, quod ex Odofredo eductum Brencmannus contempsit, de libris Justiniani, qui Ravennæ fuissent, munit; Pandectas vulgatas, antiquiores esse bello Amalphitano, & descriptionibus Pisanarum Pandectarum existimat, quod Irnerius Pandectas incæpérit explicare anno MCII ut Sigonius tradidit, aut ille, qui Bononiensis historiæ condidit argumenta, quod Irnerii vita sit anticipanda, qui anno MCLVIII jam occubuerit, quod fabulosa sint cum Lotharianum edictum, tum Imperiali beneficio constituta Bononiensis Academia. Addit & illud Astensis, etsì nihil afferat, quó confirmet *per li Digesti, ne mostrano la loro esistenza i responsi di tutti quelli Giurisconsulti, che registrati si hanno ne i Decreti di Burcardo, e di Ivone Carnotense, per non essersi da altro fonte presi, o potuti prendere, come testimonia Francesco de Roye, che dalle Pandette di Giustiniano &c.* (1). Burchardum Digestis minime usum fuisse, didicisset Astensis, si ejus *Decreta* legisset; Si vero diligentius legisset Decretum Gratiani, comperisset, Gratianum non Pisanis, sed vulgaribus Pandectis studuisse (2). Sed quod ei principale propositum

 erat,

(1) *Lib. 2. cap. 2. dell'uso o autorità della ragion Civile* §. per li Digesti.

(2) *Nos epist. de Pandect. ad Acad. Etrusc. cap.* 4. §. 2.

erat, fere confecit Aſtenſis, ut reſtitutio Irneriana Romani juris nihil cum Pandectis Piſanis cōmune habere videatur, quæ multis poſt annis quæſitæ Piſanis fuerint, quam Ivo, quam Ravennates Juriſconſulti, quàm Irnerius uterentur Pandectis.

V Aſtenſis laudabilius fuiſſet opus, ſi brevius, ſi quam ex Cironio, Conringio, Struvio materiam ille didicerat, non deſcripſiſſet, & argumentationem unam, quam illi omiſerant, inde, materiâ non repetitâ, eduxiſſet, qua nunquam extinctum Romanum, Pandectarumque jus fuiſſe, qua Amalphiæ direptione antiquiorem fuiſſe Irnerii doctrinam, docere commode potuiſſet; ſi ex Ivonis Decreto, & Pannormia Digeſtorum copiam extuliſſet; ſi, quod erat minime neceſſarium, Piſanam de Pandectis hiſtoriam ſuſpicionibus infirmiſſimis non turbaſſet, quibus ne ipſe quidem fidit, cum diſputationem de ea re ita concluſerit, ut potuiſſe Amalphiæ Pandectas a Piſanis inveniri, fateretur. Hae itaque in hoc fundo legendæ ſpicæ ſupererant, alia erant omnia collecta. Abſolvendum hoc erat opus, ut ab eâ, quam Pandectis navavit Irnerius, operâ, Amalphitanæ Pandectæ penitus eximerentur. Id vero complanatum jam iter erat, & obvium, & facile, cum Irnerio proximus Odofredus Romanorum, Ravennatiumque Pandectas Irnerio tribuiſſet, cum Paullus Diaconus tribus ante illam direptionem ſæculis in Italiâ, cum in Galliis ſæculo ſuperiore Pandectas fuiſſe, Ivo monſtraverit; cum antiquiſſimas eſſe, quæ vulgatæ Pandectæ dicuntur, & aliunde, quàm ex Amalphitanis voluminibus manaſſe conſtiterit; cum qui Pandectas Piſanas Amal-

Amalphiæ inventas primi tradiderant, Chronicon Gryphianum, Grancius, Volaterránus, neq; Lotharii edictum de abrogandis legibus Longobardorum, neq; Irnerium cum illâ historiæ parte miscuerint. Cogenda itaque ex præclare inventis a Lindembrogio, Calixto, Conringio, Struvio, Muratorio erat Astensi illa facile argumentatio, qua efficéretur, ut, ad Pandectarum Pisanarum Pisanam historiam minime pertinere viderentur fabulosa illa, quæ de Irnerio, Lotharioque conficta fuisse, nuper docti homines compererunt. Pisanam illam historiam dijudicare instituentibus, nulla esse præjudicata ex fabulosis illis opinio debuerat; mens erat integra ad eam cognitionem afferenda, animusque gerendus

——— totus teres atque rotundus,

Externi nequid valeat per leve morari.

Prudéns Brencmannus advenerat huc minus libér, qui Pandectis Pisanis restitutam ab Irnerio fuisse Romanam Jurisprudentiam existimaret, ex Pisanis esse omnia, quæ extant Pandectarum exempla descripta, Irnerii vitam, doctrinamque, & scientiam Pandectarum, quam argumenta historiæ Bononiensis, & Mathildæ historia anno MCII includunt, non videret, aut videre nollet antiquiorem Amalphitanâ direptione. Astensis, qui hæc omnia habebat optime explorata, alterutro vitio laborabat, aut eorum, qui veteres traditionés, quas imberbes didicere, nolunt perdendas omnino fateri, adeoque commixtas jamdiu Pisanas Pandectas decidere ab Irnerii historiâ non audebat, aut eorum, qui Spartam, qui Venerem suam ornare, munire latius, copiosiusque conantur, quàm par est, adeoque qui Pandectas nunquam deperditas fuisse contende

 bat,

bat, nolebat videri repertas Amalphiæ sæculo XII celebrés illas Pandectas. Nisi, quod probabilius est, dicere velimus, Astensem adstrictum sese esse, existimasse, ad eam Pisanam historiam confutandam, in qua esse, crederet, Lotharianum illud edictum, quod tot argumenta disjecerant. Verba Astensis, quæ sunt in capite IV libri II prima quæque extrema, hanc Astensis opinionem confirmant; illa vero maxime *l'autore della prefazione alle Pandette Fiorentine oltre alta tradizione, aggiunge la testimonianza degli antichi annali de' Pisani, e questi essendosi dati alle stampe dall' Ughellio, d' ogni altra cosa ragionano. Rapporta inoltre Raniero Grachia, e questo Scrittore, come che non avessimo ancora avuta la sorte di vederlo, ben potè far errore, per avere scritto dugento cinquant' anni dopo Lotario.* Credidit, donationem Lotharii, quâ Pandectæ Pisanis dabantur, a Grancio tradi, & ab annalibus Pisanis, qui ei suspectissimi erant, cum Lotharius abesset, dum Amalphia diripiebatur, secundo vero bello adesset, quo Amalphia direpta non fuerit. Et vero declaravit Astensis, se accepturum, quod sine Lothario de Pandectis Amalphiæ repertis objiciatur, ut nos in priore libro indicavimus (1). Brencmannus inter *judicia* de Pandectis Florentinis (2), Chronicon Gryphianum edidit primus anno MDCCXXII biennio post, quam suos vulgaverat libros Astensis, eoque Cronico Pandectæ Pisanis Amalphiæ quæsitæ dicuntur, non commemorato Lothario.

(1) *Epistol. ad Academ. Etrusc. cap. 5. §. 6.*
(2) *Num. 6.*

thario. Clarissimus Muratorius anno MDCCXXII (1) Grancii carmen edidit primus de præliis Thusciæ, quo pariter, non commemorato Lothario, præda illa Amalphitana narratur, qua Pandectarum Codices Pisanis obvenerunt. Quare, si Astensis duobus illis Pisanis monumentis perpensis, nonumque post annum sua illa recoqueret, æquior fortasse Pisanis esset, & verba, & sententias aliquot emendaret, quæ & virum dedecent, & Populo Pisano minime conveniunt, qui pluribus sæculis Europam, Asiam, Africam rerum a se fortiter gestarum famâ compleverit, & libertatem tueri potuerit.

VI Ergo qui post hæc animum ad scribendum appelleret, constanter poterat affirmare, nihil esse in Pisanâ de Pandectis historia, quod cum historiis cæteris pugnet, nihil esse minus probabile, cum Amalphiæ esse Codices illi potuerint, cum Amalphiam Pisani diripuerint, cum diu Pisis illi servati, cultique sint, cum Bononiæ fuisse illos, nemo tradiderit, cum aliud Romanis, aliud Ravennatibus, aliud Gallis, aliud Amalphitanis, Pisanisque Pandectarum esse potuerit exemplar, & nunc hoc, nunc illud temporibus diversissimis apparere. Sic verax Odofredus, qui Ravennæ libros Justinianeos fuisse testatur, quod & Petrus Damiani demonstrat. Sic Ivo potuit centum ante Amalphitanam direptionem annos in Galliis usitare Pandectas, quæ duo impediverunt Brencmannum; Sic verax Urspergensis, verax argumentum historiæ Bononiensis de Pandectis anno MCII Mathildæ rogatu ab Irnerio expli-

(1) *Tom. XI. rer. Ital.*

explicatis, quod Brencmannus videre noluit. Sic verax Piſana hiſtoria eſſe poteſt, Pandectas Amalphitanas eſſe Piſas delatas anno MCXXXV, neque motus illi librarii neceſſarii ſunt, quos Brencmannus comminiſcitur, quibus ſtatim, quibus breviſſimo tempore Pandectæ Piſanæ pluries deſcriptæ fuerint, ut Gratianus, ut Obertus de Horto, ut Juriſconſulti illi plurimi célébres, jamque ætatibus graves, quos anno MCLVIII Otho Morena commemorat, Pandectis jamdiu ſtuduiſſe potuerint, quique vehementiſſimi motus Brencmanno conſtituendi vi quadam in rebus humanis inuſitatâ fuérunt, eorum ſimiles, quos in mundi architecturâ Pythagoras, Democritus, Copernicus, Galilæus, alii poſtea plurimi rejecérunt.

VII Hanc Grandius, ſi ſapuiſſet, cum hic de re ſcribendi libidine ſtimularetur, ivíſsét viam, locumque adhuc vacuum intér hujus genéris Scriptores occupare commode potuiſset. At illi non erat res lecta potenter, ex uno ille Brencmanni libro Pandectarum hiſtoriam didicerat, ignorabat ille quæcunque Brencmannus non ſcripſerat, aut Monaſtica non erant, tota rerum ponere neſciebat. Invenit in Archivo ſui Monaſterii, judicium Eccleſiaſticum actum anno MCXCIII, eoque ſtatim exiluit, ut confutaret, quod Brencmannus dixerat *integro poſt direptionem Amalphitanam ſæculo jus Pandectarum apud Piſanos friguiſſe* (1), neque reſpexit, Brencmannum probaſſe Conringiana omnia, quæ habentur in *cap.* XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV

(1) *Lib.* 1. *cap.* 9. *ne autem*.

Digitized by Google

XXIV *de orig. jur. German* (1), quibus copiose confirmatur, Ecclesiasticos homines, quales illi erant, inter quos judicium illud Pisanum latum fuit, jure Romano uti consuevisse, etiam ubi cæteri cives aliis legibus uterentur.

VIII Attulit Grandius *Codicem Pisanorum statutorum* quales innumeri Pisis sunt, & non Jurisconsultorum unis, sed & tabellionum manibus versantur. Antiquum esse, dixit, illum, quem proferebat, at gradum antiquitatis certis finibus non demonstravit: id unum dixit, esse illum antiquiorem Codice Strozziano, quem Brencmannus scriptum esse, dixerat, anno MCCLXII *& quidem ille ad hanc sententiam confirmandam, Pisanum statutum anno 1262. compilatum e Bibliotheca Strozziana. Verum ego aliquanto vetustiorem statutorum Pisani Communis Codicem membranaceum optimæ notæ in Bibliotheca Francisci Gaddii nactus &c.* Lippis est, & tonsoribus notum Pisis, jus Pisanum compositum fuisse primum anno Pisano MCLXI, auctum deinde sæpius, & emendatum. Ridiculum est autem Juris peritis, quod Grandius adversus Brencmannum affert argumentum usus Pandectarum ante annum MCCXXXV ex legibus Pandectarum, quas in notis *marginalibus* Codex ille habet, cum nullus fere statutoruum Codex in Italia inveniatur, qui privatorum cum sit, aut fuerit, non habeat in notis *marginalibus* ob similitudinem aliquam, aut dissimilitudinem leges aliquot Juris Justinianei, aut Scriptorem aliquem, remque aliquam judicatam, quas

(1) *Lib. 1. cap. 7. §. quodcunque.*

quas studiosus possessor adjecerit quin ex adjectionis tempore, *statuti* conditi, aut descripti tempus indicari videatur: adjectiones enim, quocumque tempore fiunt; adduntur que non priora duntaxat *statutis*, sed & longe posteriora. Difficile est autem etiam librariae rei peritissimis, quae XII, quae XIII saeculi scriptura sit, certo judicare. Grandius peritum neminem laudavit, qui Codicem illum scriptum esse, pronunciaverit, saeculo XII, quo primum *statutum* est editum, eodemque saeculo notas illas *marginales* esse includendas. Valsechius conferendis Pisanis *Constitutis* cum Pandectis operam utiliorem navaverat (1), etsì multas Pandectarum particulas alias afferre potuisset ex jure illo Pisano; aptissime quoque confutasse visus est Brencmanni sententiam, & Pandectas notas Pisani juris conditoribus, confirmasse. Sed ego Valsechio etiam timeo a Brencmanno, cum diligentius iste ambas Pisani juris partes inspexerit. Mihi enim eas versanti, saepe sese obtulerunt tempora diversa, quominus uni anno MCLXI totum jus illud adstringendum esse, existimarem. Antiquior certe est in *Constituto* legis rubrica XXVIII de *antephatis*, *quae* annum memoret MCLV, quamque ob eo anno servandam esse, ibi Pisana Respublica constituerit. Ipsi conditores in *prologo constituti usus* alios ante se fuisse, dicunt *qua de causa & nos, & ante nos* *quam-*

(1) *Epist. de vet. Civit. Pisanae Constit.* p. 18. & *seqq.*

Digitized by Google

quamplurimos alios sapientes Civitatis elegerunt, idem annus MCXLVI est in rubrica XXV. Posteriora quoque témpora anno MCLXI utrumque *Constitutum* manifeste habet, quin a posterioribus possint antiquiora facile separari, cum uno orationis plexu, ac decursu utraque comprehendantur. *Potestatis* mentio, quo Magistratu Pisani per id tempus, quasi Romano Prætore, uterentur, multa est in utroque *Constituto* (1). Hic véro Magistratus Consulatui succesśit, quo Civitates Italicæ regebantur, cum Fridericus primus Italorum libertati insidiaretur. Consules Cives fastidire Populi cœperunt paullo post Fridericum, quantum ad jus dicendum pertinebat. Odium, amor, metus illos judices impediebat; adeoque, ex alienâ Republicâ gravem virum aliquem eligere consûeverunt, qui jus diceret cum nomine Potestatis (2). Potestatem alii maturius, alii serius instituerunt; triginta fere annis, qui sæculo XIII proxime præcesserunt, Italiæ univérsæ Populi Magistratum illum expétivisse videntur (3), longe diversum ab eo, de quo

(1) *Const. Leg. rub.* 25. §. *hac nostra*, *rub.* 17. §. *statuimus* §. *Potestas*, §. *ordinamus* §. *ubi autem rub* 16. §. *si quis rub.* 15. *insuper rubr.* 14. §. & *quilibet rub.* 6. § *si quis*, *rub.* 37. §. *hac piâ*, *rub.* 36 §. *præsenti*, *rub.* 43. §. *piâ*, & §. *cum lege*, *rub.* 50. § *statuimus*, *rub.* 56. §. *quoniam parum*. *Constit. usus rub.* 5. §. *huic*, *rub.* 28. §. *pro utilitate*, *rub.* 35. §. *pro communi*.

(2) *Ricordanus Malespin. hist. Fior. cap.* 99.

(3) *Vareg. hist. Januens. cap.* 1. *part* 6. *cap.* 1. *Ammir. Jun. hist. Fiorentin. lib.* 2. *pag.* 62. *Malevolt. hist. Senese part.* 1. *lib.* 4. *pag.* 39. & 40. *Caffann. Gen. lib.* 3. &c.

quo agit Otto Frisingensis, quemque Rex ipse eligere consueverit, aut a Civitatibus electum confirmare (1); Extincto enim regno, & Comitiis Italorum cessantibus, liberrime Potestatem Italicæ Civitates elegérunt, quod Italorum historiâ totâ docemur. Ergo Pisanorum Respublica anno M CXC Potestatem primum elegit (2), adeoque posteriores eo anno sunt omnes Pisani Juris partes, quæ Potestatem commemorant. Sæpe lecta, sæpe renovata *Constituta* illa fuisse, constat ex Codicibus, qui *versari solent*, *anno* MCCXXIII *Ind.* XI VI *Idus Apr. lecta*, *& publicata sunt hæc Constituta de novo facta*, *& emendata Pisis in Ecclesia S. Petri de Tschia*, *in Senatu*, *in præsentia Domini Alberghietti Pandimilii Pisarum Potestatis*; Idem factum dicitur anno MCCXXXIII; Idem anno MCCXLIII; Idem anno MCCXLVIII. Qua itaque ratione Valsechius poterit renovatum toties, recoctumque jus illud ijs etiam temporibus, quibus Brencmannus cedit, Pisani juris conditoribus innotuisse Pandectas, revocare ad annum MCLXI? Qua ratione ejus partes poterit separare, & aliquas certo tempori tribuere, quó Brencmannus confutetur? Mixtas ibi novas leges veteribus, & cum his confusas unus, & continens sermo complectitur; quid emendatum, quid integrum non videmus. Quam-

(1) *Lib.* 2. *de gest. Frider. cap.* 13. *Pacta Henrici IV cum Pisanis pen. Ugbell. Ital. sac. tom.* 3. *in Arch. Pisan. Radevic. de gest. Frid. lib.* 2. *cap.* 6. *Tristan. Chalc. hist. Mediol. ad ann.* MCLIX *Otto Moren. ad eum annum.*

(2) *Tronc. annal. Pis. ad eum annum pag.* 158.

Digitized by Google

Quamobrem tutius mihi esse videtur quærentibus Pandectarum usum XII sæculo in Pisanâ Republicâ nihil affirmare, & Valsechii diligentiâ laudatâ, ridere Grandium, qui temere Codicem Pisani juris attulit sine die, sine Consule; neque declaravit sintne in eo Codice additamenta illa quatuor, & emendationes, quæ in Codicibus Pisani juris plerisque sunt, quod erat unum ab eo declarandum, ut aliquid adversus Brencmannum egisse videretur.

IX Invenit in vitis Sanctorum a Roberto Montensi traditum, Lanfrancum, & Guarnerium leges explicasse Justiniani Bononiæ repertas anno MXXXII, statimque pronunciavit, falsa esse omnia, quæ hactenus dicta sunt de Pandectis Amalphiæ repertis, de Irnerio, qui Pandectas primus explicaverit anno MCII, de Jurisprudentiâ paullo ante illud tempus a Pepone Bononiæ coli cœptâ, & ab Irnerio ita ornatâ, ut Peponis memoriam obscuraret, eique omninò primas adimeret; etsì scripta isthæc omnia habeamus ab Urspergensi, qui paucissimis annis fuit Roberto posterior, scripta ab Odofredo Bononiensi de rebus Bononiensibus, de Jurisprudentiâ a Jurisconsulto, de Irnerio ab eo, qui Azonem audiverit Bulgari discipulum (1), qui Irnerio æqualis fuerat; etsì Itali omnes Lanfranci doctrinam illam ignoraverint, etsì Sarisberiensis(2) Theobaldum, qui CantuariensemEcclesiam sæculo fere integro post Lanfrancum administravit, primum inBritanniam leges Romanas intulisse, testetur; etsì Robertus Pandectas non commemora-

 ve-

(1) *Pancirol. de clar. jur. Interp. lib. 2. cap. 25. & 17, & 35.*

(2) *De nug. Curial. l. ... cap. ...*

verit, sed léges Justiniani, quæ Codice, novellis, Institutionibus contineri potuerunt, *repertis apud Bononiam legibus Justiniani Imperatoris, cœperunt eas legere, & aliis exponere*. Neque enim, quod dixit Robertus *repertis* indicat, leges illas non nisi casu réperiri potuisse, quomodo Pandectæ reperiendæ erant, quas ob magnitudinem voluminis, & fortasse ob doctrinæ difficultatem n derelictas, probabile est, describere desuevisse librarios; jam diu enim Grammaticorum nugis addita illa differentiâ est, quam ita statuebant nonnulli inter invenire, & reperire, ut quærentes inveniamus, casu vero réperiamus (1), cum deprehensum sit, utrumque utroque ab optimis Latinitatis auctoribus significari. Immo réperiri dicitur, quod, cum minus esset expositum, effertur ut palam videatur, etsì exponi antea, & proferri facile posset; non erat difficile in bello Civili Catilinario, ut cognati cognatis, amicis amici, hospites adversarentur hospitibus, ait Salustius in Catilinario post pugnam *volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem, aut cognatum reperiebant*; non erat difficile historiam evolvere, de qua auctor orationis ad Cæsarem de Rep. ordinanda dixit *ego cum animo meo reputans quæ res populos, nationesque magnis auctoribus auxissent, ac deinde, quibus ex causis magna regna, & imperia corruissent, eadem semper bona, atque mala reperiebam*; non erat difficile, Alcibiadem in negotio laboriosum, in otio dissolutum agnoscere, quem Cornelius Nepos pingit illis verbis *idem cum tempus po-*

(1) *Florid. satin. lib. 1. Subseciv. lect. cap. 7. Burmannus ad Ovid. Metam. lib. 1. num. 654.*

Digitized by Google

poſceret laborioſus, patiens &c. idem ſimulac ad ſe remiſerat, luxurioſus, diſſolutus reperiebatur (1); non erat difficile æqualibus Camiſſaris virtutem, & fidem agnoſcere, de quo idem Cornelius (2) *Camiſſares, quod & manu fortis, & bello ſtrenuus, & Regi multis locis fidelis erat repertus*. Sunt hujuſmodi quæ in Cicerone deprehenduntur exempla reperiendi *facilius in timore benigni, quam in victoria grati eſſe reperimur*(3):*tamen in iſtâ populatione & proſcriptione bonorum improbiſſimus reperiebare* (4); adeoque in lucem edi quod facile edi poterat, reperiendi verbo ſignificare videntur,qui latine loquuntur. Quare Codici Juſtiniani illud *repertis* convenire poteſt, qui etsì facilius, quàm Pandectæ, poterat inveniri, non erat tamen adèo vulgatus, ut in luce, & vulgo eſſet. Quotquot égo Codices ampliores antiquos vidi legum Italicarum, leges Longobardas habent, Capitularia Carolingiorum, Salicas, Ribuarias, Romanaſque léges, ſed contractas, utcunque pro ſæculorum barbarorum ingenio illi eas contrahere potuerant, qui in foro verſabantur, quibuſque neceſſarium erat omnes illas ſcire leges (5), quemadmodum minores cauſidici hodie ſolent municipales leges &conſuetudines habere,ac verſare, libros Juſtiniani doctioribus relinquéntes,quaés rudia illa ſæcula non ferebant, quibus ne lingua quidem latina man.

(1) *In Alcibiade cap.* 1.
(2) *In Datame cap.* 1.
(3) *Ad Brut. lib.* 15. *ep.* 10.
(4) *Pro Quintio.*
(5) *Leg. Luitprandi Longobard.lib.*6.*cap.*37.

mansisse videtur iis, qui veteribus monumentis evolvendis delectantur. Sic Theodosianæ leges ab Aniano contractæ fuerunt (1). Sic Rogerius ille Vacarius *suggestione pauperum de Codice, & Digestis excerptos novem libros composuit, qui sufficiant ad omnes legum lites* (2). Paupertas, socordia, ignavia, temporumque barbaries efficiebat, ut contractiones illæ expeterentur, iis vero unis expetitis, Librarii desinebant describere ipsos Justiniani libros, quos *nemo hercule nemo, vel duo vel nemo* desiderabat. Testatur hoc Guilelmus Malmesburiensis qui, quare non describeret leges Justiniani, describeret Theodosianas, eam attulit caussam *nunc quidquid de Principibus Italiæ, & Romæ potuimus invenire, curavimus non omittere. Congruum videtur, leges Romanas apponere, non eas quas Justinianus fecit, esset enim hoc immensi operis, & laboris, sed eas quas Theodosius minor &c.* (3). Testatur ipse Justinianus, qui contrahendi Romani juris eamdem attulit *homines, qui antea lites agebant, licet multæ leges fuerunt, tamen ex paucis lites agebant, vel propter inopiam librorum, quos comparare eis impossibile erat, vel propter ipsam insciitiam*. Testatur Livius, cujus maximam partem perdidit ipsa epitome, quæ sæpius, quàm ipsi Livii libri, describebatur. Testatur Plinius, qui in epi-
sto-

(1) *Jacob. Gothofr. Proleg. ad cod. Theod. c....*

(2) *Duchesne ann. Nortmann. pag. 983.*

(4) *Apud Selden. diss. ad Fletam. cap. 7. §. 2.*

(4) *L. in Tanta §. mirabile C. de vet. Jur. enucl.*

stolâ ad Titum cum dixerit *magna pars studiorum amœnitates quærimus; quæ vero tractata ab aliis dicuntur immensæ subtilitatis obscuris, rerum tenebris premuntur* professus est se, quæ de naturâ rerum scripsit *viginti millia rerum dignarum curâ, ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum studiosi attingunt propter secretum materiæ, ex exquisitis auctoribus centum inclusisse &c.* quos ille auctores exquirere debuit, dici poterat, ut Lanfrancus Codicem, reperisse. Testantur Ivonis denique, & Burchardi Decréta, quæ excussa sunt ex hominum manibus ab ipsorum Decretorum compendiis, *quapropter idem Burchardo, quod & Ivoni usuvenit, si quidem utriusque compendia pro primis Scriptoribus passim habentur, & frequentantur* verba sunt Joannis Molinæi (1). Et vero, etsì jus Justiniani in foro Ecclesiastico viguisse, cederet Conringius (2), ante Irnerianam renovationem, rarissima tamen Codicis, & Novellarum exempla fuisse, affirmavit *unde patet Codicem, & Novellas in foro etiam fuisse Ecclesiastico receptas. Quantumvis aliquis fuerit Codicis, & Novellarum in Italia usus, fatemur tamen per quam illum fuisse rarum, usque adeo ut Pandectæ fere in nullius, Codex in paucorum, novellæ adbuc in pauciorum fuerint fortasse manibus*. Quæ autem monumenta sæculorum Ivone priorum, Codicis & novellarum usum ostendunt, sunt virorum duntaxat Principum, Pontificum Romanorum, alicujus Archiepiscopi, aut Abbatis, Imperatoris Henrici II, quibus, & ad in-

---

(1) *In præfat. Decr. Ivonis seu epist. dedicat.*
(2) *De orig. jur. Germ. cap. 20. in fin.*

investigandum erat aptum ingenium, & ad describendum opes, quales non ornamenta duntaxat rerum agendarum, sed & stultitiam patiuntur.

X Frustra itaque quinque jam annis gannientem, strepentem, obloquentem ferimus Guidonem nostrum: Nulla ei cura Pisanam Pandectarum historiam ab Irnerianâ doctrinâ separandi, quod unum historiæ Pandectarum deesse videbatur, sine quo, vix est, ut certi possimus aliquid hac de re proferre, quo veró uno omnia constant, discordia plura coire possunt, bene omnia conveniunt, quæ de Pandectis a Viris gravissimis scripta sunt Urspergensi, Odofredo, Grancio, Volaterrano, Bologninio, addam, & Roberto illo Grandiano, qui Lanfrancum, & Guarnerium dedit sæculo XI juris Justiniani Doctores. Jam poterunt, quæ vulgatæ Pandectæ dicuntur, aliunde quám a Pisanis manasse, poterunt a Pisanis aliquantò differre, poterunt quantum ad usum pertinent, esse Pisanis antiquiores: Nemo mirabitur, Peponem aliquam ante Irnerium potuisse operam navare Pandectis, potuisse Lanfrancum, potuisse Guarnerium, Odofredum, cum Irnerii doctrinam enarraret, Pisanas Pandectas omnino præteriisse. Nemo mirabitur, annalium Scriptoribus omissam esse librorum inventionem, qui uni erant é plur bus, quibusque nihil cum juris Romani restitutione illâ celebri comune erat. Et véro Urspergensis, dum Irnerianam juris Romani renovationem narravit, non fuit de libris sollicitus, quibus fuerit usus Irnerius, nec Irnerianam doctrinam cum Pisanarum Pandectarum inventione miscuit; Non miscuerunt argumenta historiæ Bononiensis; Non Morena, non Odofredus, e quibus extat restituti Romani juris historia. Contra Pandectarum Pisanarum inven-

ventionem meram tradiderunt Grancius, Chronista Gryphianus, Volaterranus, qui historici sunt antiquissimi illius inventionis, de Irnerio, de Lothario omnino tacuerunt. Posterior ætas cum Pisanis Pandectis Lotharium, Irneriumque confudit. Sæculum XIV admiratum antiquitatem Codicum Pisanorum authographos eos Justiniani esse, temere existimavit. Politianus deinde Florentina quaeque, & Medicea extollebat; Cum posset doctissimus homo a laude minus explorată abstinere, voluisse decipere, decipique visus est famâ illâ, & authographi dignitate (1). Qui in Pactianâ conjuratione, qui in morte Laurentii Medicei narrandâ (2) prodigia ostentet, qualia veteres consectabantur, eum nos censurâ Senecæ excipiendum historicum esse, existimamus, qua Ephorus exceptus est *nec magna molitione detrahenda est auctoritas Ephoro; historicus est. Quidam incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem aliud acturum, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes; quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non evitant, hi appetunt. Et hoc in commune de totâ natione, quæ approbare opus suum, & fieri populare, non putat posse, nisi illud mendacio asperfit. Ephorus non religiosissimæ fidei sæpe decipitur, sæpe decipit* (3). Cum enim persuaderi mihi vix possit, ignorasse Politianum, quæ de Pandectis Pisanis Volaterranus,

(1) *Miscell. cap. 14. 1. & 11. epist. lib. 11. ep. ult. lib. 10. ep. 4.*
(2) *Epist. lib. 4. epist. 2.*
(3) *Lib. 7. natur. quæst. cap. 16.*

quæ Bologninius minime ignoraverunt æquales, atque amici, eas Amalphiæ ferri a Pisanis acceptas, omisisse illa arbitror Politianum, ne authographi dignitas, cui se ille præconem egregium commodaverat, in dubium revocaretur. Dum Amalphitana origo ignorabatur, sacra quædam qualis nemorum, sylvarumque, obscuritas venerationem fidemque conciliabat Sybillis, auguribus, oraculis, machinæ: quum origo illa pateret, dubia suboriebantur, & ratiocinationes, quibus tamdem mendacia destrui consueverunt. Quare non ego id miror, Politianum Amalphiam omisisse, illud miror, ab eo, qui authographum Justiniani esse librum volebat, non esse illum Constantinopoli arcessitum, ubi authographus esse debuerat. Hinc ergo primum fabulæ fundi cœperunt, & Constantinopoli teste Bologninio a Jurisconsultis dici latæ Pisanæ Pandectæ (1). Amalphitana origo detecta Lotharium ejus temporis Imperatorem, Pisanisque Amalphiæ direptoribus fœdere junctum addidit fabulæ, addidit Irnerium æqualem, & ex duabus historiis diversissimis, quæ coaluerunt, est una ferruminata. Quid Grandius igitur in hoc opere fabularum a Pandectarum historiâ disjungendarum? Arma amens coëpit, & historiam totam occidere conatus est; ortaque esset

—— —— —— —— —— Miserrima cædes
Armorum facie, & Grajarum errore jubarum;

Amalphitana pariter origo deleta esset, eamque

—— —— —— —— —— Ni mea cura resistat,
Jam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis,

cum

---

(1) *Cic. in Partit. Orat.*
(2) *Nos epist. ad Acad. Etrusc. cap. 8.*

Digitized by Google

cum ille furiosus existimaverit unam esse, quæ diversissimæ erant historiæ & ab uno fonte nexum illum historiarum manasse. Audiamus verba Monachi facinore concepto fumantis *superest Amalphitanæ direptionis historia discutienda, quæ multis obnoxia videtur difficultatibus, quominus repertum* ibi *Pandectarum volumen, ut vulgo traduut, atque a Lothario Imperatore donatum Pisanis arbitremur. Et quidem ipsi Brencmanno donatio ipsa suppostitia merito visa est; Sed cur non item ipsa Pandectarum apud Amalphitanos inventio suspecta ipsi fuerit plane non capio, cum ex uno, eodemque fonte, eoque aliis mendaciis vitiato utraque derivetur; nutante autem aliqua ex parte historiæ fide non est cur in cæteris illam fulcire conemur* (1). At idus istæ Martiæ, ut Brutianæ illæ magnis animis, parvis consiliis peractæ sunt. Ista enim molitio Grandiana concidit simul ac monstravimus non ex eodem fonte, quod Grandius temere jactavit, historiam Pandectarum Pisanarum esse profectam, ex quo alia illa manavit donationis, edicti Lothariani, Irneriique primi Pandectarum interpretis, & Pisanis Pandectis usi, adeoque Guido hic noster, ut Priamus

——— telum imbelle sine ictu
Conjecit, rauco quod protenus aere repulsum
Et summo clypei nequidquam umbone pependit.

Quod vero summam prodat amentiam ineptissimi disputatoris, Constantinopoli ille latas Pandectas Pisanas esse, contendit, unde eas illi deduxerunt, qui authographum Justiniani esse aut credebant, aut

(1) *Epist. ad Averan. art.* 15. *pag.* 22.

credi volebant, adeoque primi fabulas ediderunt, quas centum jam annis doctissimi homines detegere conati sunt, per quos unos Guido profecit, quorumque est doctrina omnis, qua Monachus digladiatur. Qua temeritate Chronicum Gryphiaum falsi accusaverit, Grancium contempserit, & nos in epistola ad Academicos Etruscos ostendimus (1), & clarissimus Muratorius in præfatione adjecta Grancii poemati (2) *cæterum anne Pandectæ ab Amalphi Pisas avectæ fuerint ego aliis inquirendum relinquo, moniturus duntaxat ignotum fuisse Grancium nostrum clarissimo Grandio quo tempore epistolam suam de Pandectis conscripsit*. Reprehensus ille non mutavit sententiam; quemadmodum Macedones Alexandro, qui Persepolim comessabundus injuriâ vastaverat, adulatores *imperaverunt sibi ut crederent, eo potissimum modo fuisse delendam* (3), ita ille sibi adulatus est, ut crederet se ignotâ monumenta potuisse judicare, & in sententiâ persistere in quam pridem iverit inexploratô (4).

XI Maximam horum partem ita ille excepit in libro Faventino (5), ut se ea examinare nolle, atque adeo se se præterire, profiteretur *io non ho tempo di esaminare tutto ciò, che in questo primo Capitolo andate cicalando sopra l origine delle altre circostanze falsamente aggiunte ancora secondo voi alla storia del ritrovamento delle Pandette, e perciò* vo-

(1) *Cap. 4. & cap. 6.*
(2) *Tom. XI rer. Ital. pag. 287.*
(3) *Curtius lib. 8. cap. 18.*
(4) *Cic. de Orat. lib. 1. & in Academic.*
(5) *Nuova disamin. part. 3. cap. 3.*

Digitized by Google

voglio passare il tutto sotto silenzio. Quis te credat, Guido, hominem irarum, tumultuum, controversiæ plenum præterire silentio voluisse, quæ confutare posses? Quis tibi, putet, ullum vacare a disputatione tempus, qui ætatem omnem rixando consumpseris, qui quem in hanc litem induceres librum integrum fingere potueris de interpolatione Gratiani, & falso Diomedis Bravæ nomine publicare, qui denique aliis mendaciis multis edendis operam dederis inanissimam, quibus hoc loco illud addendum est, quod ego in juris responso scripserim trapezium appellari a Geometris *qualunque figura irregolare* (1), cum omnia exemplaria, quæ jamdiu sunt in manibus hominum Pisis, aut Florentiæ non *qualunque* habeant, sed *qualche*; Sic tu *antiquior* scriptum in Ottonis Morenæ Chronico non *antiquus* de Irnerio vetere Jurisprudentiæ præceptore falso dixisti; Sic multa in Gratiani Decreto scripta esse nulla fronte aliter affirmasti, quam in omnibus exemplaribus scripta sunt. Ergo refricat Monachus jam dicta de Codice Pisanorum statutorum, cui Digestorum leges adiectæ sint, & suum illud Ecclesiasticum ex legibus Pandectarum judicium latamque sententiam anno MCXCIII. Cum vero ægre ferret se a clarissimo Muratorio reprehensum dici, ejusdem edidit epistolam plenam laudum, quas humanissimus ille vir in vanum ferocemque hominem prodegit. Nihil est hujusmodi epistolarum editione magis ridiculum, & puerile. Quis auctori, a quo librum donatum acceperit, laudem aliquam pro gratiâ non rependit, etsì neque librum, neque Scriptorem lau-

(1) *Nuova disam. part. 3. cap. 3. pag. 223.*

laudandum esse arbitretur (1) . Si saperes, Guido, inania ista transmitteres, quæ emunctioribus naribus male olent, quæque ego, si tecum libeat æquali stultitiâ contendere, plurimis doctorum hominum epistolis edendis possim obruere, ipsiusque Clarissimi Muratorii, qui reculas meas immeritis laudibus cumulaverunt. Sed jam in viam.

C A P. II.

De Diplomate Lotharii.

EPistolæ ad Academicos Etruscos renovatæ, & hoc anno editæ pleraque inclusimus, quæ in *Defensione nostrâ secundâ* Italice scripta continebantur de Pandectis Pisanis Amalphiæ repertis, multa quoque, quibus Faventinus Grandii liber confutaretur. Eadem repetere molestum esset ultró, citróque; itaque illa dumtaxat subjiciemus quæ hactenus intacta sunt. Horum primum sese offert diploma, quod Plotius Gryphius Taurellio se domi habuisse, dixit, donationem continens, qua Lotharius Amalphitanas Pandectas Pisanis dabat. Hoc quod ex eâ Gryphiâ domo prodierit, unde Bologninio Chronicon illud, de quo actum copiose est, obvenit quo Amalphiæ inventas Pisanas Pandectas fuisse Bologninius idem affirmavit, Grandius Gryphiam domum esse, ait, unum, eumdemque fontem (2), e quo & Amal-

(1) *Baile in Diction. in Andrelino, in Wouwero, & passim.*

(2) *Brencm. lib. 1. cap. 7. hist. MS. Flor. Astens. lib. 2. cap 4 Grand. epist. ad Aver. art. 15. in Vind. pag. 29. Nuov. disam. part. 3. cap. 2.*

& Amalphitanæ inventionis hiſtoria, & fabuloſa alia manaverint. Nos rerum, temporum, perſonarum diverſitatem oſtendimus (1) iuuſque oſtenſum. Taurellius diploma Lotharii primus copulaſſe videtur cum Amalphitanâ Pandectarum inventione, Plotium Gryphium laudans, qui ſe domi Diploma habuiſſe, affirmaverit, quo Lotharius Piſanis dederit Pandectas Amalphitanas (2) *inde acceptum Piſanis quod Innocentium II Pontificem Maximum, & Lotharium Cæſarem item II claſſe adverſus Rogerium Normannum juviſſent navatæ operæ monumentum retulerunt ſed & Plotius idem* Griphius *affirmat antiquum inſtrumentum ſe domi habuiſſe donationis ejus in Piſanos per Lotharium collatæ, quod poſtea contagioſæ peſtis &c.*; Taurellium ſequutus, videtur, eſſe Sigonius (3) in Regni Italici hiſtoriâ *cum Amalphiam aggreſſi eſſent urbem primo impetu expugnarunt; quod autem ad memoriam eſt inſigne, ex omni preda urbis nonniſi rem unam eximii loco beneficii a Lothario petierunt. Hoc fuit juris Civilis Pandectarum volumen.* Qui diploma illud, quod Plotius Taurellio dixerat *in contagioſæ peſtis periculo igne conſumptum fuiſse* expendere non potuerimus, & plurima hujuſmodi diplomata ab eruditis hominibus falſa reperiri, ſciremus, Brencmanno, Aſtenſi, Grandio falſum illud eſſe, facile ceſſimus, ne videremur litem ſuſcipere, quæ ſine ullo effet exitu intermoritura. Sed, cum in diploma illud plus nimio Grandius debacchetur, & Plo-

(1) *Epiſt. ad Academ. Etruſc. cap. 4. & 6.*
(2) *In epiſt. Ded. ſeu præfat. Pand. Flor.*
(3) *Lib. 11. in fin.*

Plotium insectetur acerbissime, & facilitat e nostrâ abutatur, operæ pretium esse arbitramur ea proferre, quibus falsi diploma illud vehementer adeò accusatur.

II Non erat cum Pisanis Amalphiam diripientibus Lotharius, & anno MCXXXVII, quo iterum Pisani Amalphiæ direptionem minati sunt, etsi cum Pisanis esset Lotharius, aliis curis gravissimis occupabatur. Veri non est simile, Lotharium qui cum Innocentio erat fœdere junctus, cujus in toto illo bello primæ partes erant, in eâ donatione locum Innocentio largitum non esse; Probabile minime est, Pisanis ignotas membranas in *præmium* egregie navatæ operæ oblatas ab Imperatore fuisse; Non tacuisset Politianus in epistola ad Marquardum Breisacium Germanum hominem Germanorum Regis donationem in Pisanos collatam ejus libri, quem in eâ epistolâ undequaque ornat. Hæc Brencmanno sufficere visa sunt, ut diploma falsis addatur (1). Astensis absentiam Lotharii, dum Amalphia diripiebatur anno MCXXXV, argumentum esse fortissimum, arbitratur, quo probet (2) a Lothario diploma illud minime esse profectum; aliud ille argumentum falsi elicit ex integritate Lotharij, qua prohibeamur Lothario tribuere donationem ejus quod ad eum non pertinebat, qui nihil ad bellum illud contulerit; aliud ex offenso in Pisanos Lothario de Engelberto imposito Etruriæ Marchione; aliud ex Pisanorum ingenio, qui unius prædæ avidi, cætera, quæ ad gloriam

(1) *Lib. 1. cap. 7;*
(2) *Lib. 2. cap. 4. pag. 90. & seqq.*

Digitized by Google

riam comparandam pertinebant, neglexerint; aliud denique ex angustiis temporis, quod erat necessarium ut omnia expenderentur, sine quibus minime probabile est, Legem latam esse, qua Jus Romanum restitueretur. Scilicet occidit Lotharius vix absoluto altero contra Rogerium bello, cum inde Germaniam repeteret.

III Non is mihi est animus, ut pro legitimo habendum esse diploma, velim, quod neque mente, neque oculis tractari potest; Id vero affirmo, argumenta illa nullius esse momenti. Aberat Lotharius, quo tempore Pisani Amalphiam diripiebant. Ergo falsum diploma. Quis non misereatur ita ratiocinantium? Quis non rideat ita disputantes? Si actum, si datum diploma Amalphiæ fuisse a Lothario dicatur, dum Pisani Amalphiam diripiebant, forte argumentum. At quis istis Judicibus historiæ Pisanæ nunciavit, diploma, quod non viderint, actum, datum Amalphiæ dici? Non id Plotius Taurellio, non Taurellius vulgo dixit, locum diplomatis Amalphiam fuisse. Si de re Amalphitanâ non alibi quam Amalphiæ agi, dari diplomata a Principe possunt, jam falsa pleraque Imperatorum, pleraque Pontificum, pleraque diplomata Principum, Populorum, sunt enim pleraque ab iis acta, dataque procul a re, quae in diploma veniebat, procul ab iis, quibus diplomata data sunt, quorum plerique per nuncios, procuratores, epistolas diplomata impetraverunt. Jam erit Pontificibus, Imperatoribus perpetuus motus, neque duobus, aut tribus diebus poterunt uno in loco consistere, ut præsentes de rebus præsentibus diplomata edere possent, quæ Brencmannus, quæ Astensis, quæ Grandius probent, excipiant, vera esse,

fateantur. Sigonius (1), inquiunt, ita rem narrat, ut videantur Pisani a Lothario præsente Pandectas illas impetrasse *quæ autem ad memoriam est insigne ex omni præda urbis non nisi rem unam eximii loco beneficii a Lothario petierunt; hoc fuit juris Civilis Pandectarum volumen olim a Justiniano Imperatore conditum, & priscis admodum litteris exaratum*. At Sigonius neque diploma laudat, neque Plotium Gryphium. Taurellius unus diploma laudavit, & Plotium; ex Taurellio & Plotii fides, & diplomatis tota pendet. At Taurellius non dixit ex omni prædâ Amalphitanâ Pandectas unas Pisanis petentibus datas fuisse *Pandectarum id, seu Digestorum est antiquum volumen, Florentiæ nunc, Pisis olim asservatum, cum Amalphiæ prius omnem supra memoriam fuisset. Inde acceptum Pisani, quod Innocentium II Pontificem, & Lotharium Cæsarem item secundum, classe adversus Rogerium Normannum juvissent, egregie operæ navatæ monumentum retulerunt, diuque penes se habuerunt donec per Ginum Caponium Florentini anno sal.* MCCCCVI *Pisis in potestatem redactis, subiectionis symbolum retulere. Liber itaque ille ex eo tempore summâ curâ, ac religione, tanquam Cælo delapsus, est custoditus. Atque hæc ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium Gryphium eorum Civem accepimus; quibus & Raphael Volaterranus per omnia adstipulatur; & illo multo antiquior Rainerius Grachia Pisanus his libris, quos ante ducentos ferme annos de bello Thusco conscripsit. Sed &* Plo-

(1) *De Regno Ital. lib.* II

Plotius idem affirmat, antiquum instrumentum se domi habuisse donationis ejus in Pisanos per Lotharium collatæ, quod postea contagiosæ pestis periculo inter alia scripta igne consumptum fuit. Sigonius itaque rem eloquentiâ ornavit illis verbis *ex omni præda urbis, non nisi rem unam eximii loco beneficii a Lothario petierunt*; prædæ alia multa sibi sumpsisse, fatemur, ut Astensi morem gerámus, non éguisse Lothario illam acquisitionem rerum Amalphiæ captarum; immo & illud, Pisanos non eguisse Lothario, ut Pandectas ipsas suas facérent. At Plotius non est Sigonii verbis judicandus, cum quo nihil egit, quem non est allocutus, qui Plotium non laudat. Verbis ille est Taurellii condemnandus, qui unus est, ejus quod Plotius dixerit, testis *antiquum instrumentum se domi habuisse donationis ejus in Pisanos per Lotharium collatæ*. Qualis vero ea donatio fuerit, ubi confectum instrumentum, quo tempore, quo die, quo titulo neque Taurellius dixit, neque Plotius, neque instrumentum indicat, quod est igne consumptum. Scriptorum commune est, jamque millies deprehensum vitium, minuere, augere, ornare, invertere, quod a vetustioribus accéperunt. Qui versantur in literis id habent exploratissimum. Alios Bailius docebit (1).

IV Non eguerunt ea donatione Pisani, quæ jus, quo Pandectas adquisiverat liber Populus justo bello, non augebat. Ergo neque Pisani donari sibi a Lothario Pandectas petierunt, neque Lotharius donavit.

(1) *Diction. in Tyramnione, in Stephano, in Combabo.*

vit. At quot, quantaque liberi Italiæ populi adquisita pridem, a Regibus Italiæ donari sibi, aut petierunt, aut passi sunt? Turriani, Vicecomites, Sfortiæ Mediolanensium imperium multos ante annos jam obtinuerant, quàm Reges, seu Imperatores diplomata darent, quibus illis Mediolanense imperium donare viderentur. Haud aliter Gonzaghis Mantuanum, Atestinis Ferrariense, & Mutinense; Sic Malaspinis, Appianis, sic Pisanis ipsis Sardiniæ, sic Januensibus Cyrni, sic Normannis Siculum, sic alia aliis Imperia Italica diplomatibus mandata sunt, qui diplomatibus non egebant, quod nos in altero Vindiciarum Italicarum libro copiose confirmavimus, & vel mediocriter eruditi habent exploratum. Anne obliti sunt Astensis, & Brencmannus, Imperatorem, seu Germanorum Regno, seu Italorum illa esset dignitas alligata, a bardis illis, qui Jurisprudentiam primi attigerunt, unum esse totius Mundi Dominum constitutum, nullum esse Regem, nullum Principem, nullum populi imperium justum, quod ab Imperatore illo datum non fuerit, & hæreticos esse, & Inferorum portæ addicendos Britannos, Gallos, Hispanos, Italos, qui non pareant Imperatori, qui omnium illum Dominum non agnoscant (1)? Abutebantur illi ridicule verbis Evange-

ge-

(1) *Glos. in cap. per venerabilem §. videbatur qui filii sint legit. & in cap. Hadrianus dist. 63, & in cap. super specula de privileg. Hostiensis in d. cap. per venerabilem Azo in rub. Cod. ubi & ap. quem. Bartol. in l. hostes ff. de capt. & postli. rev. Conring. de Rom. Imp. Germ. cap. 22. num. 21.*

gelii, Augusti jussu descriptum fuisse universum orbem, Christi, tributum Cæsari pendi, Antonini, qui Mundi Dominum dixit Imperatorem, aliisque jamdiu non ab Italis modo, Hispanis, Gallis, Belgis, Britannis, Sarmatis, Gothis explosis, sed & ab ipsis Germanis (1). Hæc homines invasit opinio jam ab Ottonis temporibus, jamque assueverant etiam qui sapientes erant, ut vulgo morem gererent, & præsidium pararent publicis rebus ab iis, quæ aliquando a Septentrione procellæ ruebant, illis sese palpari Principibus permittentibus, ab Imperatoribus omnia impetrare, etiam quæ ex justis pridem causis adquisivissent, etiam ubi nulla erat impetrandi necessitas. Italis, qui jus publicum suæ patriæ investigaverint paullo diligentius, est hoc exploratissimum; Minus eruditis sufficiat diligentissimus historiæ Borghinius *onde si accese allora*, Ottonis magni tempore, *negli animi de' popoli un tal credito verso il nome Imperiale, che non fu Vescovado, non fu Chiesa, non Monasterio, non fu, sono stato per dire, Cappella, se bene poco anno bisogno le Chiese con altri, e quanto a se non punto dell' autorità secolare, che non volessero un privilegio dal primo Ottone, nè al sicuro si troverà Collegio d' alcun nome, o Chiesa, o Badìa, che non lo abbia, ed io posso dire d' averne veduti a monti; non che sia da dubbitare, che lo facessero i secolari, che in molte cose se ne potevano almeno co' Forestieri valere, se non co' suoi gli fosser giovati, o abbisogna-*

(1) *Coring. de German. imp. Rom. fere per tot. Arnis. de Jurib. Majest. cap. 2. num. 3.*

Digitized by Google

gnati; e così andarono d' Imperatore in Imperatore continuando (1).

V Sed quis a Regibus Italorum, aut Germanorum timor membranis illis vilissimis, in quibus scriptæ erant Pandectæ? Quanti eas a Pisanis factas esse, dicamus, ut earum possessionem munire diplomate Imperiali voluisse videantur? inquit Brencmannus. Scilicet si usitatum jam erat jus Pandectarum, exemplaria deesse non debuerunt; si non usitabatur, ignoti illi esse Codices debuerunt. Qui libris abundamus haud magno plerisque pretio comparatis, aut comparandis, metiri librorum pretia, qui essent quinque retro quærendi sæculis, ex eo non debemus, in quo hodie libros habeamus. Magni erant descriptiones; Occidentales populi, quos tot è Septentrione barbari ad extremam egestatem perduxerant, penuriam librorum, quos paucissimi poterant adipisci, inter caussas afferunt extremæ pariter inscitiæ, qua laborabant *quidquid ingeniorum* ait in epistola, qua primam Hieronymi operum editionem Paullo II Pontifici Maximo Romanorum dicat Joannes Aleriensis Episcopus *olim fuit, latebatque pene in pulvere, & tineis, propter immensos labores, ac nimia descriptionum pretia, sub tuo Principatu cœptum est scaturire, & per universum orbem uberrimo fonte diffluere, ejusmodi est enim impressorum nostrorum artificium &c.* Vidimus paupertatem periisse epitomen Justiniani, paupertatem Rogerii, Azonis aliorum *summis* caussam fuisse, paupertate fa-

(1) *Trattat. della monet. oper. Borgh. part. 2. p. 140.*

factum, ut multorum librorum epitomes solæ ad nos perducerentur, plurimi vero libri perierint. Historia Monachorum habet tanquam singularia quædam, descriptiones librorum, quæ Abbatum curâ peractæ fuerint. Celebris est Petrarchæ opera in libris veterum inquirendis, Ciceronis maxime, quos in Europâ universâ avidissime venatus est, ut ipse testatur in epistola ad Lucam de Penna libro decimoquinto rerum senilium, in qua mirum videatur, quod Leodii atramentum invenire vix potuerit, quo duas Ciceronis orationes describeret *& ut rideas, in tam bonâ Civitate atramenti aliquid, & id croco simillimum reperire magnus labor fuit*. Pisanos XII sæculo doctos multos fuisse, & librorum veterum investigatorem diligentissimum Pisanum fuisse Burgundium, vidimus. Quâ ergo ratione nostri isti Judices incredibile esse, pronunciant, Pandectarum Amalphitanarum antiquitatem, elegantiam, pretium tribus illis annis, quibus vixit post Amalphitanam direptionem Lotharius, Pisis agnita ab aliquo fuisse? Unde est absurdum illud, Lotharium diplomate dedisse Pisanis membranas illas, quæ jam pretiosæ viderentur? cum Lunigius non aliâ ratione tueatur Archiva Germanica, in quibus innumera diplomata deprehensa sunt, quám quod literis pacta quælibet, quælibet acta mandare Germani consueverint (1)? Quis improbabit tanti factas Pandectas Amalphitanas, & diplomate dignas habitas fuisse neget a Pisano Populo doctis hominibus abundante, cum ex Romano Populo Syllæ temporibus haud ita literarum diligente, fuisse, viderit, qui Athenis in-

(1) *In præfat. Tom. I reliq. MMSS. in Arch. Germ.* §. 36.

inter belli furores Aristotelis libros, & Apelliconis bibliothecam, in qua erant libri illi, suspexerit, celebraverit, Romamque ferendos illos, & magno molimine componendos curaverit (1)? Quis veri esse simile, neget, a scripturientis nationis Principe epistolam de Pandectis Amalphitanis fuisse scriptam, qui sciat, similem esse Bononiensibus scriptam epistolam ab Imperatore Germanico Friderico II de libris Aristotelis, quos Latine versos illis mittebat (2)? Quis miretur de legibus Romanis ab eo, qui Romanorum Imperatorem appellari sese gaudebat, Reipublicæ Pisanorum epistolam scriptam esse, qui noverit, non epistolam modo scriptam Eleazaro Hebræorum Pontifici, sed & Legatum missum, & ingentia dona a Ptolemeo Philadelpho Ægyptiorum Rege de exemplari Legum Judaicarum (3); Everardum Forojuliensium seu Ducem, seu Marchionem Berengarii Patrem Imperatoris librum legum sui temporis testamento filio primogenito nominatim prælegasse *volumus, ut Unroc habeat librum de lege Francorum, Ripuariorum, Longobardorum, & Alemannorum, & Bavariorum* (4); Hubaldi Archiepiscopi Ravennatium fratres adeo impense petiisse anno MCCXX a Simeone, qui Hubaldo successerat, Digesti novi, Infortiati, Evangelii D. Joannis, paucosque alios libros, qui Hubaldi fuerant, ut Ru-

(1) *Strabo lib.* 13. *Plutarch. in Sylla.*
(2) *Petrus de Vineis epist.*67. *lib.*3.
(3) *Joseph. antiquit. Jud. lib.*12. *cap.* 2.
(4) *Miraeus in Cod. piar. donat. cap.* 15.

Rubeus clarissimus Ravennatium historicus eam rem historiæ mandandam censuerit sæculo quod nostrum hoc proxime antevertit (1), quemadmodum sæculo XIV mandavit Grancius libros Amalphitanos; eodem deniq; XII sæculo Eugenium III Pontificem Maximum ad Patriarcham Antiochænum scripsisse magnâ curâ de libris Joannis Chrysostomi (2)?

VI Verum non vult Brencmannus, Lotharium usurpasse jus Innocentii, qui, & Pontifex Maximus, & caput rerum erat, quæ in Campaniâ, Apuliaque gerebantur, quibusque lati a Pisanis auxilii præmium erant dandæ Pandectæ. Sed Brencmannus illam erga Innocentium pietatem, religionem, observantiam in Lothario desideravit, Innocentium, existimans, cum Lothario fuisse dum Pandectæ Pisanis decernerentur. At ignoramus triennii diem quo epistola fuerit a Lothario scripta Pisanis, qui maximam triennii partem procul egerit ab Innocentio: Ignoramus tempus, quo primum Justiniani esse autographum Pandectæ Amalphitanæ cœperint existimari. Nihil est tam conveniens quam ut primæ illi admirationi, qua sapiens Pisanus aliquis Codices illos suspexerit, opinionis illius initium tribuamus; Certe scripturæ antiquitas cognosci continuo debuit, quâ maxime constat opinio illa (3). Meminisse oportet, eorum fuisse morem sæculorum pro

X x reli-

(1) *Lib.6. ad ann.1220. pag.382.*

(2) *Burgundius in prologo super opus S Joan. Chrys. in Matthæum in Biblioth. S. Crucis Florentiæ.*

(3) *Politian. lib.10. epist. 14.*

reliquiis vetustissimorum martyrum habere facile quas, qui ob extraordinariam religionem celebrarentur homines, e regionibus diversis attulissent, quas postea declarari non finit vulgus (1), etsi sapientes aut errorem, aut imposturam agnoscant. Ex eo fuisse genere Pandectas Amalphitanas, credibile est; adeoque suspicatos esse Pisanos aliquos quodam jure successionis eas ad Lotharium devenisse. Neque enim dubitabant Reges illi Germanici, aut Longobardici, qualis Lotharius erat, se successores Romanorum veterum Imperatores appellare, quod Brencmannus ex diplomate Caroli V de editione Pandectarum Florentinarum, quod attulit inter *judicia de Pandectis* (2) cognoscere poterat *quum fidelis Nobis Dilectus Laurentius Torrentinus Flander typographus Florentinus Nobis reverenter exposuerit, sibi demandatam esse Provinciam typis excudenti libros Pandectarum ab archetypo Divi Justiniani Imperatoris prædecessoris nostri augustæ memoriæ*. Innumera sunt Imperatorum Germanorum diplomata, quæ Principes illos ostendunt, antiqui, & veri Romani Imperii jura sibi sumpsisse, & in illa successisse sese, existimavisse. Hanc sibi fuisse opinionem indicavit Ludovicus II, cum scriberet de prænomine Imperatoris ad Basilium Orientis Imperatorem-

---

(1) *Fleur. disc. sur l'hist. Ecc. depuis l'ann.* 800. *usq. an.* 1100. *num.* 4. *Van. Espen. Jur. Eccl. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. *tit.* 33. *& part.* 3. *tit.* 4. *cap.* 33. *n.* 56. *&* 57. *Guibert. de Novigento de Pignorib. Sanct. lib* 2. *Natal. Alex. Sec.* IX *&* X *cap.* 3. *art.* 13 *& Sec.* XI *&* XII *cap.* 6. *art.* 6. *Hist. Ecc.*

(2) *Num.* 28.

ratorem (1); Conradus III, cum scriberet ad Joannem Comnenum de Imperii societate (2); Fridericus I, cum Episcopos evocaret ad Ticinensem Conventum (3), cum a Saladino repeteret Provincias Orientales, quæ Romanis jamdiu paruérant (4), cum Emanuelem Porphyrogenitum sibi Imperatori parere, juberet (5); Henricus II, cum Romanos conciliare sibi studeret (6); Fridericus II, cum Romanos suaderet, ut viros Principes mitterent, quibus honores daret (7), cum eosdem contempti imperii reprehenderet (8); Albertus I, cum Ecclesiæ Romanæ jura confirmaret (9); Henricus VII in epistolâ de coronâ ad Joannem Abbatem Waldsassensem (10): Quare nimium studet Principibus suis Conringius, dum invidiam ab illis amoliri conatus, præcipit, Germanos Imperatores nunquam imperii antiqui Romani jura sibi adrogasse (11). Neque alio quàm veterum Romanorum jure Fridericus I Regalia constituenda curavit eodem sæculo, quo Amalphia direpta

(1) *Goldast. constit. Imper. tom. 1. p. 17.*
(2) *Ibid. pag. 57.*
(3) *Ibid. pag. 67.*
(4) *Idem tom. 3. pag. 363.*
(5) *Idem tom. 1. pag. 73.*
(6) *Idem tom. 3. pag. 319.*
(7) *Petrus de Vin. epist. 72. lib. 3.*
(8) *Idem epist. 135. lib. 2.*
(9) *Goldast. tom. 1. pag. 93. Const. Imper.*
(10) *Ibid. pag. 94.*
(11) *De finib. Imp. Germanic. cap. 1. num. 2.*

est (1), sunt enim fere omnia ex iis, quæ Fisci Romani jura dicebantur (2). Denique quis publicam eorum sæculorum jurisprudentiam intelligat? duo esse luminaria Pontificem Solem, & Imperatorem Lunam (3), unum Imperatorem, quemadmodum una est Ecclesia, esse debere (4), Imperatori in omnia, quæ continentur Orbe terrarum, non imperium modo esse, sed & dominium (5), Insulas esse Pontificis Maximi Romanorum (6). Ergo Lotharius Justiniani successor autographum Justiniani, Princeps omnium Dominus, & belli illius primus prædam, Imperator leges Imperiales non Pontifex donare debuit. Neque perpetua fuit adeo Lothario erga Innocentium reverentia, & obsequium, ut sua Lotharius jura negligeret. Monachos Cassinenses jurare cogebat Innocentius, se ei omnino uni parituros; recusantes Monachos tutatus Lotharius est, si Petro Diacono (7) fides est adhibenda, quem cum Baronius, & Ca-

(1) *De feud. lib. 2. cap. 56. Rodevic. lib. 2. cap. 5.*

(2) *Hotomannus, Cujacius, alii ad illum titulum.*

(3) *De Majorit. & obed. cap. solitæ.*

(4) *Imperat. Frideric. I. ad Emanuelem Porphyrog. Goldast. Const. Imp. tom. 1. pag. 73.*

(5) *Otto Morena in Chron. Laudens. ad ann. 1158.*

(6) *Hadrian. IV pen. Matt. Paris. in histor. Anglica ad annum 1155. in Henrico. II*

(7) *Petr. Diac. in Chr. cap. 108. & seqq. l. 4. Sigon. de Reg. Ital. lib. 11.*

Digitized by Google

&Camillus Peregrinus contempserint, Angelus a Nuce propugnavit (*). Discordia per triginta dies est inter Lotharium, & Innocentium protracta de Ranulpho, quem Lotharius Ducem Appulis imposuerat, quibus dandi Ducis jus ad se pertinere Innocentius contendebat (1). Similis causa divisisse ab Innocentio Lotharium videtur ob Etruscorum Ducatum, quem Engelberto dederat Innocentius, datumque Pisani tuebantur, Lucensibus, & Lothario adversantibus (2). Leodiensem Conventum alia Lotharii turbavit indignatio, qui Innocentio ob investituras iratus vehementer est (3). Quid itaque est, cur existimemus, jus donandi Leges Imperiales Pisanis sibi non sumpsisse Lotharium, maxime si cum alio Lotharius, alio in loco esset Innocentius, cum aut per epistolam, aut per nuncium, procuratoremve Pisani a Lothario donari sibi Amalphitanos Codices expetiverint? Quare abeat, Guido, risus ille tuus, quo excipis ista nostra in libro Faventino (1), quod legum Codices possideri ab omnibus possint sine venia Principum, quorum auctoritate leges illæ constent. Non agimus de Codicibus, qui ut vulgares hi nostri, quibus utimur, functionem reciperent in genere suo, & acquiri promiscue pos-

(*) *In not. ad cap. 108. Petr. Diac.*

(1) *Falco Ben. ad ann. 1135.*

(2) *D. Bern. ep. 140. junct. cum Chron. Pisan. ad ann. 1135.*

(3) *Ernald. Vallis bonæ in vit. D. Bern. lib. 2. cap. 1.*

(4) *Nuov. disam. part. 3. cap. 2. num. 6.*

possent, de iis agimus, qui pretium affectionis habere multiplex potuerunt, quale alios similes habuisse, monstravimus. Neque hæc minus probabilia facit æqualis historiæ silentium. Si ex Pandectis Amalphitanis jus Romanum, quod jamdiu intercidisset, restitutum seu Lotharii, seu Mathildæ, seu Irnerii facto fuisset, illarum inventionem, & diploma Lotharii fortasse non præteriissent, qui scribebant æquales historica; Publica enim Germanorum, Italornmque res illa fuisset. At libri, quantumlibet antiqui, elegantisque ab Imperatore in Pisanos unos collata donatio fieri inter paucos potuit, quin vulgus illam agnosceret, quin publicæ rei evenisse aliquod videretur ex iis quæ vulgares illi, qui aridissima Chronica Pisanorum scripserunt, præterire non solerent. Graviora illi multa, & magis publica prætermiserunt, Sanctorum reliquias, quæ populo universo plaudente adquirebantur, Consulatus cessationem, conversionemque Reipublicæ, Legum lationes, ejusdemque generis alia multa, quæ in actis diurnis occulta manserunt, donec nunc illam nunc particulam hanc illorum serus aliquis subinde nepos oblatis occasionibus extulit. Publicata jam & vulgatissima autographi Justinianei dignitas sæculo XV tanti non fuit, ut Pisanis longe diligentiores, copiosioresque historici Florentini plurimi quæsitas Pandectas illas Reipublicæ Florentinorum bello victoriaque celeberrimâ historiis mandaverint, quod jam sæpe perpendimus (1).

VII

(1) *Epist. ad Acad. Etrus. cap. 7. n. 2.*

VII Eodem decidit casu Astensis argumentum ab irato Pisanis Lothario ductum. Fatetur Astensis, iram illam ab Engelberto fuisse Etruriæ Marchione, cui Concilium Pisanum anno MCXXXIV imperium Innocentio præeunte tradiderat. Engelbertum ipsum paulló post suadente Bernardo idem Lotharius, Annalista Saxone teste, défendit. Qui huic diplomati contradicunt, & falsi Plotium Gryphium accusant, diem, quo datum diploma dicéretur, afferre non possunt; trium ergo annorum ira Lothario esse debuit, omnemque ejus ab inventis Pandectis capere vitam, ut Pisanis,ut diplomati Lotharium totum detraheret. At qui adeo producere illam possint indignationem nostri Adversarii, cum alterius belli, quod biennio post gestum est, societatem Lotharius cum Pisanis iniverit, Pisani mandatam a Lothario Amalphiæ expugnationem fuerint executi, alia circa Amalphiam, ut Lothario morem gererent, occupavérint, Salernum obsedérint, iratique Lothario, quod ipsis inconsultis Salernitanos ille sese dedentes exceperit *Pisas regredi disposuerint, sed Apostolici Innocentii precibus, & promissionibus coacti ad Imperatoris voluntatem reversi sint* (1).

VIII Angustiæ temporis nullæ sunt, quas Astensis opponit, ne videatur Lotharius diplomate illo restituisse Romanum jus. Quis Asténsi nunciavit, eâdem epistolâ, qua Pandectæ Pisanis donabantur, abrogationem contineri juris Longobardici, & Romani restitutionem? Taurellius id unum a Plotio Gryphio audivisse sese, narravit *antiquum instrumen-*

(1) *Falco ad ann.* 1137.

gnati ; e così andarono d' Imperatore in Imperatore continuando (1).

V Sed quis a Regibus Italorum , aut Germanorum timor membranis illis vilissimis , in quibus scriptæ erant Pandectæ ? Quanti eas a Pisanis factas esse, dicamus , ut earum possessionem munire diplomate Imperiali voluisse videantur ? inquit Brencmannus. Scilicet si usitatum jam erat jus Pandectarum , exemplaria deesse non debuerunt ; si non usitabatur, ignoti illi esse Codices debuerunt . Qui libris abundamus haud magno plerisque pretio comparatis , aut comparandis , metiri librorum pretia,qui essent quinque retro quærendi sæculis,ex eo non debemus , in quo hodie libros habeamus . Magni erant descriptiones ; Occidentales populi , quos tot è Septentrione barbari ad extremam egestatem perduxerant, penuriam librorum , quos paucissimi poterant adipisci , inter causas afferunt extremæ pariter inscitiæ , qua laborabant *quidquid ingeniorum* ait in epistola, qua primam Hieronymi operum editionem Paullo II Pontifici Maximo Romanorum dicat Joannes Aleriensis Episcopus *olim fuit, latebatque pene in pulvere, & tineis ,propter immensos labores, ac nimia descriptionum pretia , sub tuo Principatu cœptum est scaturire , & per universum orbem uberrimo fonte diffluere , ejusmodi est enim impressorum nostrorum artificium &c.* Vidimus paupertatem peperisse epitomen Justiniani , paupertatem Rogerii , Azonis aliorum *summis* caussam fuisse , paupertate fa-

(1) *Trattat.della monet.oper. Borgh. part. 2. p. 140.*

factum, ut multorum librorum epitomes solæ ad nos perducerentur, plurimi vero libri perierint. Historia Monachorum habet tanquam singularia quædam, descriptiones librorum, quæ Abbatum curâ peractæ fuerint. Celebris est Petrarchæ opera in libris veterum inquirendis, Ciceronis maxime, quos in Europâ universâ avidissime venatus est, ut ipse testatur in epistola ad Lucam de Penna libro decimoquinto rerum senilium, in qua mirum videatur, quod Leodii atramentum invenire vix potuerit, quo duas Ciceronis orationes describeret *& ut rideas, in tam bonâ Civitate atramenti aliquid, & id croco simillimum reperire magnus labor fuit*. Pisanos XII sæculo doctos multos fuisse, & librorum veterum investigatorem diligentissimum Pisanum fuisse Burgundium, vidimus. Quâ ergo ratione nostri isti Judices incredibile esse, pronunciant, Pandectarum Amalphitanarum antiquitatem, elegantiam, pretium tribus illis annis, quibus vixit post Amalphitanam direptionem Lotharius, Pisis agnita ab aliquo fuisse? Unde est absurdum illud, Lotharium diplomate dedisse Pisanis membranas illas, quæ jam pretiosæ viderentur? cum Lunigius non aliâ ratione tueatur Archiva Germanica, in quibus innumera diplomata deprehensa sunt, quàm quod literis pacta qualibet, qualibet acta mandare Germani consueverint (1)? Quis improbabit tanti factas Pandectas Amalphitanas, & diplomate dignas habitas fuisse neget a Pisano Populo doctis hominibus abundante, cum ex Romano Populo Syllæ temporibus haud ita literarum diligente, fuisse, viderit, qui Athenis in-

(1) *In præfat. Tom. I reliq. MMSS. in Arch. Germ.* §. 36.

inter belli furores Aristotelis libros, & Apelliconis bibliothecam, in qua erant libri illi, suspexerit, celebraverit, Romamque ferendos illos, & magno molimine componendos curaverit (1)? Quis veri esse simile, neget, a scripturientis nationis Principe epistolam de Pandectis Amalphitanis fuisse scriptam, qui sciat, similem esse Bononiensibus scriptam epistolam ab Imperatore Germanico Friderico II de libris Aristotelis, quos Latine versos illis mittebat (2)? Quis miretur de legibus Romanis ab eo, qui Romanorum Imperatorem appellari sese gaudebat, Reipublicæ Pisanorum epistolam scriptam esse, qui noverit, non epistolam modo scriptam Eleazaro Hebræorum Pontifici, sed & Legatum missum, & ingentia dona a Ptolemeo Philadelpho Ægyptiorum Rege de exemplari Legum Judaicarum (3); Everardum Forojuliensium seu Ducem, seu Marchionem Berengarii Patrem Imperatoris librum legum sui temporis testamento filio primogenito nominatim prælegasse *volumus, ut Unroc habeat librum de lege Francorum, Ripuariorum, Longobardorum, & Alemannorum, & Bavariorum* (4); Hubaldi Archiepiscopi Ravennatium fratres adeo impense petiisse anno MCCXX a Simeone, qui Hubaldo successerat, Digesti novi, Infortiati, Evangelii D. Joannis, paucosque alios libros, qui Hubaldi fuerant, ut Ru-

(1) *Strabo lib. 13. Plutarch. in Sylla.*
(2) *Petrus de Vineis epist. 67. lib. 3.*
(3) *Joseph. antiquit. Jud. lib. 12. cap. 2.*
(4) *Miraeus in Cod. piar. donat. cap. 15.*

Rubeus clarissimus Ravennatium historicus eam rem historiæ mandandam censuerit sæculo quod nostrum hoc proxime antevertit (1), quemadmodum sæculo XIV mandavit Grancius libros Amalphitanos; eodem deniq; XII sæculo Eugenium III Pontificem Maximum ad Patriarcham Antiochænum scripsisse magnâ curâ de libris Joannis Chrysostomi (2)?

VI Verum non vult Brencmannus, Lotharium usurpasse jus Innocentii, qui, & Pontifex Maximus, & caput rerum erat, quæ in Campaniâ, Apuliaque gerebantur, quibusque lati a Pisanis auxilii præmium erant dandæ Pandectæ. Sed Brencmannus illam erga Innocentium pietatem, religionem, observantiam in Lothario desideravit, Innocentium, existimans, cum Lothario fuisse dum Pandectæ Pisanis decernerentur. At ignoramus triennii diem quo epistola fuerit a Lothario scripta Pisanis, qui maximam triennii partem procul egerit ab Innocentio: Ignoramus tempus, quo primum Justiniani esse autographum Pandectæ Amalphitanæ cœperint existimari. Nihil est tam conveniens quam ut primæ illi admirationi, qua sapiens Pisanus aliquis Codices illos suspexerit, opinionis illius initium tribuamus; Certe scripturæ antiquitas cognosci continuó debuit, quâ maxime constat opinio illa (3). Meminisse oportet, eorum fuisse morem sæculorum pro

X x reli-

(1) *Lib.6. ad ann.1220. pag.382.*

(2) *Burgundius in prologo super opus S Joan. Chrys. in Matthæum in Biblioth. S. Crucis Florentiæ.*

(3) *Politian. lib.10. epist. 14.*

reliquiis vetustissimorum martyrum habere facile quas, qui ob extraordinariam religionem celebrarentur homines, e regionibus diversis attulissent, quas postea declarari non finit vulgus (1), etsì sapientes aut errorem, aut imposturam agnoscant. Ex eo fuisse genere Pandectas Amalphitanas, credibile est; adeoque suspicatos esse Pisanos aliquos quodam jure successionis eas ad Lotharium devenisse. Neque enim dubitabant Reges illi Germanici, aut Longobardici, qualis Lotharius erat, se successores Romanorum veterum Imperatores appellare, quod Brencmannus ex diplomate Caroli V de editione Pandectarum Florentinarum, quod attulit inter *judicia de Pandectis* (2) cognoscere poterat *quum fidelis Nobis Dilectus Laurentius Torrentinus Flander typographus Florentinus Nobis reverenter exposuerit, sibi demandatam esse Provinciam typis excudenti libros Pandectarum ab archetypo Divi Justiniani Imperatoris prædecessoris nostri augustæ memoriæ*. Innumera sunt Imperatorum Germanorum diplomata, quæ Principes illos ostendunt, antiqui, & veri Romani Imperii jura sibi sumpsisse, & in illa successisse sese, existimavisse. Hanc sibi fuisse opinionem indicavit Ludovicus II, cum scriberet de prænomine Imperatoris ad Basilium Orientis Impera-

(1) *Fleur. disc. sur l'hist. Ecc. depuis l'ann.* 800. *usq. an.* 1100. *num.* 4. *Van. Espen. Jur. Eccl. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. *tit.* 33, & *part.* 3. *tit.* 4. *cap.* 33. *n.* 56. & 57. *Guibert. de Novigento de Pignorib. Sanct. lib* 2. *Natal. Alex. Sec.* IX & X *cap.* 3. *art.* 13 & *Sec.* XI & XII *cap.* 6. *art.* 6. *Hist. Ecc.*

(2) *Num.* 28.

ratorem (1); Conradus III, cum scriberet ad Joannem Comnenum de Imperii societate (2); Fridericus I, cum Episcopos evocaret ad Ticinensem Conventum (3), cum a Saladino repeteret Provincias Orientales, quæ Romanis jamdiu paruérant (4), cum Emanuelem Porphyrogenitum sibi Imperatori parere, juberet (5); Henricus II, cum Romanos conciliare sibi studeret (6); Fridericus II, cum Romanos suaderet, ut viros Principes mitterent, quibus honores daret (7), cum eosdem contempti imperii reprehenderet (8); Albertus I, cum Ecclesiæ Romanæ jura confirmaret (9); Henricus VII in epistolâ de coronâ ad Joannem Abbatem Waldsassensem (10): Quare nimium studet Principibus suis Conringius, dum invidiam ab illis amoliri conatus, præcipit, Germanos Imperatores nunquam imperii antiqui Romani jura sibi adrogasse (11). Neque alio quàm veterum Romanorum jure Fridericus I Regalia constituenda curavit eodem sæculo, quo Amalphia direpta

 est

---

(1) *Goldast. constit. Imper. tom. 1. p. 17.*
(2) *Ibid. pag. 57.*
(3) *Ibid. pag. 67.*
(4) *Idem tom. 3. pag. 363.*
(5) *Idem tom. 1. pag. 73.*
(6) *Idem tom. 3. pag. 319.*
(7) *Petrus de V in. epist. 72. lib. 3.*
(8) *Idem epist. 135. lib. 2.*
(9) *Goldast. tom. 1. pag. 93. Const. Imper.*
(10) *Ibid. pag. 94.*
(11) *De finib. Imp. Germanic. cap. 1. num. 2.*

est (1), sunt enim fere omnia ex iis, quæ Fisci Romani jura dicebantur (2). Denique quis publicam eorum sæculorum jurisprudentiam intelligat? duo esse luminaria Pontificem Solem, & Imperatorem Lunam (3), unum Imperatorem, quemadmodum una est Ecclesia, esse debere (4), Imperatori in omnia, quæ continentur Orbe terrarum, non imperium modo esse, sed & dominium (5), Insulas esse Pontificis Maximi Romanorum (6). Ergo Lotharius Justiniani successor autographum Justiniani, Princeps omnium Dominus, & belli illius primus prædam, Imperator leges Imperiales non Pontifex donare debuit. Neque perpetua fuit adeo Lothario erga Innocentium reverentia, & obsequium, ut sua Lotharius jura negligeret. Monachos Cassinenses jurare cogebat Innocentius, se ei omnino uni parituros; recusantes Monachos tutatus Lotharius est, si Petro Diacono (7) fides est adhibenda, quem cum Baronius, & Ca-

(1) *De feud. lib. 2. cap. 56. Rodevic. lib. 2. cap. 5.*

(2) *Hotomannus, Cujacius, alii ad illum titulum.*

(3) *De Majorit. & obed. cap. solitæ.*

(4) *Imperat. Frideric. I. ad Emanuelem Porphyrog. Goldast. Const. Imp. tom. 1. pag. 73.*

(5) *Otto Morena in Chron. Laudens. ad ann. 1158.*

(6) *Hadrian. IV pen. Matt. Paris. in histor. Anglica ad annum 1155. in Henrico. II*

(7) *Petr. Diac. in Chr. cap. 108. & seqq. l. 4. Sigon. de Reg. Ital. lib. 11.*

Digitized by Google

&Camillus Peregrinus contempserint, Angelus a Nuce propugnavit (*). Discordia per triginta dies est inter Lotharium, & Innocentium protracta de Ranulpho, quem Lotharius Ducem Appulis imposuerat, quibus dandi Ducis jus ad se pertinere Innocentius contendebat (1). Similis causa divisisse ab Innocentio Lotharium videtur ob Etruscorum Ducatum, quem Engelberto dederat Innocentius, datumque Pisani tuebantur, Lucensibus, & Lothario adversantibus (2). Leodiensem Conventum alia Lotharii turbavit indignatio, qui Innocentio ob investituras iratus vehementer est (3). Quid itaque est, cur existimemus, jus donandi Leges Imperiales Pisanis sibi non sumpsisse Lotharium, maxime si cum alio Lotharius, alio in loco esset Innocentius, cum aut per epistolam, aut per nuncium, procuratoremve Pisani a Lothario donari sibi Amalphitanos Codices expetiverint? Quare abeat, Guido, risus ille tuus, quo excipis ista nostra in libro Faventino (1), quod legum Codices possideri ab omnibus possint si[ne] venia Principum, quorum auctoritate leges illæ constent. Non agimus de Codicibus, qui ut vulgares hi nostri, quibus utimur, functionem reciperent in genere suo, & acquiri promiscue pos-

(*) *In not. ad cap.* 108. *Petr. Diac.*

(1) *Falco Ben. ad ann.* 1135.

(2) *D. Bern. ep.* 140. *junct. cum Chron. Pisan. ad ann.* 1135.

(3) *Ernald. Vallis bonæ in vit. D. Bern. lib.* 2. *cap.* 1.

(4) *Nuov. disam. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 6.

Digitized by Google

VII Eodem decidit casu Astensis argumentum ab irato Pisanis Lothario ductum. Fatetur Astensis, iram illam ab Engelberto fuisse Etruriæ Marchione, cui Concilium Pisanum anno MCXXXIV imperium Innocentio præeunte tradiderat. Engelbertum ipsum paulló post suadente Bernardo idem Lotharius, Annalista Saxone teste, deféndit. Qui huic diplomati contradicunt, & falsi Plotium Gryphium accusant, diem, quo datum diploma dicéretur, afferre non possunt; trium ergo annorum ira Lothario esse debuit, omnemque ejus ab inventis Pandectis capere vitam, ut Pisanis, ut diplomati Lotharium totum detraheret. At qui adeo producere illam possint indignationem nostri Adversarii, cum alterius belli, quod biennio post gestum est, societatem Lotharius cum Pisanis iniverit, Pisani mandatam a Lothario Amalphiæ expugnationem fuerint executi, alia circa Amalphiam, ut Lothario morem gererent, occupavérint, Salernum obsedérint, iratique Lothario, quod ipsis inconsultis Salernitanos ille sese dedentés exceperit *Pisas regredi disposuerint, sed Apostolici Innocentii precibus, & promissionibus coacti ad Imperatoris voluntatem reversi sint* (1).

VIII Angustiæ temporis nullæ sunt, quas Astensis opponit, ne videatur Lotharius diplomate illo restituisse Romanum jus. Quis Astensi nunciavit, eâdem epistolâ, qua Pandectæ Pisanis donabantur, abrogationem contineri juris Longobardici, & Romani restitutionem? Taurellius id unum a Plotio Gryphio audivisse sese, narravit *antiquum instrumen-*

(1) *Falco ad ann.* 1137.

mentum se domi habuisse donationis a Lothario in Pisanos collatæ. Donatio isthæc uno die, unâ horâ perfici poterat, qua & preces Pisanorum exaudiret Lotharius, & scribi juberet epistolam; Longâ illâ deliberatione opus fuisset, si epistolâ eâdem jus Longobardicum antiquandum fuisset, Romanumque statuendum; Cui tamen deliberationi tres illi anni, quibus post direptionem Amalphitanam vixit Lotharius sufficisse iis videantur, qui reputent, ex innumeris veterum libris libros Justinianei construi triennio potuisse (1). Neque vero obesse operi poterant curæ, quæ per caput Lothario, perque salirent latus. Principis in eâ re opus paucarum horarum erat, quibus aliquem imperii sui Ministrum de eâ referentem,& suadentem audiret, jurisconsultis aliquot rem examinandam,agendamque mandaret, peractamque probaret. Credisne, mi Astensis, Lotharium aliam ei negotio operam dare debuisse? Credisne Justinianum inficetissimum hominem aliam dedisse suo dum bello Vandalico exerceretur Lotharianis bellis longe graviore? Credis aliam magnis rebus, quæ eorum nomine geruntur, a plerisque Principibus dari consuevisse, quos, si possis interrogare, earum ignaros magnâ ex parte reperias, illud esse in eorum historiâ perpetuum deprehendens *miles in loco prælii Tiberium Imperatorem salutavit* cum a Germanico res gesta esset (2). vixque eis ab adulatoribus dici posse, quod Horatius Augusto

Te copias, te consilium, & tuos
Præbente Divos? IX

(1) *L.2. § omni 12. C.de veteri jur. enucl.*
(2) *Tacit. lib. 2. annal.*

Google

IX Quod Politianus ad Breisacium scribens de Pandectis Pisanis, non commemoraverit diploma Lotharii, non video quid inde solidum adversus Plotii Gryphii fidem possit educi. Vix est, ut silentium illud argumento esse possit ignoti Politiano diplomatis, cui placuisse Brencmannus idem docuit (1) & nos paullo ante diximus admirabile illud, Pisanas Pandectas esse sacrosanctum autographum Justiniani. Sacrum illud fabulosum tenebris erat, & rerum inscitiâ conservandum. Aliis erat suadenda fabulis fabula, statuenda calliditate augurali, custodienda mysteriis, arcano, nocte, obscuritate sepienda. Cum rei res lumen præferat, cum factis facta pandantur, cum semel exorta lux celérrime diffundatur, lux est omnis a deceptoribus fugienda. Si Lotharii laudasset diploma Politianus, ejus visendi desiderium incussisset, quod si autographi dignitatem illam non confirmasset, jam fuisset minus certa futura dignitas quam Politianus suadebat. Sciebat ille probe, suasoribus narrationes amputandas esse, quæ lædere possint (2). Quo ego consilio prætermissum, arbitror, a Politiano fuisse locum omnem, a quo Pisas Pandectæ delatæ sint, quem eodem tempore uni studens historicæ veritati Volaterranus non prætermisit. Si ex Politiano Pandectarum illarum origines uno habendæ essent, non deesset poeta aliquis, qui e Cœlo delapsas illas, unde admirabilia plura a poetis sunt deducta, confingeret. Quod si Politiano ignotum diploma illud fuisse, dicamus, nihil videamus

Y y

(1) *Lib. 3. cap. 1. hist. MS. Flor. Pand. & passim.*
(2) *Cic. de partition. Orator.*

Digitized by Google

mur absurdi protulisse. Vixit Politianus fere cum Florentinis eo tempore, quo recentibus ab amissâ libertate Pisanis altâ erat servitus mente reposta. Non ferebant illi jugum Florentinorum. Qui opibus, qui ætate, qui artificio, qui ratione rei familiaris erant aptâ migrando, ad alias sese gentes conferebant (1). Quidquid antiquum, quidquid præclarum auferri facile poterat, Pisis abstulerant Florentini, diplomata maxime & instrumenta antiquæ Reipublicæ, quod Troncii docemur annalibus, quos ille ut componeret, Principe opus habuit, qui Florentina ei archiva aperiret, quó delata Pisanorum fuerant monumenta. Non erat ergo Florentinis cum Pisanis consuetudo, non amicitia, qua rés Pisanorum domesticas explorarent. Æquales Politiano Gryphii pupilli fortasse erant, aut minores, aut parci, & infrequentes cultores hospitum, aut taciturni, aut irati Fiorentinis; fortasse a Florentinis timebant, ne si proderetur diploma illud Imperiale, Florentiam exportaretur, adeoque illud occultum habebant, quemadmodum pretiosa Siculi illi, quos (2) Cicero tuebatur. Neque enim ex eo victorum genere Florentini fuerunt, quos magnus ille Orator pati consuevisse, scribit, ut ea victi retinerent, quibus maxime delectabantur, quasi solatia servitutis, Rhegini & Gnidii marmoream Venerem, Tarentini Europam, & Satyrum, Cupidinem Thespienses, Cyziceni Aiacem, & Medeam, Rhodii Jalysum, alii alia, cum

---

(1) *Ammirat. lib. 18. Istor. Fior. pag. 993. Guicciard. lib. 1. Istor. d'Ital.*

(2) *Lib. 4. in Verrem.*

cum quibus Pandectæ conferri possunt, quas antiquitatis laude jam celeberrimas Florentini victores apud Pisanos victos manere, passi non sunt. Quod Astensis ultimum huic diplomati opponit ex rapaci Pisanorum ingenio mox confutabimus.

X Interim illud Lectores nostros rogamus, ut librum Faventinum Guidonis Monachi videant, quo quam sit ille descriptionibus assuetus, agnoscant; Neque enim ibi alia deprehendent, quam quæ hactenus a Brencmanno & Astensi scripta rejecimus, Pisanam classem spolia Pisas traxisse; abfuisse Lotharium; viginti sex dies, quibus Pisani circa Campaniæ littora fuerunt, non suffecisse tabellario, qui forte a Pisanis ad Lotharium missus de Pandectis rediret, quasi Plotius Gryphius illis ipsis diebus datum allatumque diploma fuisse, affirmaverit; improbabilem Pisanorum ab Imperatore petitionem ejus quod illi jure belli sibi quæsiverint, nullumque jus Lothario in exemplar Legum Imperialium fuisse (1). Unicum attulit veré suum Monachus, scilicet insipiens, inficetum, planeque cavillationem. Archiva nonnulla Pisanorum inter alia veterum monumentorum frustula initium servant hujus, quod fertur diplomatis Lothariani *Girardo Cajetano, Rodulpho, Henrico Pisanis Consulibus*. Hoc mihi afferenti opposuit Guido, eos Consules, qui Pisanis præerant Amalphiam diripientibus anno MCXXXV, tertio ab illa direptione die victos a Rogerio fuisse, duos captos bello fuisse, tertium cæsum, teste Thelesino (2) *ex Consulibus autem eorum duo capti*

 sunt,

(1) *Nuova disam. part. 3. cap. 2.*
(2) *Lib. 3. cap. 24.*

sunt, *tertius vero percussus interiit*. At qui eos Consules anno MCXXXV fuisse certo demonstras, Guido? Thelesinus trium illorum Consulum nomina prætermisit. Putasne Guido, post mortem, & captivitatem illorum Consulum totis tribus fere annis, quibus vixit Lotharius, Pisanam Rempublicam alios Consules non creasse? Putas, secundum bellum Siculum, quod majoribus ab eâ viribus gestum est, non fuisse a Consulibus administratum, cum in hac ipsâ quam tractamus historiæ Pisanæ particulâ videris vel unis mille militibus, quos primos Roberto Principi Capuanorum dederat illa, duos Consules fuisse præpositos (1)? Quis itaque ex tot Consulibus, quot quinque saltem annis bellum Pisanis cum Rogerio fuit, illos qui ad Fractam victi sunt, Cajetanum, Rodulphum, Henricum fuisse possit affirmare? At, inquis, Abbas Constantinus Cajetanus in notis ad Gelasium II Cardinalis Aragonii scribens a Pisanis gestum contra Rogerium bellum, tres illos Consules unos commemorat: Repono, Falconem alios commemorasse *hoc anno præfatus Princeps Robertus cum duobus Consulibus Pisanorum Alzobardo videlicet*, *& Cane viris sapientibus*, *& cum aliis fere mille Pisanis ad Principatum suum revertitur &c.* (2). Si Abbas Constantinus monumentum afferat, quo tres Consules, quos nominat in Amalphiæ direptione fuisse probet, cedam illos esse non potuisse Consules Pisanorum ad quos fuerit epistola missa Lotharii. At Abbas nullam certi temporis notam attulit vetere monumento con-

(1) *Falco ad ann.* 1134.
(2) *D. l.*

confirmatam; complectitur vero totum illud bellum paucis verbis, primum ab altero non secernit, miscet, confunditque facta omnia, quæ ad illud pertinebant, ut aliud omnino agens illa scripsisse videatur (1) *ut more suo* Pisana Respublica *pro Romano Pontifice dimicaret navigia & triremes instruxit armamentis; igitur munitissimæ a se adornatæ classi præficit duos è Cajetanâ familiâ Consules militari peritiâ claros Gerardum & Cajetanum, qui adjunctis Henrico & Rodulpho Reipublicæ ejusdem Pisanæ nomine Rogerii superbiam contunderent. Educunt, pugnant, atque eventus justitiæ causæ, ducumque virtuti respondit. Fortiter enim fregerunt Rogerii vires, quadraginta duabus triremibus potiti, cœperunt etiam Neapolim, Regium quoque Amalphim cum suo Principatu, aliasque ejus regni civitates, & oppida, quæ omnia pari fortitudinis laude tenuerunt nomine Reipublicæ Pisanæ septem annorum spatio Neapoli præsidentes, custodientesque a Regis Rogerii insidiis*. Uni ergo tres illi Consules totum bellum Constantino administrasse dicuntur, quod falsum est. Cœperunt Neapolim, quod pariter falsum est, quia Neapolis inter annum MCXXXIII, & MCXXXVII amicorum erat, non Rogerii. Totis septem annis Amalphiæ Ducatum tenuerunt, id quoque falsum. His accedit Constantinum hoc bellum totum dixisse anno MCXXXIX inchoatum, ita enim ejus incipit enarratio *anno Christi millesimo centesimo supra tricesimum nonum efflagitante Maximo Pontifice Innocentio II quo etiam non minor domus Cajetanæ vir-*

(1) *Murat. tom. 3. rer. Italic. pag.* 402. & 403.

virtus enituit Pisanorum Respublica adversus Regem Rogerium extorrem factum priorum cætu, ac Regno privatum sumpsit arma. Arma sumpserat jam illa Respublica anno MCXXXIV teste Falcone, ipsisque Pisanorum annalibus quos Ughellius, & Clarissimus Muratorius ediderunt. Ergo ab hoc Constantino sumemus epistolam trium illorum Consulum, seu quatuor ad Consules Cajetanorum, quæ tempus certum non habet adscriptum, eosque esse existimabimus, qui annis MCXXXVII, MCXXXVIII magnæ classi imperabant, qua Pisani Innocentio II, & Proceribus opem ferebant, qui Rogerio adversabantur, cum probabile sit inter captivos, & cæsum tertio post direptionem Amalphitanam die fuisse Alzobardum illum, & Canem, quos Pisanorum Consules Neapoli fuisse paullo ante illam direptionem, Falco narravit. Nisi putemus alios atque alios a Pisanâ Republicâ Consules missos quoties nova auxilia mittebantur, semel anno MCXXXIV, bis anno MCXXXV, semel iterum anno MCXXXVII; Neque enim Consulatus ille Italicarum Civitatum certis legibus, & numeris finitus fuisse, videtur; duodecim aliquando, aliquando octo Consules in Januensium Republica annales Caffari monstrant (1): Duodecim Bergomenses Consules numerat Clarissimus Muratorius in præfatione ad carmen *Magistri* Moysis (2). Annales Pisanorum plures ad unum Legatos Consules ostendunt (3). Ughellius autem dona-

(1) *Tom. 6. rer. Ital. ad ann.* MCLX *&* *ad ann.* MCLXI.

(2) *Tom 5. rer. Italic.*

(3) *Ad ann.* MCLXII MCLXV MCLXVIII MCLXXV *&c.*

Digitized by Google

nationis instrumentum affert a Republicâ Pisanorum in Ecclesiam majorem collatæ anno MCLXI, cui septem Consules subscripserunt (1). Nulla est denique publica res in annalibus Pisanis, nulla expeditio, cui unus, pluresve Consules præpositi non videantur ab anno MCL ad annum MCXC, quo Reipublicæ administratio conversa est. Præterea inurbanum Grandii risum, quod ego attulerim initium Lothariani diplomatis verbis *Girardo*, *Cajetano*, *Henrico*, *Rodulpho Pisanis Consulibus* (2) *questo con buona grazia non è principio di diploma, un diploma Imperiale dee principiare col nome Augusto dell'Imperadore*. Egregia ratio citandi est hoc loco a Grandio proposita Jurisconsultis, aliisque eruditis hominibus: speciali aliquo indicio volunt, qui citant, locum, aut librum, aut aliud quodvis monstrare, ut inter ejusdem generis multa facile reperiatur. Ergo citans Lotharii diploma mittere debet Lotharii nomen, quod omnibus ejus diplomatibus commune est. Quis legem Justiniani citans incipit a nomine Justiniani?

Pisani purgantur ab iis, quæ illis exprobrat Astensis.

C A P. III.

Astensi cedimus, minus vere, & ad Oratoris potius, quam historiæ Scriptoris modum a Si-

(1) *Tom 3. Ital. sacr. in Archiep. Pisan. pag.* m. 400.

(2) *Part. 3. nuova disamina cap. 2. num. 8.*

a Sigonio scriptum esse, Pisanos ex omni prædâ Amalphitanâ sibi unas expetivisse Pandectas. Quo id auctore Sigonius tradiderit, ignoramus. Certe monumenta nulla Pisani Populi, quæ ad nostram ætatem pervenerint, hanc elegantiæ & liberalitatis laudem iis tribuunt Pisanis, qui Amalphiam diripuerunt. Relictam ab illis prædam neque Grancius scripsit, neque Chronista Gryphianus, neque Volaterranus, neque Plotius Gryphius, neque Taurellius. Cum Sigonii narrationem ex Pisanis traditionibus manasse, existimaverit Afiensis, in Pisanos magnopere invectus est. Pisanos, dixit, Proceribus Regni Neapolitani, quos Rogerius, ut novum illud Regnum conderet, de antiquis ditionibus ejicere conabatur, militem non sine trium millium librarum argenti numeratione dedisse, eosdem, aliquot circa Amalphiam Oppidis direptis, incensisque, discessisse re prorsus infectâ, Lothario iratos, qui eos a Salerni direptione prohibuerit, amicos deseruisse. Indeque suadere se posse, arbitratus est, Pisanum Populum, qui auri cupidus, incensor, direptor, inconstans, perfidus denique, desertorque fuerit, eâ esse mansuetudine, elegantiâ, humanitate non potuisse, sine qua auro, argento, suppellectili libri non præferuntur. Si Pisanos hoc loco mitius habuisset Afiensis, respondisse sufficeret, id minime esse nobis propositum, ut oratoriam potius, quam historicam Sigonii narrationem defendamus, cum Pisanos abstinuisse reliquâ præda, hujus Patriæ monumenta nulla tradiderint. Sed, cum iracundia, nescio, quæ Afiensem agitaverit, isque plura ediderit minime vera, & iniquissimis verbis ac sententiis Pisani Populi voluerit minuere dignitatem, confutatione opus hoc loco esse, arbitramur,

Digitized by Google

mur, ne viri cum docti, tum laudati possit judicium præclarissimi Populi laudibus obesse, virtutem obscurare, delere gloriam rebus fortiter, ac sapienter gestis innumeris comparatam.

II *Riflettasi di grazia* sunt verba Astensis (1) *a ciascuna delle cose fatte da i Pisani, e si conosceranno certamente tutte indrizzate alle rapine, al vil guadagno, nulla alla gloria, e al sovvenimento degli amici. Si portò da esso loro nel* 1133. *il Principe di Capua per implorarne l'ajuto contro Ruggieri; gliel promettono, ma collo sborso di tre mila libre d'argento*. Si alio, quám Falcone, auctore usus esset Astensis, id integritati hominis tribueremus, ut quæ in Pisanos jactat, ex ignotis illum monumentis accepisse putaremus. Sed cum fere unum ille Falconem testem appellet, vix est, ut a negligentiæ notâ liberare se possit Astensis. Millenariam cohortem Principi Capuanorum ex merâ liberalitate a Pisanis datam fuisse, Falco testatur, triaque millia librarum tantúm promissa, quibus anno proximo classis instruérétur *hoc anno* ita rem Falco narravit (2) 1134 *præfatus Princeps cum duobus Consulibus Pisanorum, viris sapientibus, & cum aliis fere/Pisanis ad Principatum suum Capuanum revertitur. Qui diligenter a Magistro militum Neapolis, & Rainulpho Comite susceptus, omnia quæ cum Pisanis, & Januensibus firmaverat coram Papa Innocentio patefecit, & qualiter tria millia librarum argenti Pisanis in auxilium venientibus dare deberet; prædictus autem* /mille

Zz Ma-

(1) *Lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 94.
(2) *Ad ann.* 1134.

Digitized by

Magiſter militum, & Comes hæc audientes gaviſi ſunt gaudio magno; Nec mora, per Eccleſias diſcurſum eſt, & pecuniam illam argenti, curſu celeri congregavere. Claſſem pecuniâ illâ parandam fuiſse, paullo ante illa verba Falco declaraverat apertius (1) *tandem conſilio definito, ſacramentis intervenientibus pactum ſtabilivere, ut circa menſem Martium futurum, cum centum navigiis armatorum ſuper nefandum Regem Rogerium feſtinarent.* Præteriti ergo ſunt ab Aſtenſi mille illi homines, qui præter claſſem, & nullâ adhuc acceptâ pecuniâ ad illud bellum a Republicâ Piſanorum collati ſunt.

III *Viene il determinato giorno*, ſunt verba Aſtenſis, *e non ſi parton da Piſa ſul dubbio di non eſſer fraudati del convenuto ſtipendio, e forzano perciò Roberto, e Sergio a ſpogliar le Chieſe di Capua, e di Napoli d'argenti, per ammaſſarne le promeſſe tre mila libbre.* Turbata ita eſt ab Aſtenſi ſeries tota factorum, & cum in Piſanos iniqua, tum falſa narratio conficta eſt. Triplex erat fœdus, quo de claſſe inſtruendâ inita pacta ſunt, Piſanorum, Januenſium, & Venetorum, aut certe duplex Piſanorum, & Januenſium. Robertus fruſtrà a Lothario auxilium Romaé petiverat. Unum ſupererat ad Piſanos effugium iis, qui communem cum Innocentio Pontifice Rogerium hoſtem habérent. Fautores Innocentio maxime Piſani erant. Itum ergó eſt ad Piſanos, qui materiam viribus ~~[illegible]~~ iniquam ſumere primum noluerunt, precibus deinde Roberti, & Pontificis

(1) *Ad ann. 1133. §. dum hæc.*

ficis quafsi auxilium allaturos fefe claffe, promifserunt, eâ conditione, fi eàdem obligatione ac fœdere Januenfes includerentur *Princeps itaque & Comes, Romam euntes non ficut voluerunt, ab Imperatore confecuti funt* = *iverat ergo Princeps Robertus ad Civitatem Pifanam, & cum Confulibus ac fapientibus Viris Civitatis tractavit, ut auxilium navalis exercitus ei largirentur; Qui tamen fine populo Januenfi hoc promittere noluerunt. Tandem definito confilio &c. Audivimus quoque, Ducem Venetiarum ad ejus auxilium manum dediffe. Princeps ad Principatum fuum Capuanum revertitur, qui diligenter a Magiftro militum, & Comite Rainulpho fufceptus, omnia, quæ cum Pifanis, & Januenfibus firmaverat patefecit*. Neque Venetorum, neque Januenfium apparuerunt auxilia, indeque factum, putat Brencmannus, ut cum duo illi populi refilirent, implere Pifani promiffa condicto tempore non potuerint, quæ implenda non nifi junctis viribus ex pacto erant (2) *unde collegerim, Genuenfes, & Venetos, orta forte diffenfione, aut aliâ quavis de causâ refiluiffe; atque ideo ipfos Pifanos, qui jam ftatim ab initio fine Genuenfibus fœdus inire detrectaverant, iis recedentibus tantopere tergiverfatos effe*; Id quidem ex jure Pifani; Omnes fœderum partes, omnia pacta habent invicem vim conditionis, qua deficiente folvitur penitus obligatio *fi pars una*, ait Grotius (3) *fœdus violaverit*,

Z z 2 po-

---

(1) *Ad ann.* 1133. & 1134.

(2) *Differt. alterâ de Amalph. a Pifan. direp. cap.* 28.

(3) *Lib.* 2. *cap.* 15. *de Jur. belli & pac.* §. 15

poterit altera a fœdere discedere; nam capita fœderis singula conditionis vim habent; idemque alibi (1) *restringens interpretatio extra significationem verborum, quæ promissionem continent, aut ex defectu petitur originario voluntatis, aut ex casus emergentis repugnantia cum voluntate*; Manifestum erat enim, adversatam esse voluntati Pisanorum deficientiam Januensium, *sine populo Januensium hoc promittere noluerunt* Januensium fuit omnis soluti fœderis culpa, ut recte Thucydides *soluti fœderis culpam sustinent non qui deserti ad alios se conferunt, sed qui, quam jurati promiserant opem, re non præstant* (2). Hæc itaque Pisanis caussa manendi fuerat, non quam fingit Astensis, dilata pecuniæ numeratio. Dilatam eam esse, idquè Pisanos caussatos esse, nemo scripsit præter Astensem, cujus testis autorque unus Falco contrarium prodit; narrat enim, statim ac Princeps Capuanorum pecuniam promissam esse, nunciavit Sergio, & Rainulpho, Templorum argenta capta esse, Pisanis non modo pecuniam, quam stipulati erant, non petentibus, sed quid Proceres illi Neapolitani agerent, acturique essent, ut pecuniam expedirent, prorsus ignorantibus *omnia quæ cum Pisanis, & Januensibus firmaverat, patefecit, & qualiter tria millia librarum argenti dare deberet; Magister militum, & Comes hæc audientes gavisi sunt gaudio magno, factisque omnibus a Principe recitatis fidem adhibuerunt; NEC MORA, per Ecclesias Neapolitanæ Civitatis, & Capuanæ discur-*

(1) *Lib. 2. cap. 16. §. 22.*
(2) *Lib. 4. cap. 23.*

cursum est, *& pecuniam illam celeri cursu congregavere* (1). *Quid plura? thesaurum ipsum argenti ad Pisanos transmiserunt*. Expedita itaque pecunia est statim ac expediendam esse, dixit Robertus; Neque Sergii, neque Roberti, neque Pisanorum ulla mora commemoratur. IV. Kal. Martii, scribit ibi Falco, Robertum advenisse, nunciasse pacta, pecuniamque statim NEC MORA & coactam, & ad Pisanos missam fuisse; nulla in Chronico Pisanorum querela, pecuniam non esse solutam, nulla Sergii, nulla Roberti, Pisanos non venisse, qui nonnisi eo ipso mense Martio venturos sese, promiserant, quo illa omnia facta sunt (2). Nihil itaque Pisani aliud hactenus peccaverunt, quàm quod omnes in illud bellum sumptus facere uni, aut noluerunt, aut non potuerunt; Peccant id sæpe Principes, & populi, qui bellorum ineunt societates (3), si hoc peccatum libeat appellare, quod, cum legibus (4), tum naturâ probatum est (5).

IV *Vengono poi nel* 1135, *ma posto, che ebbero Amalfi a saccomano se ne tornano a Pisa in tempo de' maggiori bisogni, e lasciano Napoli ne' più caldi travagli alla discrezione di Ruggiero* præterit ita perorationis impetu abreptus Astensis, Aversam, & Cucculum a Pisanis recepta; præterit Pisanum

---

(1) *Ad ann.* 1134.

(2) *Falc. ad ann.* 1133. §. *dum hæc & alia*.

(3) *Wolphang. Textor Synops. jur. Gent. cap.* 23. *num.* 7.

(4) *L.* 1. *C. pro socio* §. 2. *Inst. tit. de societ.*

(5) *L. secundum naturam ff. de regul. jur. Aristot. lib.* 3. *Polit. cap.* 9. *& lib.* 8. *Ethic. c. ult.*

num militem, qui primis viginti navibus delatus erat, Neapoli inclusum fuisse, ut eam servaret, quæ Falco non præterivit *Princeps cum viginti navigiis* Pisanorum *Neapolim venit*, *& comprehendit Aversam*, *& Cucculum*, *quibus comprehensis*, *Neapolim Princeps ipse revertitur*, *& ibi immoratus est cum Pisanis ipsis* (1); Præterit Astensis defensam fortiter ab eo milite Neapolim, quod est apertis verbis Falco testatus *Rex Neapolim venit*, *& diebus novem eam obsedit*; *sed Populus*, *& Princeps nihil ex hoc trepidabant*. *Rex autem Civitatem capere non posse aspiciens*, *eam dimisit*, *& Aversam perrexit* (2). Præterit etiam Astensis, post Amalphiam receptam magnam Pisanis a Rogerio cladem illatam, quam Thelesinus (3), idemque Astensis paullo ante commemoraverat *ecce Regius exercitus ex improviso irrumpens partem Pisanorum cæde prosternunt*, *partem captionis violentiâ subdunt*, *quorum videlicet numerus inter necatos*, *& captos mille quingenti fuisse*, *referuntur*; *Ex Consulibus autem ipsorum duo capti sunt*, *tertius vero percussus interiit*. Præterit denique, Pisanam classem Pisas revertentem, Pisanum militem Neapoli reliquisse, quæ arx libertatis erat, adeoque custodienda maxime, secundisque rebus servanda, quod est pariter a Thelesino narratum (4) *cæterum Piratæ ipsi Neapolim redeuntes cum Pisanis*, *quos Princeps secum duxerat*, *relictis ibi* ad

(1) *Falco ad ann.* 1135.
(2) *Ibid.*
(3) *De Gestis Rogerii lib.* 3. *cap.* 25.
(4) *d. lib.* 3. *cap.* 26.

Digitized by Google

ad custodiam nonnullis ipsorum, simulque, etiam cum eodem Principe Pisas ingressi sunt, veris tempore in adjutorium Neapolitanorum denuo reversuri, adeoque frustra iterum fuisse a Rogerio obsessam Neapolim *Rex autem* sunt verba Falconis *Pisanorum exercitum reverti comprehendens iterum Neapolim obsedit = videns neque mari, neque terra contra Civitatem agere, navigia illa reverti, præcepit, & ipse Salernum repedavit, deinde Siciliam ingressus est* (1). Neque illud erat prætereundum Assensi, dissolutâ societate ob deficientiam Januensium, fuisse anno MCXXXV, quadraginta naves a Pisanis unis missas, aut ex fide extraordinariâ (2), aut solvendi causâ obligationem, vel quam acceptione pecuniæ contraxerint, vel quæ ex novatione veteris obligationis extiterit; & contra naves illas Pisanas quadraginta, Rogerii naves circa Neapolim, Salernumque sexaginta fuisse, ne inconstantiæ, aut perfidiæ Pisanorum tribuamus, quod eorum classis Pisas reversa sit. Qui terrâ victi, mari quoque iniquis viribus utérentur quid agerent? quid manerent ubi sibi damni plurimum imminere, utilem sociis opem nullam sese afferre posse, sentirent? *Cum summa*, inquit Seneca (3), *amicitiæ sit amicum sibi æquare, utrique simul consulendum est. Dabo egenti, sed ut ipse non egeam; succurram perituro, sed ut ipse non peream*; Haud aliter de publicis fœderibus Wolphangus Textor *finis societatis ut contrahentes*

(1) *Ad ann.* 1135.

(2) *Grot. de jur. belli, & Pac. lib.* 3. *cap.* 19. §. 14.

(3) *Lib.* 2. *de benefic. cap.* 15.

tes communi auxilio tuti, ac salvi sint, obtineri nequit, quando auxilia alteri valde nocent, alteri nihil, aut parum prosunt, conjectura voluntatis est, eos tali casu noluisse invicem obligari (1). Addemus mox bellum, quod eo tempore domi gerere Pisani coacti sunt.

V *Promettono* urget Astensis *d'esservi di bel nuovo l' anno seguente, e tutto che dal* Principe *di Capua, e da Sergio caldamente scongiurati ne fussero non curano d' osservare la data fede, e fansì, che l'uno fosse astretto a portarsi nella Germania ad implorare dall' Imperatore l'ajuto, e l'altro a ritornare a Napoli per difender nel meglio, che potesse &c.* Promissionem illam Pisanorum solus narrat Thelesinus, eamque non Pisanorum modo, sed & Roberti Principis Capuanorum (2). Scribit autem Falco, Robertum statim ac Pisas pervenit cum classe Pisanorum, ivisse ad Imperatorem *cumque Robertus Princeps Pisas reverteretur, consilio Domini* Papæ *ad gloriosum Lotharium Imperatorem festinavit* (3), adeoque non perfidiâ Pisanorum, quæ nulla adhuc esse potuerat, cum vér novum nondum venisset, coactus est Princeps auxilium petere ab Imperatore, sed rei ipsius necessitate, quam unis Pisanorum viribus perfici non posse, constabat. Eadem jam causa fuerat, ob quam Pisani sine Januensibus fœdus inire noluerant. Accedebat clades accepta, quæ primum timorem confirmabat, & Pisanos unos vincendo Rogerio, tuendisque sociis impares ostendebat. Narrat Falco

(1) *Synops. jur. Gent. cap.* 25. *n.* 8. & 9.
(2) *Lib.* 3. *cap.* 26.
(3) *Ad ann.* 1135.

Digitized by Google

co Imperatorem promptiſsime ſpopondiſſe, eodem illo ſeſe venturum anno *Imperator autem muneribus multis ei datis promiſit, ſe ipſo anno venturum ad Romanæ Sedis libertatem, & ejuſdem Principis reſtitutionem*; Narrat, non Roberto modo id fuiſſe ab Imperatore promiſſum, ſed & Innocentio *anno* 1136. *præfatus Imperator Apoſtolico Innocentio mandavit, ut eum præſtolaretur, quia Domino favente, ſicut promiſerat, in feſtivitate S. Jacobi venire deſpondebat, aut diſponebat* (1). Jam videmus a vere ad æſtatem dilatum adventum Imperatoris, adeoque & Piſanorum obligationem, qui bellum illud non poterant ſoli ſuſcipere. Fatemur, exeunte anno MCXXXV Sergium Piſas veniſſe, auxiliumque ab hac Republica petiviſſe; at dum Sergius Piſis erat nondum ver novum advenerat, nondum certum erat, venturum eſſe Lotharium; Reverſum enim Sergium Neapolim, Pagius ad Baronium docet, menſe Januario illius anni, cujus ver, aut jam æſtas Piſanæ promiſſionis finis erat (2). Fatemur fuiſſe Piſanos plurimos Sergio pollicitos promptum, & anticipatum auxilium, *ipſo anno Magiſter militum Piſas perrexit, ut auxilium ab Apoſtolico Innocentio, & Piſanis inveniret, qui a Piſanis diligenter ſuſceptus eſt, & promiſerunt libentiſſime ei auxilium inferre, ſed quorumdam inimicorum conſilio auxilium illud deſtructum eſt* (3). Sed rationes Piſanæ Reipublicæ vetabant, bellum illud eam ſolam ſuſci-

Aaa ſci-

(1) *Falco ad ann.* 1136.
(2) *Ad ann.* 1136 *num.* 1.
(3) *Falco ad ann.* 1135. *in fin.*

Digitized by Google

suscipere; quare quos inimicos appellat Falco, quia ejus intererat auxilium a Pisanis ferri, etiamsi eis inde esset obventura pernicies, sapientes fuisse, dicamus oportet, qui obstiterint vulgi facilitati, quos ad misericordiam inconsultam Sergius impulerit. Fuit aliud Pisanis legitimum impedimentum ex bello, quo Lucenses, aliique Lotharii fautores Etruriæ populi Pisanos lacessiverunt, qui Innocentio, & Bernardo suadentibus, Engelbertum tuebantur Etruriæ Marchionem in Concilio Pisano creatum anno MCXXXIV (1) ita enim facta illa tradit Chronista Pisanus *Anno* MCXXXV, qui communis erat MCXXXIV, *II Kal Junii Pisis est celebratum Concilium per Papam Innocentium, & alios Prælatos. In quo Concilio Ingilbertus de Marchia Thusciæ investitus est. Qui postea defensus a Pisanis, & a Lucensibus ubique offensus, & victus apud Fucecchium in Campo, Pisas cum lacrymis fugiens, a Pisanis vindicatus est.* Bernardi hæc verba sunt *Commendo vobis Engelbertum, qui Domino Papæ, & amicis ejus missus est in adjutorium. Habetote eum magis commendatum, quia & ego ei vos amplius commendare curavi, monuique, ut vestris consiliis innitatur.* Marchionatus Thusciæ negotium erat Pisanis domesticum, quod unum eos poterat ab obligatione fœderis excusare (2). Id tamen Pisanos penitus non impedivit; Nam eodem tempore, quo Lotharius ad Apuliam pervenit, instructissimâ classe

(1) *D. Bern. epist.* 130. *Chronic. Pisan. ad ann.* 1134. *post Ughellii Italic. Sac.*

(2) *Grot. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 27. *Wolphan. Synops. Jur. Gent. cap.* 24. *num.* 28.

classe Amalphiam pervenerunt (1). Rursus itaque nullum est aliud Pisanorum peccatum, quam quod inconsideratam opem non tulerunt, quod perire cum sociis inutiliter noluerunt, quod infelicem operis summam, totum ponere nescientes, esse passi non sunt.

VI *Giunto finalmente* ita continuat judicia ille sua Pisanis adversa Astensis *Lotario con forte esercito nel Regno, ne vengono anch' essi nel 1137. colle cento navi in Napoli, e quando non si sa, che li Tedeschi, o altra gente di Lotario avessero apportato danno a veruna Città della Puglia, o della Campagna, per quante ne soggiogarono; i Pisani all' incontro appena giunti si compongono con gli Amalfitani, e rivolti sopra Scala, e Ravello le bruciano, e portano via in servitù e giovani, e vecchi, e donne, e fanciulli*. At Imperatorem scribit Falco, non præliis, sed armorum timore uno totam Apuliam sibi subegisse *tantus itaque timor totam invasit Apuliam, quod conversus populus usque ad Civitatem Barum ad ejus imperium alligatus est* (2). Una fuit vi occupanda Bariensis Arx, qua occupatâ a Germanis militibus *custodes Castelli capti, & trucidati, & in mari præcipitati sunt* ut Falconis verbis utamur. Cum jam conventa pacta essent, quibus res Beneventanæ componebantur, unius Beneventani Civis suasiones Germanos milites ita commoverunt, ut nisi Pontifex obstitisset, vastaturi Beneventana omnia illi essent *cum taliter sacramenta illa perficerentur, vir quidam Jaquintus*

 nomi-

(1) *Falco ad ann.* 1136. & 37.
(2) *Ad ann.* 1137.

nomine Civis Beneventanus, qui per triennium exulaverat, ultionem reddere de acceptis excogitans; Teutonicos omnes submovit, ut Civitatem ingredientes, quot poterant caperent, & bona eorum auferrent, qui cursu rapido armis acceptis insiliunt, & ad portam Ruffini festinaverunt; Fama itaque tantæ invasionis cum ad aures Pontificis pervenisset (1). Frustra itaque dixit Afflensis Pisanis humaniores fuisse Germanos, qui, aut qui resisterent, non invenerunt, aut in victos crudelissimi fuerunt, aut iniquissimæ amicæ Civitatis vastationi paratissimos animos habuerunt. Frustra pariter dixit, Pisanos pecuniâ ab Amalphitanis datâ contentos, nam Falco dedidisse sese Pisanorum facto Amalphitanos Lothario, ipsisque Pisanis narravit *cives autem Amalphitani consilio salutis invento, pecuniâ multâ datâ, ad Imperatoris, & Pisanorum permanserunt fidelitatem* (2). Scribit Falco, Rogerium igne, ferro, captione obvia quæque excidisse, vastasse, destruxisse (3), & quominus de Rogerii crudelitate dubitemus, eadem de eo narrat amicissimus Rogerio Thelesinus (4). Qui vero bellicis vastationibus leges imposuerunt, permiserunt illas usque eo persequi, ut delicta hostium æquo modo expientur, & Romanos auctores afferunt, eorumque facta in Campanos, Capenates, Hispanos, Ligu-

---

(1) *Falco ad ann.* 1137.
(2) *Ibid.*
(3) *Falco ad ann.* 1134. 1135. 1137. 1138. *&c.*
(4) *Lib.* 3. *cap.* 12. 13. 14. *&c.*

Digitized by Google

gures (1). Pontifices Maximi bellicas iras temperaverunt editis constitutionibus (2), quas vel ii laudant, qui de Religione diversa sentiunt ab iis, quæ nos Itali sentimus. At Innocentius ille II, quo Duce Pisani utebantur in eo bello, non tulit modo vastationes illas, sed aliquando præsens ipse imperavit *Apostolicus autem, & qui cum eo erant, Regem illum in partes recessisse cognoscentes, Castrum quoddam nomine Gallutium aggredi præcepit, & devastari* (3), quominus miremur, jussu Lotharii a Pisanis facta dici, quæ eis exprobrat Astensis *jussu prædicti Imperatoris super Civitatem Amalphitanam festinat exercitus Pisanorum &c.* (4). Quod si dicamus, iræ plus nimio indulsisse Pisanos, quod mulieres, puerosque captos traxerint, immanitas Rogerii, qui eo bello talia patraverit, præbebit excusationem, & exempla gentium plurimarum, earum etiam, quæ sapientiæ, & humanitatis laude afficiuntur ab antiquissimis usque temporibus (5). Laudatissimi Germanici in Germania præliantis factum est, quo verba illa Taciti pertinent *non sexus, non ætas miserationem attulit* (6). Delitiæ illæ huma-

(1) *Grotius de jur. belli & pac. lib 3. cap. 12. §. 1.*

(2) *Cap. innovamus de Treg. & pac. Grot. d. c. 12. §. 4.*

(3) *Falco ad ann. 1139. §. eodem tempore præfatus.*

(4) *Id ad ann. 1137.*

(5) *Grotius de jur. bell. & pac. lib. 3. cap. 4. §. 9.*

(6) *Annal. lib. 1. cap. 51.*

Digitized by Google

humani generis Titus omnes, qui decimum septimum ætatis annum non egissent, Judæos captâ Hierosolyma â vendi jussit (1). Leois IV Pontificis Maximi Romanorum verba sunt illa *pro certo scitote quod si aliquas oppressiones subjectis nostris feceritis, præsentialiter eos vindicabimus, & omnia vestra eripere curabimus furibundâ crudelique audaciâ* (2). Nulla gens inveniatur, quæ bellicam indignationem aliquando non produxerit ultra terminos humanitatis, si quando injuria aliqua atrocior caussam bello dederit; certe non auderet Astensis ea de Romanis, qui Corinthum destruxerunt, scribere, quæ de Pisanis scripsit. Sed eum sequamur.

VII *E perchè avean posto tutto il resto delle sfrenate lor brame in Salerno, in che lo videro reso nelle mani dell'Imperatore, come se gran torto loro fatto si fosse, guastan gli ordegni ammassati per vincere il Castello, metton fuoco alle macchine, &c.* Iratos Lothario Pisanos, Falco narravit, justam ob caussam; ipsi Salernum obsidione cinxerant, ipsi illius obsidionis acuta toleraverant, nihil ad illam Lotharius, nihil Germani contulerant; Pisani jam Turrim paraverant, qua certum erat, arcem etiam Salernitanam esse expugnandam. Venit Lotharius, & inconsultis Pisanis, cum Salernitanis transegit *in Civitate quadringenti milites aderant, qui Civitati invigilantes Pisanos, & Principem Robertum, suosque omnes quotidie expugnabant. Quadam die certatum est ad invicem validissime, & de militibus istis Rogerii captivi du-*

(1) *Joseph de bello Judaic. lib. 7. cap. 16.*
(2) *Ivon. Decret. part. 10. num. 85.*

Digitized by Google

ducti sunt, & alligati. Consules Pisanorum Civitatis constantiam aspicientes, qua talis, ac tanta caterva militum intererat, consilio communicato lignorum machinam mirabiliter, excelsam, & ultra quam credi potest, terribilem construi, mandaverunt. Unde factum est, quod populus Civitatis mortem expectabat. Audiens Imperator Civitatis constantiam, & quia igne, ferroque Pisani eam obsidebant, consilio invento simul cum Domno Apostolico ad eamdem Civitatem celeriter festinavit. Sequenti die sapientes Civitatis ad ipsum Imperatorem venere, & pactis intervenientibus Civitatem ipsam suo imperio submiserunt. Audiens itaque Populus Pisanus, Civitatem Salerni sine eorum consilio, & voluntate ab Imperatore captam esse, contristati sunt (1). Ea itaque belli pars Pisanis evenerat, eam illi fortiter egerant, eam erant prope diem absoluturi; Lotharius liberi populi sibi jura sumens, absistere eos obsidione arroganter coegit. Poterant Pisani pacta contemnere, quin Salernitanis justa querela esset; querentibus respondere potuissent illa Posthumii *injussu Populi, negamus quidquam sanciri posse quod populum teneat* (2), meliore, quàm Posthumius, jure, quem Christianus Thomasius (3), & Buddæus (4) post Pufendorfium (5) reproba-ve-

(1) *Ad ann.* 1137.
(2) *Livius lib.* 9. *cap.* 9.
(3) *Dissert. de sponsione Caudina quæ est* 14. *inter Liesienses*.
(4) *Specim. Juris p. histor.* §. 74.
(5) *De jur. nat. & Gent. lib.* 8. *cap.* 9 §. 12.

Digitized by Google

verunt, quod ex Caudinâ ſponſione magnum commodum ad Romanos obvenerit, adeoque eâ obligarentur, etsì injuſſu populi eam Conſules cum Samnitibus iniviſſent. Piſanis a Lothârii ſponſione commodum nullum obvenerat. Beneficii debitorés, acquirere Salernitanos voluit Lotharius, ſumptibus, & ſanguine Piſanorum, quod fuit, cum ſuperbum, tum injuſtiſſimum (1). Nullum erat Lothario imperium certum in Piſanos. Hi ſeſe pro liberis omnino gerebant, jure belli, jure pacis, jure fœderum, jure legum ferendarum utebantur liberrimo (2); quæ Civitatém liberam jura faciunt. Ceſſaverant jamdiu Comitia Italica. Itali Reges aut Principes vetére Romanorum, aut Longobardorum ritu jamdiu non legebant. Qui aut Longobardorum Regum, aut Romanorum Imperatorum umbram ex Pontificum Mediolanenſis, & Romani coronatione ſibi ſumebant, non tam jure, quám animo, & viribus déſtituebantur Italicis populis imperandi, neque regere hos, neque tueri, neque curare, neque continere poterant. Italicæ Civitates plurimæ jura omnia ſummæ poteſtatis ex libertate naturali, certe palam, & impune exercebant. Eminebant inter illas Piſani, Veneti, Florentini, Januenſes (3). Reverebantur illi quidem Imperatorem, ſed libertate utebantur; neque Italicam illo-

(1) *L. ſi pignore 54. §. 1. ff. de furt.*

(2) *Thucyd lib. 5 cap. 14. Ariſt. lib. 4. Polit. cap. 14. Dionyſ. Halic. lib. 4. cap. 20., & lib. 7. cap. 56. Grot. l. 1. cap. 3. §. 6.*

(3) *Otto Friſing. lib. 2. cap. 13. De geſt. Frid. Sigon. de Regno Ital. lib. 8.*

illorum temporum historiam scrutantibus explicare, facile est, quid quantumque Régi Longobardico, & si diis placet Romano Imperatori tribuerent, quid de illius in Italiam jure sentirent. Colebatur ille dum favebat, dum validiore utebatur exercitu. Cum aberat, cum viribus destituebatur, quod plerumque eveniebat, passim contemnebatur; precarium denique regnum habebat, aut violentum. Qui ergo Lotarium non haberent Pisani Regem, cui subiectos sese esse, sentirent; Qui nullâ victoriâ, nullo fœdere ad imperium Lotharii agnoscendum, colendum, observandum obligarentur, qui eâ essent potentiâ rerum, ut minime videretur esse Lotharius in eâ belli Siculi societate superior, qua fronte, quo jure Pisanis Lotharius abuti potuit, & proximæ jam victoriæ honorem illis atque compendium eripere (1)? Si Lotharium in eo bello Agamennonem aliquem, fœderisque Principém fuisse, existimemus, συμμαχικῶς ille debebat e re sociorum, & humaniter illis auditis, ἀλλ' οὐ δεσποτικῶς non heri, non domini abusu communia belli ordinare, quod Agamennonas istos in Panégyrico sapienter docet Isocratés. Abusus ergo sociis Lotharius justam eorum fecit indignationem, & a societate discessionem, quales multæ sunt in historia, & usum jam fecisse communem videntur *plane ipso usu publico docemur*, ait Wolphangus in Synopsi jurisgentium (2), *Reges, & Populos ita interpretari fœdera, ut potestas*

(1) *Grot. de jur. bell. lib. 1. cap. 3. §. 21. & seq. & lib. 2. cap. 15. §. 7.*
(2) *Cap. 25. num. 4.*

Digitized by Google

ftas feorfim tranfigendi cum hofte prægnantibus de caufis interclufa non fit, fic in bello Antiochi pax cum Rege facta eft exclufis Ætolis fociis; fic fuperiore fæculo Francifcus I Galliarum Rex non admiffis Venetorum, & Mediolanenfium Legatis pacem fecit tum Carolo V Imperatore. Mitto, Lotharium pecuniâ acceptâ Salernitanis faviffe, & illuffe Pifanis, tefte Romualdo Salernitano (1). His accedit, Salernitanos obftinatis plus nimio animis adverfatos effe Pifanis, & immaniffimi Rogerii Tyrannidem defendiffe, adeoque juftam dediffe caufam victoribus non parcendi, non remittendi juris impenfarum, damnorumque ex victi populi bonis reficiendorum (2). *Fallit* ait Wolphangus (3) regula de fefe dedentibus recipiendis *fi dedere fefe volentes ad extremum reftiterint, & tunc demum cum multo fuorum fanguine fufo victoriam in manibus fere habet pars altera, deditionem offerant, in pœnam contumaciæ refpui poteft ferius oblata pactio, præfertim fi res ifthæc ad exemplum pertineat, ut alii a fimili ferocià deterreantur; ita Guftavus Adolphus Sueciæ Rex in expugnatione Francofurti ad Viadrum repudiaviffe fertur feram deditionem*. Vide Aftenfis, qui tibi heros offeratur, cum quo invifos adeo tibi Pifanos conferre potuiffes. Neque enim te doctiffimum hominem exiftimare, crediderim, tria illa librarum millia, quæ femel Pifanis data funt, impenfis omnibus, quas in bellum illud Pifani fecerunt fufficere potuiffe, quum vix eas

(1) *In Chron. rer. Ital. tom 7. pag.* 189.
(2) *Grot. lib.* 3. *cap.* 11. §. 16. & *cap.* 13. §. 3.
(3) *Synpof. jur. Cent. cap.* 17. *num.* 23.

Digitized by Google

eas quinque millia Florentinorum scutorum æquare doceat Borghinius (1). Reputes enim, necesse est, centum & quadraginta tres triremes, & hominum multa millia, quæ terrâ militaverunt pluribus annis, & amissa duo hominum millia, ut quantum ad illud bellum Pisanis absuerit, expendas. Reputes, totius Siciliæ, & magnæ Regni Neapolitani partis collatione sexaginta tantum triremes Rogério comparatas, ne datâ illâ pecuniolâ, & Amalphitanâ prædâ Pisanas illas classes instrui potuisse, arbitreris. Reputes Pisanis, qui suo sumptu fere militabant, rerum capiendarum, captarumque partem fuisse debitam antiquo jure (2), nihilque fuisse convenientius naturali æquitati, quám, ut Pisani, qui agros, urbesque Proceribus Regni Neapolitani, & Pontifici relicturi essent, captivos, resque mobiles adipiscerentur, quod est sæpissime factum. Reputes denique, non Pisanos modo, sed & Robertum Principem Capuanorum, qui cum Pisanis erat, offensum ab Imperatore fuisse, Roberto autem integrum fuisse jus impensarum, damnorumque repetendorum.

/triginta

VIII *E ribellatisi da Lotario* pergit insectari Pisanos Astensis *si rappacificano con Ruggieri, e lascian Sergio, e gli amici sottoposti al suo furore.* Reditus hic in gratiam Pisanorum & Rogerii ob jurgium Salernitanum adversatur apertissime verbis Falconis, qui præsens ea Pisanorum, & Rogerii gesta scribebat *audiens Pisanus Populus Civitatem*

(1) *Trattato della moneta pag. 252. & seqq.*
(2) *Grotius lib. 3. cap. 6. §. 24.*

Digitized by Google

Salerni sine eorum consilio , & voluntate ab Imperatore captam esse , mirabiliter contristati sunt , & furore arrepto machinam lignorum factam combusserunt , & paratis navigiis Pisas regredi disponebant , sed Apostolici Innocentii precibus , & promissionibus coacti ad Imperatoris voluntatem reversi sunt . Sed , ait Astensis , reditum illum in gratiam ipsa Pisana Chronica narrant *& sic post hæc Rogerius prædictus cum Pisanis pacem fecit , & reversus est Pisanorum felix stolus XIII Kalendas Octobris*. Ego vero his Pisanis Chronicis Falconis Chronicon de re circa Neapolim gesta esse , arbitror , præferendum . Chronica illa Pisana cento sunt a Michaele de Vico utcumque compactus circa annum MCCCLXXI , quod Clarissimus Muratorius in præfatione prudenter disputavit ; exilia sunt, & brevissima , & mutila , & mendosissima . Illa ipsa Chronica post descripta verba continuo hæc exhibent *anno* 1140. *Pisani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ , & tenuerunt Neapolim per annos septem, aliaque digna fecerunt* . Si anno MCXXXVII redierunt Pisani in gratiam cum Rogerio , jam non septem annos bellum illud Siculum gesserunt , sed quinque ; Rursus erit & illud falsum , anno MCXL , qui communis est MCXXXIX , non antea extinctum fuisse bellum Quamobrem inter ea,quæ ad annum Pis. MCXXXVIII , & hæc postrema , quæ pertinent ad annum Pis. MCXL aliqua omissa esse videntur , quæ ex Falcone supplenda sunt de Pisanis religatis Lothario Innocentii opera . Et veró primum Chronicon Pisanum sic definit *Dolosè autem agebat Imperator cum Pisanis, unde ipsi turbati fœdus inierunt cum præfato Comite Siciliæ &c.* Videtur autem plurium monumentorum veterum com-

compactor Michael, ea ex vetere Chronico postrema verba accepisse, ex alio vero recentiore monumento prima illa descripsisse *anno 1140. Pisani habuerunt guerram cum &c.* Et vero quid significari, dicamus, aliud ab absurdissimâ narratione Chronici posterioris, quæ cum singillatim scripta habuerit ea, quæ bello Siculo gesta sunt jam ab anno Pis. MCXXXIV, illudque absolutum fœdere cum Rogerio a Pisanis pacto exhibuerit, repetitione, & stylo diversissimo subjiciat generalia illa, & complicantia multos annos verba *anno 1140 Pisani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim annos septem, aliaque digna fecerunt?* Rimam præterea video inter duo diversa Chronica, quæ ad unius instar tradidit Michael, nam deest totus annus Pisanus MCXXXIX; Rimamque illam Falconis verbis opplendam esse, arbitror, quibus reversi ad Lotharium post indignationem Pisani dicuntur; Cum enim ita continuaverimus illud Chronicon, apte anno MCXL verbis illis generalibus *habuerunt guerram cum Rege Siciliæ &c.* concludi videbitur totius belli narratio, eritque cum Pisanis Chronicis Falco conciliatus & Romualdo Salernitano.

IX *Auri sacra fames quid nō mortalia pectora cogis*: hunc versum Astensis in Pisanos torquet, absolvitque orationem *or gente così avvezza alle rapine, e data al vil guadagno puossi mai credere da chiunque ha fior di senno, che si fosse appagata non dico delle nude Pandette, e di porre tutto il restante nelle mani di Lotario, ma che di tutte quelle doviziose spoglie nè pur minima parte all' Imperadore data avesse?* Quis doctum hominem iratum adeo Pisanis illis veteribus non miretur, quibus neque Sergius, neque Robertus, neque Rainulphus, neque Inno-

Innocentius, neque Falco, quorum res agebatur præsentium, irati sunt? Bernardus vero cum sapientiâ, tum morum rarissimâ castitate Vir celeberrimus, qui caussam Innocentii, Lotharii, Procerum Neapolitanorum magno ardore animi, & contentione vehementissimâ agebat, non modo Pisanos non improbavit, non modo eorum fidem, constantiamque non desideravit, sed laudibus extulit, eorum virtutem, sanctèque ab illis cultam amicitiam deprædicans, eosque fuisse unos adfirmans ex omnibus fœderatis, qui perstiterint. Cum enim Florentini, & Lucenses, qui Engelbertum ægre ferebant Pisanis amicum Etruriæ Marchionem impositum, invidi, & calumniosi in Pisanos Lotharium commovissent, scripsit hæc Lothario Bernardus (1). *Miror, cujus instinctu, vel consilio vigilantiæ vestræ subripi potuerit, ut homines digni certe duplici honore, & gratiâ, contraria a vobis audirent, Pisanos dico, qui* PRIMI, ET SOLI *interim adhuc exeruerunt vexillum adversus invasorem imperii Rogerium. Quàm justius in eos Regia incanduisse indignatio, qui populum strenuum, & devotum offendere ausi sunt eo præcipue tempore, quo accincti in multis millibus exierant oppugnare Tyrannum. Ut enim congruentissime assignem huic genti quod olim de Sancto David dicebatur, quæso in omnibus Civitatibus sicut Pisa, egrediens, & regrediens, & pergens ad imperium Regis = Quam dignum, quam æquum, quam plenum ratione, & justitiâ, ut fide-*

(1) *Epistol.* 140. *Annal. saxo ad ann.* 1137. *Chron. Pisan. ubi supra Bernard. ep.* 130.

fidelium terra interim saltem ab omni hoste secura consisteret = *Oh quantum meruere Pisani! quantum adhuc mereri possunt!* Quis in hoc luculentissimo testimonio non agnoscit, ea vera esse, quae diximus, Pisanos ex omnibus fœderatis unos fidem, quam non debebant, excelso servasse animo, dum ipsi bello domestico premerentur, dum Januenses deficerent? Hos idem Bernardus, indicat, Rogerii pecuniâ victos defecisse: Hæ itantes enim adhuc illos, epistolâ ad eos scriptâ, continere ita conatus est *audivimus, venisse ad vos nuncios Ducis Rogerii; quid attulerint, quidve retulerint, nescimus. Verum ego juxta illud Poetæ, semper timui Danaos, & dona ferentes. Si quis forte in vobis (quod Deus avertat) rem tam fœdum committere deprehendatur, extendere videlicet manum ad turpe lucrum, hunc protinus notate, & judicate hostem nominis vestri, Civium proditorem, ac venditorem communis honoris, & honestatis.* Quis itaque tuas iras probet, deinceps, mi Astensis, quas nullo æquali eorum temporum teste confirmare possis? Falco, Thelesinus, Bernardus, Romualdus eorum factorum supersunt Scriptores; Duo inimici Rogerio Falco, & Bernardus, alii duo amici. Ex illis alter Pisanos non improbavit, alter laudavit cumulatissime. Thelesinus & Romualdus in eos aliquot verba jecerunt, ut hostes solent. Faves tu Innocentio, faves Lothario, faves Proceribus Neapolitanis pro quibus pugnas, & in Pisanos inveheris. Decebat itaque te Bernardi judicia sequi, non Thelesini, non Romualdi, quorum tamen nul-

(1) *Epistol.* 129.

nulla verba ſunt, quæ atrocitate poſsint cum tuis comparari, neque perfidiam illi, ſed nimiam in hoſtes acerbitatem notant. Falconis ergo tibi obſtat hiſtoria, obſtat publica juriſprudentia, obſtat Bernardi judicium, nulla adſunt, nulla proſunt certa vetera monumenta.

X Piſanos univerſos cum ita perſtrinxiſſet Aſtenſis, ad Plotium Gryphium converſus *ſiccome*, inquit, *ſe bene il Griſi a donar il diploma, o per meglio dire a fingere d' averlo donato alle fiamme, acciocchè annientato aveſse potuto preſso gli Uomini aver quella fede, che ſervandoſi certamente ritrovata non avrebbe; altresì ſè male l' autore della prefazione a preſtargli credenza. Che malore poteva mai appigliarſi ad una sì debole membranaccia, che per non poterſene in altra forma ſtaccare, ſi aveva di neceſſità a donare alle fiamme? Nè so, ſe tanto fatto egli aveſse il Griſo, ſe aveſse contenuto piccolo vantaggio di caſa ſua; Ma perche non vi fu mai una tale donazione, nè mai potè avere il Griſo un sì fatto ſtrumento; quindi fu, che per far' egli credere quel, che non era, diede a divedere, che bruciato lo aveva* (1). Nihil eſt Aſtenſis iſtâ divinatione inhumanius. Argumenta, quibus diploma confutabatur, quàm levia, quàm futilia, quàm etiam ridicula fuerint, aperte monſtravimus, eòque rem iſtam totam perduximus, ut potuerit Piſanis eſſe illud a Lothario diploma, adeoque & Gryphius ille verum narraſſe Taurellio. Potuiſſe vero *contagioſæ peſtis periculo* diploma igne con-

(1) *Lib. 2. ap. 4. pag. 99.*

consumi, nemo negabit, qui meminerit (1), annis MDXXII, & MDXXVIII pestilenti morbo fuisse Italiam universam affectam, adeoque bis dum viveret Plotius ille Gryphius; deinde vero majores nostros domos, & Civitates purgare, quas pestifera lues infecisset; incendiis infinitis, & non omnino necessariis consuevisse, idque publicâ auctoritate, & rerum incendendarum dominis invitissimis *essendo stato conosciuto* ita de ea consuetudine Clarissimus Muratorius (2) *anche dagli antichi, che il maggior male viene dal contatto di robe, e mobili infetti, una volta si bruciava una gran quantità di esse a fin di levar l' occasione alla gente innavvertita, o maliziosa, od avara di tirar' addosso a se stessi la morte, e di parteciparlo ad altri. Ma perciocchè il ripiego di bruciar tante robbe oltre che riusciva di non poca afflizzione, e danno ai Padroni, e di pregiudizio al pubblico, era anche cagion di nascondere, e trafugar le robe infette senza spurgarle, furono inventate le espurgazioni regolari. Basta oggidì solamente consegnare al fuoco i pagliacci &c.* Nullus itaque incendendi delectus, ubi non domini ipsi rerum, sed extranei, barbari plerumque jussorum executores incenderent, rationem ejus non reddituri, quod in maxima publicarum, privatarumque rerum perturbatione gessissent (3), adeoque

(1) *Jovius hist. lib.* 21. & 26. *Guicciard. lib.* 15. & *lib.* 19.

(2) *Del governo della peste lib.* 1. *cap.* 9.

(3) *Thucid. lib.* 2. *in fin. descriptionis pest. Athen. Lucret. de natur. rer. lib.* 6. *in fin.*

Digitized by Google

nulla verba sunt, quæ atrocitate possint cum tuis comparari, neque perfidiam illi, sed nimiam in hostes acerbitatem notant. Falconis ergo tibi obstat historia, obstat publica jurisprudentia, obstat Bernardi judicium, nulla adsunt, nulla prosunt certa vetera monumenta.

X Pisanos universos cum ita perstrinxisset Astensis, ad Plotium Gryphium conversus *siccome*, inquit, *se bene il Grifi a donar il diploma, o per meglio dire a fingere d'averlo donato alle fiamme, acciocchè annientato avesse potuto presso gli Uomini aver quella fede, che servandosi certamente ritrovata non avrebbe; altresì fè male l'autore della prefazione a prestargli credenza. Che malore poteva mai appigliarsi ad una sì debole membranaccia, che per non potersene in altra forma staccare, si aveva di necessità a donare alle fiamme? Nè so, se tanto fatto egli avesse il Grifo, se avesse contenuto piccolo vantaggio di casa sua; Ma perche non vi fu mai una tale donazione, nè mai potè avere il Grifo un sì fatto strumento; quindi fu, che per far' egli credere quel, che non era, diede a divedere, che bruciato lo aveva* (1). Nihil est Astensis istâ divinatione inhumanius. Argumenta, quibus diploma confutabatur, quàm levia, quàm futilia, quàm etiam ridicula fuerint, aperte monstravimus, eòque rem istam totam perduximus, ut potuerit Pisanis esse illud a Lothario diploma, adeoque & Gryphius ille verum narrasse Taurellio. Potuisse vero *contagiosæ pestis periculo* diploma igne con-

(1) *Lib. 2. ap. 4. pag. 99.*

consumi, nemo negabit, qui meminerit (1), annis MDXXII, & MDXXVIII pestilenti morbo fuisse Italiam universam affectam, adeoque bis dum viveret Plotius ille Gryphius; deinde vero majores nostros domos, & Civitates purgare, quas pestifera lues infecisset, incendiis infinitis, & non omnino necessariis consuevisse, idque publicâ auctoritate, & rerum incendendarum dominis invitissimis *essendo stato conosciuto* ita de ea consuetudine Clarissimus Muratorius (2) *anche dagli antichi, che il maggior male viene dal contatto di robe, e mobili infetti, una volta si bruciava una gran quantità di esse a fin di levar l'occasione alla gente innavvertita, o maliziosa, od avara di tirar' addosso a se stessi la morte, e di parteciparlo ad altri. Ma perciocchè il ripiego di bruciar tante robbe oltre che riusciva di non poca afflizzione, e danno ai Padroni, e di pregiudizio al pubblico, era anche cagion di nascondere, e trafugar le robe infette senza spurgarle, furono inventate le espurgazioni regolari. Basta oggidì solamente consegnare al fuoco i pagliacci &c.* Nullus itaque incendendi delectus, ubi non domini ipsi rerum, sed extranei, barbari plerumque jussorum executores incenderent, rationem ejus non reddituri, quod in maxima publicarum, privatarumque rerum perturbatione gessissent (3), adeoque

Ccc nul-

---

(1) *Jovius hist. lib. 21. & 26. Guicciard. lib. 15. & lib. 19.*

(2) *Del governo della peste lib. 1. cap. 9.*

(3) *Thucid. lib. 2. in fin. descriptionis pest. Athen. Lucret. de natur. rer. lib. 6. in fin.*

nulla posteris afferri ratio potest, quare difficilibus illis temporibus absumptum aliquod fuerit, aliquod vero servatum. Quamobrem habemus, mi Astensis, Plotium Gryphium ab eâ notâ liberum, quam tu illi potuisses inurere, si rem incredibilem, si rem, quæ fieri non potuisset, quæ non potuisset esse narrasset. Tibi ergo una superest, qua tu nocentem illum infamasse jure videaris, hominis levitas, quam tuis lectoribus probes, alias enim illi cum doctissimo Melchiorre Cano (1) cumque aliis gravissimis Viris sentire volent, *a naturæ auctore in hominum mentibus inclinationem ad credendum impressam esse, neque esse hominis bene instituti, & ad vitam humanam recte compositi, Viro gravi rem credibilem asserenti non credere.* Fatemur, non ita esse nobis tantó minoribus Plotium illum Gryphium perspectum, ut ejus gravitatem, quam honestatem Callistratus appellavit (2), certam esse, tibi reponamus. At nos defendimus, quem tu accusas, & a te levitatis illius argumenta postulamus (3) ex jure naturæ, qua ad bonum homines, verumque feruntur. Quam nos ex humanæ naturæ principiis ductam conjecturam confirmari, existimamus, gravissimi, ac sapientissimi hominis auctoritate, qui Plotium Gryphium superstitem superstes, & sapientissimo Principi superstiti testem laudavit. Si Taurellii honestatem, sapientiam, morumque severitatem, cum

tuos

(1) *Loc Theol. XI cap. 4.*
(2) *L. 3. in princ. ff. de testib.*
(3) *Mascard. de probat. concl. 878. v. idoneus lib. 2. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 53.*

Digitized by Google

tuos libros ederes, ex Brencmanno (1) discere potuisses, non eum futilem, non levem, non mendacem habitum esse judicasses, cujus testimonio viventis uteretur Taurellius, quem ignarum esse non potuisse scimus ejus regulæ, quam ad Trebatium Cicero scripsit *persona autem non qualiscumque testimonii pondus habet, ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur*; adeoque a laudatissimo Viro, Catonis illius, quo laudatore Cicero gloriatur, simillimo, testem laudatum Plotium comperisses.

CAP. IV.

Quantum ex Chronico Gryphiano Amalphitana Pandectarum inventio confirmetur.

PRimum antiquitatis gradum Chronico Pisano, quod a Gryphiis servabatur, a Taurellio tributum fuisse, animadvertimus (2), confirmante Amalphitanam Pandectarum inventionem *atque id ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium Gryphium eorum Civem accepimus*. Eosdem Gryphiorum annales, quibus idem confirmaret, quinquaginta retro annis attulerat Bologninius. Bologninius, ejusque scripta latuerunt, donec Brencmannus (3) cum Bologninii, tum annalium edidit verba. Astensis (4), qui nec Bologninii scripta viderat,

(1) *Lib. 4. cap. 5 histor. M. S Florent. Pand. & lib. 1. cap. 11. § cæterum & seqq.*
(2) *Epist. ad Acad. Etrusc. cap. 4 num. 5. & seqq. & cap. 6. num. 4. & 5. & cap. 7. num. 3.*
(3) *Inter judicia de Pand. Flor. num. 6.*
(4) *Lib. 2. cap. 4.*

Digitized by Google

stas seorsim transigendi cum hoste prægnantibus de causis interclusa non sit, sic in bello Antiochi pax cum Rege facta est exclusis Ætolis sociis; sic superiore sæculo Franciscus I Galliarum Rex non admissis Venetorum, & Mediolanensium Legatis pacem fecit cum Carolo V Imperatore. Mitto, Lotharium pecuniâ acceptâ Salernitanis favisse, & illusisse Pisanis, teste Romualdo Salernitano (1). His accedit, Salernitanos obstinatis plus nimio animis adversatos esse Pisanis, & immanissimi Rogerii Tyrannidem defendisse, adeoque justam dedisse causam victoribus non parcendi, non remittendi juris impensarum, damnorumque ex victi populi bonis reficiendorum (2). *Fallit* ait Wolphangus (3) regula de sese dedentibus recipiendis *si dedere sese volentes ad extremum restiterint, & tunc demum cum multo suorum sanguine fuso victoriam in manibus fere habet pars altera, deditionem offerant, in pœnam contumaciæ respui potest serius oblata pactio, præsertim si res istbæc ad exemplum pertineat, ut alii a simili ferociâ deterreantur; ita Gustavus Adolphus Sueciæ Rex in expugnatione Francofurti ad Viadrum repudiavisse fertur seram deditionem.* Vide Astensis, qui tibi heros offeratur, cum quo invisos adeo tibi Pisanos conferre potuisses. Neque enim te doctissimum hominem existimare, crediderim, tria illa librarum millia, quæ semel Pisanis data sunt, impensis omnibus, quas in bellum illud Pisani fecerunt sufficere potuisse, quum vix eas

(1) *In Chron. rer. Ital. tom.7. pag.189.*
(2) *Grot. lib. 3. cap. 11. §. 16. & cap. 13. § 3.*
(3) *Synpos. jur. Cent. cap. 17. num. 23.*

Digitized by Google

eas ~~quinque~~ millia Florentinorum scutorum æquare doceat Borghinius (1). Reputes enim, necesse est, centum & quadraginta tres triremes, & hominum multa millia, quæ terrà militaverunt pluribus annis, & amissa duo hominum millia, ut quantum ad illud bellum Pisanis absuerit, expendas. Reputes, totius Siciliæ, & magnæ Regni Neapolitani partis collatione sexaginta tantum triremes Rogério comparatas, ne datâ illâ pecuniolâ, & Amalphitanâ prædâ Pisanas illas classes instrui potuisse, arbitreris. Reputes Pisanis, qui suo sumptu fere militabant, rerum capiendarum, captarumque partem fuisse debitam antiquo jure (2), nihilque fuisse convenientius naturali æquitati, quàm, ut Pisani, qui agros, urbesque Proceribus Regni Neapolitani, & Pontifici relicturi essent, captivos, resque mobiles adipiscerentur, quod est sæpissime factum. Reputes denique, non Pisanos modo, sed & Robertum Principem Capuanorum, qui cum Pisanis erat, offensum ab Imperatore fuisse, Roberto autem integrum fuisse jus impensarum, damnorumque repetendorum.

triginta

VIII *E ribellatisi da Lotario* pergit insectari Pisanos Astensis *si rappacificano con Ruggieri, e lascian Sergio, e gli amici sottoposti al suo furore.* Reditus hic in gratiam Pisanorum & Rogerii ob jurgium Salernitanum adversatur apertissime verbis Falconis, qui præsens ea Pisanorum, & Rogerii gesta scribebat *audiens Pisanus Populus Civitatem* Bbb 2 Sa-

(1) *Trattato della moneta pag. 252. & seqq.*
(2) *Grotius lib. 3. cap. 6. §. 24.*

Digitized by Google

Salerni sine eorum consilio, & voluntate ab Imperatore captam esse, mirabiliter contristati sunt, & furore arrepto machinam lignorum factam combusserunt, & paratis navigiis Pisas regredi dispo. nebant, sed Apostolici Innocentii precibus, & promissionibus coacti ad Imperatoris voluntatem reversi sunt. Sed, ait Astensis, reditum illum in gratiam ipsa Pisana Chronica narrant & *sic post hæc Rogerius prædictus cum Pisanis pacem fecit, & reversus est Pisanorum felix stolus XIII Kalendas Octobris.* Ego vero his Pisanis Chronicis Falconis Chronicon de re circa Neapolim gesta esse, arbitror, præferendum. Chronica illa Pisana cento sunt a Michaele de Vico utcumque compactus circa annum MCCCLXXI, quod Clarissimus Muratorius in præfatione prudentér disputavit; exilia sunt, & brevissima, & mutila, & mendosissima. Illa ipsa Chronica post descripta verba continuo hæc exhibent *anno* 1140. *Pisani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim per annos septem, aliaque digna fecerunt*. Si anno MCXXXVII redierunt Pisani in gratiam cum Rogerio, jam non septem annos bellum illud Siculum gesserunt, sed quinque; Rursus erit & illud falsum, anno MCXL, qui comunis est MCXXXIX, non antea extinctum fuisse bellum Quamobrem inter ea, quæ ad annum Pis. MCXXXVIII, & hæc postrema, quæ pertinent ad annum Pis. MCXL aliqua omissa esse videntur, quæ ex Falcone supplenda sunt de Pisanis religatis Lothario Innocentii opéra. Et veró primum Chronicon Pisanum sic definit *Dolosè autem agebat Imperator cum Pisanis, unde ipsi turbati fœdus iniverunt cum præfato Comite Siciliæ &c.* Videtur autem plurium monumentorum veterum com-

Digitized by Google

compactor Michael, ea ex vetere Chronico postrema verba accepisse, ex alio vero recentiore monumento prima illa descripsisse *anno* 1140. *Pisani habuerunt guerram cum &c.* Et vero quid significari, dicamus, aliud ab absurdissimâ narratione Chronici posterioris, quæ cum singillatim scripta habuerit ea, quæ bello Siculo gesta sunt jam ab anno Pis. MCXXXIV, illudque absolutum fœdere cum Rogerio a Pisanis pacto exhibuerit, repetitione, & stylo diversissimo subjiciat generalia illa, & complicantia multos annos verba *anno* 1140 *Pisani habuerunt guerram cum Rege Siciliæ, & tenuerunt Neapolim annos septem, aliaque digna fecerunt?* Rimam præterea video inter duo diversa Chronica, quæ ad unius instar tradidit Michael, nam deest totus annus Pisanus MCXXXIX; Rimamque illam Falconis verbis opplendam esse, arbitror, quibus reversi ad Lotharium post indignationem Pisani dicuntur; Cum enim ita continuaverimus illud Chronicon, apte anno MCXL verbis illis generalibus *habuerunt guerram cum Rege Siciliæ &c.* concludi videbitur totius belli narratio, eritque cum Pisanis Chronicis Falco conciliatus & Romualdo Salernitano.
IX *Auri sacra fames quid nō mortalia pectora cogis:* hunc versum Astensis in Pisanos torquet, absolvitque orationem *or gente così avvezza alle rapine, e data al vil guadagno puossi mai credere da chiunque ha fior di senno, che si fosse appagata non dico delle nude Pandette, e di porre tutto il restante nelle mani di Lotario, ma che di tutte quelle doviziose spoglie nè pur minima parte all' Imperadore data avesse?* Quis doctum hominem iratum adeo Pisanis illis veteribus non miretur, quibus neque Sergius, neque Robertus, neque Rainulphus, neque Inno-

Innocentius, neque Falco, quorum res agebatur præsentium, irati sunt? Bernardus vero cum sapientiâ, tum morum rarissimâ castitate Vir celeberrimus, qui caussam Innocentii, Lotharii, Procerum Neapolitanorum magno ardore animi,& contentione vehementissimâ agebat, non modo Pisanos non improbavit, non modo eorum fidem, constantiamque non desideravit, sed laudibus extulit, eorum virtutem, sancteque ab illis cultam amicitiam deprædicans, eosque fuisse unos adfirmans ex omnibus fœderatis, qui perstiterint. Cum enim Florentini, & Lucenses, qui Engelbertum ægre ferebant Pisanis amicum Etruriæ Marchionem impositum, invidi, & calumniosi in Pisanos Lotharium commovissent, scripsit hæc Lothario Bernardus (1). *Miror, cujus instinctu, vel consilio vigilantiæ vestræ subripi potuerit, ut homines digni certe duplici honore, & gratiâ, contraria a vobis audirent*, Pisanos dico, qui *PRIMI, ET SOLI interim adhuc exeruerunt vexillum adversus invasorem imperii Rogerium. Quam justius in eos Regia incanduisse indignatio, qui populum strenuum, & devotum offendere ausi sunt eo præcipue tempore, quo accincti in multis millibus exierant oppugnare Tyrannum. Ut enim congruentissime assignem huic genti quod olim de Sancto David dicebatur, quæso in omnibus Civitatibus sicut Pisa, egrediens, & regrediens, & pergens ad imperium Regis = Quam dignum, quam æquum, quam plenum ratione, & justitiâ, ut fide-*

(1) *Epistol.* 140. *Annal. saxo ad ann.* 1137. *Chron. Pisan. ubi supra Bernard. ep.* 130.

Digitized by Google

fidelium terra interim saltem ab omni hoste secura consisteret = *Ob quantum meruere Pisani ! quantum adhuc mereri possunt !* Quis in hoc luculentissimo testimonio non agnoscit, ea vera esse, quæ diximus, Pisanos ex omnibus fœderatis unos fidem, quam non debebant, excelso servasse animo, dum ipsi bello domestico premerentur, dum Januenses deficerent? Hos idem Bernardus, indicat, Rogerii pecuniâ victos defecisse: Hæ itantes enim adhuc illos, epistolâ ad eos scriptâ, continere ita conatus est *audivimus, venisse ad vos nuncios Ducis Rogerii; quid attulerint, quidve retulerint, nescimus. Verum ego juxta illud Poetæ semper timui Danaos, & dona ferentes. Si quis forte in vobis (quod Deus avertat) rem tam fœdum committere deprebendatur, extendere videlicet manum ad turpe lucrum, hunc protinus notate, & judicate hostem nominis vestri, Civium proditorem, ac venaitorem communis honoris, & honestatis.* Quis itaque tuas iras probet, deinceps, mi Astensis, quas nullo æquali eorum temporum teste confirmare possis? Falco, Thelesinus, Bernardus, Romualdus eorum factorum supersunt Scriptores; Duo inimici Rogerio Falco, & Bernardus, alii duo amici. Ex illis alter Pisanos non improbavit, alter laudavit cumulatissime. Thelesinus & Romualdus in eos aliquot verba jecerunt, ut hostes solent. Faves tu Innocentio, faves Lothario, faves Proceribus Neapolitanis pro quibus pugnas, & in Pisanos inveheris. Decebat itaque te Bernardi judicia sequi, non Thelesini, non Romualdi, quorum tamen nul-

---

(1) *Epistol.* 129.

Digitized by Google

nulla verba sunt, quæ atrocitate possint cum tuis comparari, neque perfidiam illi, sed nimiam in hostes acerbitatem notant. Falconis ergo tibi obstat historia, obstat publica jurisprudentia, obstat Bernardi judicium, nulla adsunt, nulla prosunt certa vetera monumenta.

X Pisanos universos cum ita perstrinxisset Astensis, ad Plotium Gryphium conversus *siccome*, inquit, *se bene il Grifi a donar il diploma, o per meglio dire a fingere d' averlo donato alle fiamme, acciocchè annientato avesse potuto presso gli Uomini aver quella fede, che servandosi certamente ritrovata non avrebbe; altresì fè male l' autore della prefazione a prestargli credenza. Che malore poteva mai appigliarsi ad una sì debole membranaccia, che per non potersene in altra forma staccare, si aveva di necessità a donare alle fiamme? Nè so, se tanto fatto egli avesse il Grifo, se avesse contenuto piccolo vantaggio di casa sua; Ma perche non vi fu mai una tale donazione, nè mai potè avere il Grifo un sì fatto strumento; quindi fu, che per far' egli credere quel, che non era, diede a divedere, che bruciato lo aveva* (1). Nihil est Astensis istâ divinatione inhumanius. Argumenta, quibus diploma confutabatur, quàm levia, quàm futilia, quàm etiam ridicula fuerint, aperte monstravimus, eòque rem istam totam perduximus, ut potuerit Pisanis esse illud a Lothario diploma, adeoque & Gryphius ille verum narrasse Taurellio. Potuisse vero *contagiosæ pestis periculo* diploma igne con-

(1) *Lib. 2. ap. 4. pag. 99.*

Digitized by Google

consumi, nemo negabit, qui meminerit (1), annis MDXXII, & MDXXVIII pestilenti morbo fuisse Italiam universam affectam, adeoque bis dum viveret Plotius ille Gryphius; deinde vero majores nostros domos, & Civitates purgare, quas pestifera lues infecisset, incendiis infinitis, & non omnino necessariis consuevisse, idque publicâ auctoritate, & rerum incendendarum dominis invitissimis *essendo stato conosciuto* ita de ea consuetudine Clarissimus Muratorius (2) *anche dagli antichi, che il maggior male viene dal contatto di robe, e mobili infetti, una volta si bruciava una gran quantità di esse a fin di levar l' occasione alla gente innavvertita, o maliziosa, od avara di tirar' addosso a se stessi la morte, e di parteciparlo ad altri. Ma perciocchè il ripiego di bruciar tante robbe oltre che riusciva di non poca afflizzione, e danno ai Padroni, e di pregiudizio al pubblico, era anche cagion di nascondere, e trafugar le robe infette senza spurgarle, furono inventate le espurgazioni regolari. Basta oggidì solamente consegnare al fuoco i pagliacci &c.* Nullus itaque incendendi delectus, ubi non domini ipsi rerum, sed extranei, barbari plerumque jussorum executores incenderent, rationem ejus non reddituri, quod in maxima publicarum, privatarumque rerum perturbatione gessissent (3), adeoque

Ccc nul-

(1) *Jovius hist. lib.* 21. & 26. *Guicciard. lib.* 15. & *lib.* 19.

(2) *Del governo della peste lib.* 1. *cap.* 9.

(3) *Thucid. lib.* 2. *in fin. descriptionis pest. Athen. Lucret. de natur. rer. lib.* 6. *in fin.*

tuos libros ederes, ex Brencmanno (1) discere potuisses, non eum futilem, non levem, non mendacem habitum esse judicasses, cujus testimonio viventis uteretur Taurellius, quem ignarum esse non potuisse scimus ejus regulæ, quam ad Trebatium Cicero scripsit *persona autem non qualiscumque testimonii pondus habet, ad faciendam enim fidem auctoritas quæritur*; adeoque a laudatissimo Viro, Catonis illius, quo laudatore Cicero gloriatur, simillimo, testem laudatum Plotium comperisses.

CAP. IV.

Quantum ex Chronico Gryphiano Amalphitana Pandectarum inventio confirmetur.

PRimum antiquitatis gradum Chronico Pisano, quod a Gryphiis servabatur, a Taurellio tributum fuisse, animadvertimus (2), confirmante Amalphitanam Pandectarum inventionem *atque id ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium Gryphium eorum Civem accepimus*. Eosdem Gryphiorum annales, quibus idem confirmaret, quinquaginta retro annis attulerat Bologninius. Bologninius, ejusque scripta latuerunt, donec Brencmannus (3) cum Bologninii, tum annalium edidit verba. Astensis (4), qui nec Bologninii scripta viderat,

(1) *Lib. 4. cap. 5 histor. M. S Florent. Pand. & lib. 1. cap. 11. § cæterum & seqq.*
(2) *Epist. ad Acad. Etrusc. cap. 4 num. 5. & seqq. & cap. 6. num. 4. & 5. & cap. 7. num. 3.*
(3) *Inter judicia de Pand. Flor. num. 6.*
(4) *Lib. 2. cap. 4.*

nec Brencmanni librum videre potuerat, annales Pisanorum, quos Taurellius laudaverat, eos esse putavit, quos Ughellius sæculo proximo publicaverat, cumque Amalphitanæ inventionis indicium in eis nullum invenisset, Taurellium falsi fere damnavit, fidem certe ei omnem ademit. Brencmannus particulam illorum annalium, quæ inter scripta Bologninii erat, severo judicio persequutus, rationi ten porum quædam minime convenientia in illis deprehendisse, sibi visus est (1). Grandius vero, & Astensis, & Brencmanni simul, diversissima licet, de illis annalibus judicia complexus est, & quas illi tulerant sententias diversissimas acerbe produxit (2); pessime tractavit Taurellium, ac Bologninium, quod annales, qui nunquam fuerint, laudavissent, & Philippum Griphium Bologninio, Plotium vero Taurellio imposuisse sæpe affirmavit.

II Nos primum annales illos extitisse monstravimus Taurellii verbis illis *ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium Grypbium eorum Civem accepimus* (3). Scilicet gravissimum, ac sapientissimum Senatorem, qui suum Principem loquebatur, eumdemque sagacissimum, mentiri noluisse, existimavimus, mendacium, quod statim fuerit detegendum, ac Princeps ipse, qui Pisis magna anni parte morabatur, aut alius quilibet visere, inquirere voluisset annales illos. Neque enim, si nulli fuis-

(1) *Dissert. de Amalp. 2. num. 26. & 27.*

(2) *Epist. ad Averan. in not. num. 24. pag. 75. Vindic. pag. 56. Nuov. disam. part. 3. cap. 4.*

(3) *Epist. ad Acad. Etrusc. cap. 4. num. 5. & cap. 6. num. 4.*

Digitized by Google

fuissent annales illi, rejicere Taurellius in Plotium mendacium potuisset, cum non ex Plotio se *accepisse*, *sed ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium* scripsisset. Nulla afferatur loquendi formula ista de eo, qui non viderit, quod apud aliquem se ex libro accepisse affirmaverit, aliud est enim omne ex aliquo accipere, aliud ex eo quod sit apud aliquem. Risus vero ille tuus, Guido, ridiculum te magnopere præbet *quasi che non si sapesse, che il più delle volte* accepi *significa appunto non altro, che ho sentito dire, o pure mi è stato riferito, e non giammai ho veduto con gli occhi proprj. Basta a chiarirvene il Calepino nel verbo* accipio, *ove dice multi & varii usus est hoc verbum; interdum est audire, interdum sentire, interdum cognoscere, interdum concipere, interdum tractare, e ne apporta gli esempli di Cicerone, di Terenzio, di Virgilio, ma non veggo, che insegni potersi usurpare ancora per leggere cogli occhi propri. Converrà pertanto avvisare il Sig. Facciolati, che dovendosi ristampare il suo compitissimo lessico abbia la bontà di aggiungervi questo nuovo significato di esso verbo accipio, oltre i tanti altri da lui ritrovati di nuovo* (1). Te certe riserit doctissimus Facciolatus ignorantem *accipiendi* verbum generale esse, & de auribus æque ac de oculis usurpatum a Scriptoribus probatissimis; neque ille sibi laudem sumpserit, quam latinæ linguæ thesaurum qui primus edidit, posteritati præripuit. Ciceronis ibi hæc verba legisses, Guido, si non vulgaribus libris contentus esses *sit boni oratoris multa oculis, multa auribus accepisse* (2) illaque alia

(1) *Nuova disam. part.* 3 *cap.* 4. *num.* 3.
(2) *lib.* 1. *de Orator.*

alia (1) *non mehercule criminis augendi causa dicam, judices, sed quem accepi ipse oculis animoque*. Quamobrem ex adjunctis est illius verbi significatio capienda; Quis autem non videt *ex annalibus accipere* non aliter quam oculis Taurellium potuisse? Plotium Gryphium Taurellius commemoravit, quemadmodum commemorare illi solent qui libros ineditos, aliave inedita monumenta citant, Bibliotecas Regiam, Windobonensem, Vaticanam, Laurentianam, Archiva Monasteriorum, quæ quod citatur, contineant. Accurate consuevit citare Taurellius, nam & Grancium laudans, cujus eo nondum tempore editum poema erat, locum pariter, ubi illud legerat, indicavit, arcanam Principis bibliothecam, *quod opus inter cubiculares tuos Libellos aliquando vidimus*. Nisi providentia Dei singulari factum fuisset, ut Grancii opus servaretur, & ederetur, tu, Guido, hoc pariter unquam fuisse negares, quemadmodum Gryphianum Chronicon fuisse negas. Nos qui de Grancio vera a Taurellio scripta esse videmus, vera pariter de Gryphiano Chronico scripsisse illum existimamus. Illud etiam animadversione dignum esse, monuimus (2), Taurellium affirmavisse, quod ex annalibus hauriebat, qui quod non videbat diploma Lotharii, sed a Plotio audiebat, id se duntaxat audivisse narravit, assensum cohibens, & abstinens a sententiâ ferendâ; Inde vero habendum esse, censuimus aliter Amalphitanam inventionem, aliter Diploma Lo-

(1) *Act. 5. in Verrem.*

(2) *Epistol. ad Academ. Etrusc. c. 4. num. 5. in fin.*

Lotharii Taurellio innotuisse : adeoque annales Taurellio visos, auditum duntaxat fuisse diploma. Bologninium Brencmannus a Philippo Gryphio deceptum fuisse, non scripsit, dum ejus verba, & annalium Pisanorum proferret; scripsit vero imparem fuisse illum emendandis Pandectis vulgaribus, illisque cum Florentinis conferendis (1), quod & latinæ linguæ reconditiora, & Græcas literas ignoraverit *quid autem sit habendum de promissa tanto hiatu Bolognini opera, non solum ostendit incondita, & puerilis simplicitas cum barbarie copulata, quæ in stilo ejus eminet, verum etiam hebes, & crassum judicium in laudata admonitione de Orthographia: cæterum Græca quantum ex Augustini verbis colligo, non ipsemet descripsit, verum describenda curavit*. Esto Bologninius ei operi impar quantum Brencmanno libeat, & Grandio. Hæc hoc loco peritia non quæritur, qua Jurisconsulti plurimi caruerunt usque ad Alciatum (2); illa quæritur, qua Notarii descriptio cognosceretur, & ad juris regulas exigeretur; Notario enim Philippus Gryphius describendam mandavit annalium Pisanorum particulam, descriptamque misit Bologninio. Grandius ne illam quidem Bologninio peritiam fuisse vult, quod desit descriptioni dies, & locus *avendo il Notajo poco pratico del suo mestiero tralasciato di notarvi il luogo, e il tempo dell' atto, non avrebbe forza, o vigore, alcuno mancandovi una sollennità essenziale delli strumenti; Ed ha ben usato della sua semplicità il Bolognini nel credere di essersi assicurato del-*

(1) *Histor. MS. Florent. lib. 4. cap. 2.*
(2) *Struvius historia jur. c. 5. §. 14.*

della verità di quella Storiella, in forma probante, quando per se stessa quella scrittura del Notaro è imperfetta, ed informe (1). Monachus ad ingenium, Bologninus ille judex Florentinorum, advocatus consistorialis, legatus Pontificis ignorabat, quod rabulæ omnes, & Leguleji minime ignorant. Jam & Notarius imperitus est Monacho nostro, qui quod aliquâ Geometriæ scientiâ se armatum sentiat, more Geometrarum sese universum genus humanum contemnere, omniaque alios docere posse, arbitratur. Alia est Ictis instrumentorum publicorum forma, alia descriptionum. His diem adhibendum nemo præcipit, idque nos in epistolâ ad Academicos Etruscos te, mi Guido, docueramus (2). Tu instrumenta publica confundis cum descriptionibus meris, eâq; confusione imperitiam tuam profers dum alios imperitiæ reprehendis. Locum vero desciptioni deesse, qua fronte affirmas, qui videris ipsius scripta Bologninii? *Noverint universi & singuli præsentem paginam visuri, lecturi audituri quemadmodum apparet in libro Chronicorum Pisanæ Civitatis existente in domo magnifici viri Philippi &c.* Non aliter in descriptionibus locum adjectum deprehendas, Guido, quotquot judiciorum acta revolueris.

III Brencmanus, qui præsens inspexerat Bologninii scripta, tradiderat, ibi de Chronico illo Pisano legi *quod habent Curati in publica & authentica formâ*: Brencmanni ego fidem secutus, objicienti cuidam, vix esse verisimile librum historicum a Parochis Pisanis *in publica & authentica, formâ* ser-

(1) *Nuova disam. part. 3. cap. 4. num. 5.*
(2) *cap. 2. num. 5.*

servatum esse, respondi, non esse nostri sæculi moribus sæculorum ante actorum mores omnes metiendos; & antiquis temporibus Sacerdotes servare consuevisse patrias historias, testibus Diodoro Siculo (1), Eusebio sæpe, Josepho (2), Cicerone (3), Livio (4), aliis quamplurimis, quem secuti morem sunt illi qui, quæ medii ævi dicitur, historiam & scripserunt, & servaverunt, quamque ideo Bynkerskoekius in Auctor. Authentic. Monasterientem appellat. Exultat hoc loco Grandius, quod Monasteriorum suorum impensis huc illuc sæpe discurrens Bononiam ire potuerit, & verba Bologninii describere quæ Brencmannus male descripserit *quam habere curavi in publica & authenticâ formâ* substituens Brencmannianis illis *quam habent curati &c.* Ego vero & gratias habendas Grandio esse, arbitror, qui errorem Brencmanni detexerit, & verbera illa libens excipio, quæ Brencmanno justius debebantur.

IV Sigonius visam sibi fuisse particulam illam annalium Pisanorum, quam sibi Bologninius curaverat, describendam, confessus est dum monumenta recenseret, quibus Italicam historiam coagmentaverat *Fragmentum Chronici cujusdam de bello Pisanorum ad Amalphiam tempore Lotharii Imperatoris repertum in Bibliotheca Fratrum Prædicatorum Bononiæ inter libros relictos a Bolognino Bononiensi Jurisconsulto quondam Florentiæ Prætore*. Probatam vero a Sigonio illam fuisse indicat cum dies

Ddd ille

---

(1) *Lib. 1. cap.44.*
(2) *Lib.1. contra Apionem.*
(3) *Lib.2. de Orat.*
(4) *Lib.6.*

Digitized by Google

ille Augusti IV quo Amalphiam direptam fuisse, narrat, tum triremium numerus, quem Sigonii tempore nullus editus liber tradiderat. *Pisani vero quadraginta sex triremes omnibus rebus instructas eisdem littoribus admoventes omnem oram maritimam infestam habuerunt. Pridie nonas Augusti cum Amalphiam adorti essent urbem primo impetu expugnaverunt* (1). Quare miratus Brencmannus (2), qua ratione diem hunc protulerit Sigonius, non videtur ad illam Chronici Pisani particulam, quam Sigonius videre potuerit, respexisse. Fateor, triremium numerum ex illis Pisanis Chronicis haurire Sigonium potuisse quæ Ughellius postea vulgavit, sed ille cum referret monumenta historiæ suæ Chronica ipsa Ughelliana non commemoravit, & nihil se Pisanum aliud habuisse, fatetur, quàm Bologninii fragmentum (3). Iniquissimus in me est Monachus albus, quod numerum triremium Sigonio innotescere aliunde potuisse, negaverim, quàm ex illo fragmento (4); & ut me erroris accuset falsus ipse est in verbis meis describendis, cum enim ego de eo numero scripserim *benche si legge ora altrove, che in quel frammento*, ille a me ita esse scriptum impudenter affirmat *che non si legge ora altrove*. Est liber ille meus duobus jam annis in hominum manibus; Rei ego publicæ mendacissimum hominem puniendum relinquo, illum indicasse contentus.

V Exti-

---

(1) *De Regn. Ital. lib.* 11.
(2) *Differt. alt. de Amalph. cap.* 24.
(3) *Verb. Pisis.*
(4) *Nuova difam. part.* 3. *cap.* 5. *num.* 11.

V Extitisse itaque Gryphianum Chronicon, quod Taurellius viderit, Bologninius describendum curaverit, exploratissimum est. Quæ Brencmannus, quæ Grandius in eo reprehendit rationi temporum & rerum gestarum adversantia tractavimus & copiose confutavimus, incensam a Pisanis Amalphiam quod neque Thelesinus, neque Falco tradiderit (1); confusa duo Pisanorum ad Amalphiam prœlia (2); Concilium Romæ habitum anno MCXXXIV (3); uno die parari classem Pisanam, & Amalphiæ appellere potuisse (4); alteró die Amalphiá Tranium pervenire potuisse Pisanos (5). Omnia illa satis constare monstravimus, cum unam notam numericam in fragmento Gryphiano emendaverimus, & pro 1136. in eo legatur 1134 (6), quod in veteribus monumentis ab eruditis hominibus sæpissime factum est. Inde enim istud conficietur: Concilium Romæ habuit cum Lothario Innocentius, cui & Cardinales & Episcopi adfuerunt teste Lothario ipso (7), & Innocentio (8) anno Pisano MCXXXIV, eique

Ddd 2 con-

---

(1) *Epist. ad Academ. Etrusc. cap. 5. num. 2.*

(2) *D. cap. 5. num. 3.*

(3) *D. cap. 5. num. 3. & cap. 6. num. 9.*

(4) *Cap. 6 num. 1.*

(5) *D. cap. 6. num. 2.*

(6) *Cap. 5. num. 5.*

(7) *Ducherius Spicileg. edit. Paris. ultimæ tom. 3. pag. 485.*

(8) *Goldast. Const. Imper. tom. 2. pag. 49. Decretali epistolâ ad Adalberonem Archiepisc. Hammaburgensem.*

Digitized by Google

conventui Concilii appellatio convenit, sive Regius esset ille, sive Pontificius (1), Concilio enim utroque digna res erat, quæ tractabatur, damnatio Anacleti, Lotharii coronatio (2); Dies quatuor, quot ei conventui a Chronistâ Gryphiano tribuuntur, utrique operi suffecerunt (3); Potuere Pisani anno MCXXXV, qui a Chronista nostro præteritus est, exequi bellum anno MCXXXIV decretum; cumque eo Pandectæ captæ essent, Chronici particulâ, quæ ad primum illud bellum pertinebat, contentus fuit Bologninins, reliqua misit; adeoque non sunt in eâ particulâ confusa duo bella, quæ a Pisanis adversus Rogerium gesta sunt (4); Tranium vero, quod postridie Amalphiâ direptâ Pisani aggressi dicuntur a Chronista Gryphiano, non Tranium Appulum est, sed Atranum, quod prope Amalphiam est, unamque facit cum Amalphiâ Civitatem (5); Incensam a Pisanis Amalphiam, & Thelesinus scripsisse videtur (6). Denique scindenda est oratio Chronici illa *e per comandamento di esso Sommo Pontefice Innocenzio II li Pisani pridie nonas Augusti armarono quarantasei galee, e furono alla Costa di Malfi* ita ut adjectus ille instruendæ classi dies non navigationi, non adventui videatur, quod hujusmodi Chronicorum exemplis plu-

(1) *Epist. ad Academ. Etrusc. cap. 5. num. 3. & cap. 6. capt. num. 1.*

(2) *D. l. cap. 5 num. 3.*

(3) *D. l. cap. 6. num. 9. & 10.*

(4) *Ibid. num. 11.*

(5) *Ibid. num. 2.*

(6) *D. epist. cap. 5. num. 4.*

Digitized by Google

plurimis confirmavimus (1) . Atque ita Brencmanni suspiciones (2) confutatæ sunt , & Grandii deliria (3) , quibus ille in Faventino libro tria addidit , quæ mox declarabimus .

VI Augendæ fidei gratiâ iis , quæ afferebamus de celeritate Pisanorum, projecimus, haud ita remotam a portu Pisano Amalphiam esse , ut unius diei navigatione eó pervenire Pisanorum classis non potuerit , Catonis in Senatu ficus recentes , qui Carthagine delati essent , & oræ huic nostræ Massiliensium navigiorum appulsus , quæ pridie solverint , & Romanæ appulsus illos Africanorum navigiorum , quos Plinius de lini laudibus profert (4) . Plinii Grandius attulit verba *herbam esse , quæ Gades ad Herculis Columnas septimo die Hostiam afferat , & citeriorem Hispaniam quarto , Provinciam Narbonensem tertio , Africam altero* , indeque me reprehendit *il che è quanto se dicesse secundo , e non come da noi s' interpreta unico* (5) . At ego Plinii non verba , sed sententiam duntaxat attuleram (6) *si ricordi il P. Grandi del proemio del decimonono libro di Plinio , ove in un giorno narra , che ad Ostia dall' Africa si arriva* . Hanc é Plinio sen-

ten-

(1) *Epist. ad Academ. c. 6. num. 1.*

(2) *Diss. alt. de Amalph. c. 26.*

(3) *Epist. ad Averan art. 14. & 15. & not. 24. pag. 43 Vindic. pag 30. Nuova disamin. part. 4. cap. 4. num. 5. & seqq. cap. 3. num. 2. 3. 5. part. 3. cap. 6. num 7 8 9. 10. & seqq.*

(4) *Lib. 19.*

(5) *Nuov. disam. part. 4. cap 3. num. 6.*

(6) *Difes. second. lib. 2. cap. 6.*

tentiam duci potuisse, ejusdem verba monstrant, si non, quod tu, Guido, fecisti, decidantur *Africam altero, quod etiam mollissimo flatu contigit C. Flavio legato Vibii Crispi Proconsulis*; Mollissimus ille flatus, quo secundo die Flavius Romanæ oræ potuit appellere, si intendatur brevius duobus diebus tempus faciet illius navigationis. Præterea, etsì cedam, Guido, *alterum* pro secundo accipi, nego hoc esse perpetuum; Chronologorum Principem audi Antonium Pagium (1), qui verba illa Suetonii Titi mortem narrantis *altero & quadragesimo ætatis anno* interpretatus unum & quadragesimum annum, addit, *nam licet vox alter a Suetonio usurpata numeralibus juncta sæpius secundum significet, aliquando tamen pro primo usurpatur*. Sed hæc minime necessaria sunt, cum jam constituerimus, diem illum Augusti quartum non navigationi, non adventui fuisse adjectum, sed classis instructioni.

VII Erat pariter minime necessarium, quod augendæ pariter fidei Chronico nostro causâ diximus, probatum illud a Sigonio fuisse, qui diem illum quartum Amalphitanæ direptioni tribuit, non alio fultus vetere monumento, quam hoc nostro Gryphiano. Sed noluit hoc sine morsu mittere Grandius *nel che ha il Sigonio preso sbaglio dietro l'infida scorta da lui seguitata, essendo veramente stata investita Amalfi il dì 12. d'Agosto; imperocche nelle antiche Croniche Pisane abbiamo, che tre giorni dopo la presa d'Amalfi ebbero i Pisani la rotta dall'esercito di Ruggiero, e che*

(1) *Baronii ann.* 81. *num.* 2.

e che dopo ventitre altri giorni avendo devastata l' Isola d' Ischia ritornarono a Pisa il giorno della Madonna di Settembre (1). Verum hic pariter Judex iste historiarum nobis imponere conatus est, nullo certo argumento severissimi judicij prolato. Verba Chronicorum Pisanorum, quæ laudat, hæc sunt *post dies autem viginti tres devastata Ischia majori Pisani sexto idus Septembris Pisas reversi sunt*, adeoque ea sunt, quæ certam nullam temporis mensuram exhibeant. Unum habemus id certum, viginti tres dies postquam a Rogerio victi fuerant, Insulam illam vastasse Pisanos, adeoque ab Amalphiâ direptâ viginti sex; nihil prætérea certi aliud, quantum ad demonstrandum attinet diem Amalphitanæ direptionis. Tu, Guido, tempus nobis offers continuum viginti sex dierum, quod Chronista putaverit, ut octavùm Septembris diem cum die conjungas Amalphitanæ direptionis, unis viginti sex diebus continuis interiectis. At ille diem tertium & vicésimum adjecit Insulæ populationi, non reditui, octavum vero Septembris réditui; Quantum temporis intermiserit, an aliquod in medio reliquerit ignoramus; Licebitque affirmare Sigonio, Amalphiam quarto Augusti die fuisse direptam, septimo victos a Rogerio Pisanos, trigesimo Insulam populatos, octavo denique Septembris Pisas reversos, quemadmodum tu constituere te posse existimas, Amalphiam direptam fuisse die Augusti duodecimo, victos Pisanos decimo quinto, octavo vero Septembris Pisas reversos, existimans, viginti tres illos dies non

In.

(1) *Nuov.disamin.part.*3.*cap.*6. *num.*12.

Insulæ vastatiôni adjectos, sed ut caperent totum illud tempus quod inter victos a Rogerio Pisanos eosdemque Pisas reversos intercedit. Sed hæc, ut diximus πάρεργα sunt.

VIII Enumerat ergo Guido in libro Faventino (1) octo errata Chronistæ Gryphiani *il primo circa il tempo del 1136. in cui non fu fatto verum Concilio*, jam diximus unam illam esse in hoc fragmento, quam sæpissime emendari in probatissimis quibusque monumentis consuevisse docuimus, emendandam notam numeri ultimi ita, ut 1134. legatur. II *il secondo circa il luogo non essendo fatto in Roma prima della guerra d' Amalfi Concilio alcuno*; Concilium Romæ habitum anno Pisano MCXXXIV late protulimus. III *il terzo circa il principio che non fu il dì terzo di Giugno ma tertio Kal. Jun. se si crede all antiche Croniche Pisane, stampate dall' Ughelli*; sed Chronica ista de Pisano Concilio agunt, non de Romano; Romanum illud nostrum diem quartum Junii capit, quo est Lothario corôna imposita Imperialis, & alia quæ Romæ ab Innocentio & Lothario gesta sunt, in primos illos Junii dies magna ex parte inciderunt, teste Pagio (2), aliisque, adeoque in tempus, quod cum tempore conveniat designato a Chronista Gryphiano. IV *il quarto circa il fine*

(1) *Nuova difam. part. 4. cap. 3. num. 5. & seqq. & cap. 4. per tot.*

(2) *Ad eum ann. n. 1. Chron Hildensheimens. ann. 1133. Baron. ad eum annum. Annalist. Saxo ad eum annum. apud Leibnit. Pag Jun. in Vit. Innoc. II num. 36. 37. 38.*

Digitized by Google

fine di esso Concilio, che non potè essere il dì 6. di Giugno, se si ha da credere ad un monumento Pisano, in cui XIV Kal. Augusti si registra lo stanziamento delle spese decretate dal Pubblico di Pisa agli Ambasciadori Cesarei in quel Concilio; hoc quoque ad Concilium Pisanum pertinet, non ad Romanum. V *il quinto farfallone è in quelle parole della Chronica i Pisani pridie Non. Aug. armarono 46. Galee, furono alla Costa di Amalfi, e quello dì per forza lo presono*; jam vidimus illum diem classi instruendæ adjectum, & verba *quello dì* referenda esse ad adventus diem (1). VI *il sesto farfallone consiste nel dire, che nella presa di Amalfi i Pisani s'impossessassero ancora di sette galee, e doe nave equivocando l autore dall' impresa di Costantinopoli* (2) jam diximus *septe galee, e doe nave* non fuisse a Pisanis captas, sed partem fuisse Pisanæ classis, quæ Neapoli solvit, ut Amalphiam invaderet *e quello dì per forzia la presono cum septe galee, e doe nave* sunt verba Chronici, illud *cum* instrumentum indicat Pisanorum Amalphiam invadentium (3) non capta. VII *il settimo farfallone è, che i Pisani bruforno la Città d'Amalfi, quando costa, che unicamente la saccheggiarono*, & Thelesinum vidimus factum ita narrantem, ut incendium etiam comprehendere verbis videatur, quibus est usus (4). VIII *l'ottavo farfallone è la presa di Trani di Puglia* (5); docuimus, Atranum

Eee ibi

---

(1) *Epist. ad Acad. Etrusc. cap. 6. num. 1.*
(2) *Nuova disam. part 4. cap. 4. num. 2.*
(3) *Epist. ad Acad. Etrusc. cap. 4. num. 7.*
(4) *D. epist. cap. 5. num. 4.*
(5) *Nuov. disam. part. 4. cap. 4. num. 5.*

ibi designari, quod Oppidum est Amalphiæ fere contiguum, non Tranium Appulum (1). His accedit delirium illud, quo Monachus illi Chronico tribuit annum MDVII, quasi tunc fuerit conscriptum, quum ad Bologninium missa ejusdem Chronici illa particula *expressior ergo vulgaris opinionis traditio ab anno circiter* 1507. *scilicet post annum* 370. *post Amalphitanam expeditionem annis incipit in historiâ illâ Gryphianâ, quam semel Bologninio obtrusam omnes amplexi sunt* (2). Taurellius, qui præsens inspexerat annales illos, antiquiores eos esse Grancii carmine, existimavit *atque id ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium Gryphium accepimus. Quibus Raphael Volaterranus adstipulatur, & illo multo antiquior Rainerius Grancius*. Adeoque exagerata illa fragmenti Gryphiani errata nulla sunt. Supereſt confutandum, quod objecit Monachus ex Bernardo, qui Lotharium ignorasse scribit, quæ Pisani bello primo circa littora Campaniæ gesserunt, unde confici existimat, in Concilio illo Romano, cui Lotharius adfuit, actum non fuisse de bello adversus Rogerium gerendo, & minus vere scriptum in fragmento Gryphiano fuisse *incominciò la Guerra contro il Re Roziero de Cicilia, per la qual cosa de l' anno* 1136. *e 'l terzio dì de Zugno se fece Concilio in Roma*.

Lo-

(1) *Epist. ad Acad. Etrusc. cap. 6. num. 2.*
(2) *Vindic. pag. 30.*

Digitized by Google

Lotharium egisse Romæ de Bello Siculo anno P. MCXXXIV.

CAP. V.

AIt itaque Grandius (1): *Si Lothario nescien- te, ut ex epistola S. Bernardi probavi, Pi- sani primam expeditionem Amalphitanam susce- pere, quomodo quis contendere possit, eam expedi- tionem a conventu Lotharii cum Pontifice conclu- sam, & Pisanis injunctam fuisse? Nam de Con- cilio historia illa loquitur in ordine ad Amalphita- nam expeditionem Pontifici jussu susceptam.* Re- petit eadem in libro Faventino (2) *riferendo quel Concilio in ordine alla determinazione de' Pisani di portarsi a guerreggiare contro Ruggieri Re della Sicilia mostra di credere, che nel Concilio medesi- mo fosse dal Papa risoluto di comandare a i Pisani quella spedizione, di cui secondo l' epistola di S.Ber- nardo addotta epist. de* Pand. pag. 78. *l' Imperadore Lotario non ne sapeva buccicata, non essendo nè meno giunto forse alle orecchie di lui il successo di quell'impresa sed vos fortassis adhuc ista nesciebatis;* Bernardi vero epistola, qua Lotharium belli illius Siculi, quod Pisani gerebant, ignarum fuisse, Grandius argumentatur, illa est, qua Pisanos Lo- thario commendat, eumque compescere conatur Pisanis iratum ob Engelbertum, quem Innocentius in Pisano Concilio Etruriæ Marchionem dixerat ***quam dignum, quam plenum ratione, & justitiâ*** *fue-*

Eee 2

(1) *Ib. pag.* 31.
(2) *Nuova disam. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 10.

fuerat, ut fidelium terra interim saltem, dum hæc agitarent, ab omni hoste secura consisteret, tum pro præsentia summi Pontificis, quem jamdudum exulem Pisani apud se cum summo honore servabant, & servant, cum pro servitio Imperatoris, pro quo & ipsi tunc temporis exulabant? Factum est autem per contrarium, ut gratiam qui offenderunt, & qui servierunt, iram mererentur; sed vos fortassis adhuc ista nesciebatis: Oportet ergo nunc quando res est nota vobis, mutare vos & verbum, & animum &c. (1). Hanc Astensis Grandio epistolam indicavit (2).

Il Oratoris hoc loco Bernardus munere fungebatur, qui Lotharium ad misericordiam commovere conabatur; honesto, & misericordi mendacio uti illi licuit. Hoc Cicero permittit (3), hoc Gellius (4), hoc, ut de Ecclesiæ Patre Patrem Ecclesiæ afferam, noster Hieronymus (5) iis, qui mendacio pietatem, clementiam, aliamque virtutem sint excitaturi. Et vero ea inseruit epistolæ illi suæ Bernardus, quæ veritatis terminos excedebant *nonne hi sunt, qui in uno impetu suo Amalphiam, & Ravellum, & Scalam, atque Atturinam Civitates utique opulentissimas, & munitissimas, omnibusque, qui ante hac tentaverunt usque ad hoc tempus, ut ajunt, inexpugnabiles*; paullo enim ante illud tempus Ravellum Ro-

(1) *Epist.* 140.
(2) *Lib.* 2. *cap.* 4 *pag.* 74. 75. 92.
(3) *Cic. in Orat. pro Ligar. num.* 9. *& de Orator. lib.* 2 *num.* 17. *num.* 133. *& passim.*
(4) *Noct. Attic. lib.* 1. *cap.* 6.
(5) *In Apolog. advers. Jovin.*

Digitized by Google

Rogerius expugnaverat, armisque Amalphiam receperat (1). Iratus dicitur Pisanis Lotharius ob exceptum, defensumque Engelbertum, quem Etruriæ Marchionem Innocentius Pontifex cum Concilio constituerat; Sciebat itaque Lotharius, Pisis fuisse Innocentium. Sciebat habitum ibi Concilium; Bernardus tamen iis, quæ Lotharius ignorabat, illud addit, Innocentium Pisis fuisse *tum pro præsentiâ Summi Pontificis, quem jamdudum exulem Pisani apud se cum summo honore servabant, & servant.* Meminerit Grandius ejus, quod sibi a nobis tribui petiit, cum falsum dixerit, ob verbum *fortasse*, quod usurpaverat; Bernardus enim pariter *fortasse nesciebatis* scripsit, quod qui scripserit, non esse eum reprehendendum falli, Grandius postulavit (2).

III Sed temporum gradibus transigenda res ista est. Potuit Lotharius ea ignorare, quæ Pisani in Campaniâ gesserint, etsi bellum ibi a Pisanis gerendum minime ignoraverit. Anno MCXXXII priusquam Romæ esset Lotharius, Anacletum ibi Rogerii milites defendebant *eodem anno* ita ad eum annum Falco scribit *Rex Rogerius prædictum Principem, & Comitem Rainulphum cum ducentis militibus ad auxilium prædicti Anacleti Romam delegavit.* Idem Falco docet, Robertum Principem, Comitemque Rainulphum a Lothario dum Romæ is esset, auxilium petiisse, quo a Rogerii tyrannide liberarentur anno MCXXXIII *audiens Robertus Princeps* Ca-

(1) *Falco Benevent. ad ann.* 1130. *Thelesin. de gest. Rog. lib.* 2. *cap.* 10. & 11. *Romuald. Salern. in Chr. ad ann.* 1129.

(2) *Vindic. pag.* 6.

Digitized by Google

Capuanus, & *Rainulphus Comes Apostolici Innocentii*, & *Imperatoris Lotharii adventum longe, lateque desideratum, trecentum fere militum catervâ stipati simul cum Domino Gerardo Cardinali Romam festinaverunt, lacrymis orantes, ut Civitatem Beneventanam a Comite Rogerio Siculo oppressam liberarent, & eam libertati redderent longe, lateque desideratæ* (1), quod impetrare minime potuerunt, cum Lothario duo militum millia duntaxat essent *Princeps itaque & Comes non sicut voluerunt Romam euntes, ab Imperatore consecuti sunt*. Eadem tradit Alexander Thelesinus (2) *dumque factam ad invicem jurejurando firmassent conspirationem*, Comes Rainulphus *audivit, Regem Teutonicum Lotharium nomine Romam advenisse; deinde cum Principe Roberto inito consilio ambo pariter summa cum festinatione eum adiere, auxilium ab eo adversus Regem Rogerium expetituri, qui licet ab ipso honorifice suscepti essent, adjutorium tamen ipsius uti speraverant contra Regem Rogerium nequaquam obtinere potuerunt* (3). Ottho Frisingensis & Rogerium Siculum, narrat, Anacleto favisse antequam Lotharius veniret, & Lotharium Innocentio sese fauturum multó ante Lotharii adventum, Leodii spopondisse *Schisma in Ecclesia Dei oritur: Innocentio canonice electo, sed Petro Petri Leonis filio, violentiâ amicorum suorum, qui fortissimi in Urbe erant, favente sibi Rogerio Siculo intruso = Apud Leodium Innocentius Synodum Episco*

---

(1) *In Chron. ad ann.* 1133.
(2) *Lib.* 2. *cap.* 36.
(3) *Chron. lib.* 2. *cap.* 18.

Digitized by Google

scoporum convocans, *Regem Lotharium ad defensionem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ invitavit. Qui nihil cunctatus, exposito tamen prius modeste, in quantum Regnum amore Ecclesiarum attenuatum, investituram earum quanto sibi dispendio remiserit, auxilium Romanæ Ecclesiæ promittit*. Erat itaque, cum Lotharius Romæ esset anno MCXXXIII, dissidium inter Innocentium, cui Lotharius favebat; & Anacletum, cui favebat Rogerius; Cum Innocentio, & Lothario Pisani erant, quorum classis in orâ Romanâ illis Principibus militabat, ut ex antiquis Actis Baronius (1) in Innocentii vitâ Pagius junior docuerunt (2), Cardinalis Aragonius (3), Blondus (4), Sigonius (5), & antiquissimus horum Caffarus in annalibus Januensibus (6). Jungit Innocentio Lotharium, Anacleto Rogerium semper Arnulphus Episcopus Lexoviorum (7), jungit Bernardus (8). Ignoramus diem, quo Lotharius Româ discesserit; Sed cum sexto Idus Junii Romæ esset adhuc ille, cui Innocentius Mathildæ allodium eo die Romæ donavit (9); cum Chronista Hildensheimensis, & An-

(1) *Ad ann. Ch. 1133. num. 1.*
(2) *Num. 36. tom. 2. Vit. Summ. Pontif.*
(3) *In vit. Innoc. II*
(4) *Decad. 2. lib. 5.*
(5) *Lib. 11 de Regno Ital.*
(6) *Lib. 1.*
(7) *In tract. de hoc Schismat. cap. 6. 7. 8.*
(8) *Epist. 130. 139. 140.*
(9) *Ad ann. 1133. § eodem anno in fin. & §. dum hæc & alia quæ scripta sunt.*

Digitized by Google

& Annalista Saxo tradiderint Lotharium non ante Septembrem Germaniæ fines attigisse, plusquam verisimile est, in Italia novisse Lotharium quæ inter Pisanos, Januenses, & Innocentium pacta sunt, jam enim Septembri mense pacta inita erant *prænominatus Pontifex Innocentius, & Robertus Capuanus Princeps salutis accepto consilio mense Septembri mediante navem ingrediuntur, & ventis secundis Pisas transfretavere* inquit Falco, cum narrasset Robertum primum VIII Kal Julii Pisis fuisse ob eam causam, cumque narraturus illa esset, quæ pacta interim fuerant, & ad illa firmanda Innocentium Rom â Pisas a Roberto fuisse deductum *fuerat præfatus Princeps ad Civitatem Pisanam, & cum Consulibus, & sapientibus Viris abunde tractavit ut auxilium navalis exercitus ei largirentur qui tamen sine populo Januensi hoc prom*[illegible] *noluerunt; Tamdem definito consilio Sacramentis intervenientibus pactum stabilivere ideoque Princeps Romam revertitur, & omnia, quæ cum Pisano, & Januensi Populo tractavit Papæ Innocentio patefecit, sicque cum eodem Pontifice ad pactum illud firmandum Pisas festinavere*. His accedit, Robertum, qui huc illucque auxilia quæsitum ea æstate discurrebat, & Innocentium de illis cum Lothario simul egisse *prænominatus Pontifex Innocentius, & Robertus Capuanus Princeps mense Septembri mediante navem ingrediuntur, & ventis secundis Pisas transfretavere, nam sicut accepimus exercitus navium, & armatorum virorum, & Imperatoris Lotharii virtutem quærentes, cordi proposuere &c* sunt verba Falconis.

IV Quis itaque credat, Lotharium cum Pisanis, cum Innocentio, cum Proceribus Neapolitanis Romæ

mæ non egisse de eo bello, quod Procerés Neapolitani paulló post cum Pisanis adversus Rogerium gesserunt? Amici illi omnes, & socii erant, cum & Pisani, & Lotharius opem sese Innocentio laturos esse, pridem spopondissent. Amicus erat, & socius Anacleto Rogerius. Duæ illæ partes erant, inter quas erat bellum gerendum, quod Rogerius anno jam superiore inchoaverat, quodque statim exarsit, ac Lotharius in Germaniam pervenit. Auxilium ab ipso Lothario ad illud bellum Procerés Neapolitani Romæ petierant. Auxilium ab eo petiverunt eodem tempore, quo a Pisanis petebant, quo eis est a Republicâ Pisanorum auxilium promissum, quodque non tulit Lotharius ob eam unam caussam, quod duo tantum hominum millia secum haberet (1). Amicus itaque, & socius amicorum, & sociorum facta non debuit ignorare eo tempore, quo scire illa facile potuit, quo certum est, partem illorum factorum illi innotuisse. Aut certe ea a Lothario facta ignorata fuisse, exploratum adeo non est, ut ignorantia illa argumento esse possit, quo falsum dicatur esse Gryphianum Chronicon, quo traditum est, pertinuisse ad bellum Siculum aliquâ ex parte Romanum conventum, cui Neapolitani Proceres, cui Lotharius, cui Pisani, cui Innocentius adfuerunt, quorum pars maxima ab eo tempore bellum Siculum inchoavit, Lotharius ideo non inchoavit, quod imparibus viribus uteretur, Rogerius vero hostis inchoaverat anno superiore. Ipsâ Pisa-

Fff

(1) *Bernard. epist.* 139. *Suger. in vit. Ludov. VI Reg Gall. p.* 319. *Pag. junior in vit. Innoc. II num.* 11. *Falco in Chron. ad ann.* 1133. §. 1.

ſanorum Chronica, quæ Ughellius edidit, & Clariſ-ſimus Muratorius ab eo anno MCXXXIII, qui Piſanus eſt MCXXXIV, initium ejus belli faciunt *anno* 1134. *incœpta eſt lis a Piſanis contra Regem Siciliæ nomine Rogerium inimicum Eccleſiæ Romanæ*. Adeoque commodiſſimum eſt, ut ignorantiam illam, quam Lothario Bernardus affingit poſt narrata Piſanorum plurima in eo bello geſta, non de initiis belli, ſed de iis, quæ bello progrediente facta ſunt, accipiamus; Quintilianus ita interpretantibus adverſus Grandium præit *temporum gradibus defenſor utetur ad detrahendam ei, quod objicitur, fidem* (1). Niſi dicamus ignorantiâ illâ voluiſſe Bernardum mitigare objurgationem liberrimam, qua Lothario ſtultitiam exprobraverat ſe decipi paſſum ab iis, qui Lotharii rebus adverſati, illum contra Piſanos commoverant utiles amicos, fautoreſque Lothario; Graviſſimos Oratores imitatus eſt Bernardus, quos doctiſſimus Averanius, cum Thucididem interpretaretur (2) docuit, aſpera dulcibus miſcere conſueviſſe, & animum mordéntia temperare.

V Liceat hoc loco dicis ſaltem causâ ſuſpiciones proferre, quæ me de eâ dubitare ſæpe coegerunt, quæ cauſſa afferebatur, ob quam anno MCXXXV Piſanis ſubiratus fuerit aliquando Lotharius. Aſtenſis Engélberto tribuit cauſſam illam, quem a Concilio Piſano Etruriæ Marchionem dictum agnoſcerent, tuerenturque Piſani, invito Imperatore, cujus jura cum Concilium, tum Piſani uſurpaſſe vi-

(1) *Inſtit. Orator. lib.* 5. *cap.* 10.
(2) *In Thucid. diſſert.* 56.

Digitized by Google

viderentur (1). Grandius & descripsit, & probavit Astensiana illa (2). Chronicis id Pisanis Ughellianis unis confirmavit Astensis, quorum ad annum Pisanum MCXXXV hæc verba sunt *Tertio Kal. Junii Pisis est celebratum Concilium per Papam Innocentium, & alios Prælatos. In quo Concilio Ingilbertus de Marchiâ Etruriæ investitus est. Qui postea defensus a Pisanis, & a Lucanis ubique offensus, & victus apud Fucecchium in Campo, Pisas cum lacrymis fugiens, a Pisanis vindicatus est*. Anno MCXXXVII Lotharius Henricum Ducém Generum suum jussit Engelbertum defendere, quem Floréntini, Etruriæque alii populi magnis viribus impetiverant, teste Annalista Saxone ad eum annum. Eodém anno Henrico illi Ducatum Etruriæ mandatum a Lothario fuisse, tradit Conradus Urspergensis in Chronico. Engelbertum Carinthiæ Ducem, & Marchionem Forojuliensem fuisse, animadvertit doctissimus Mabillonius (3). Bernardus veró eum Pisanis commendans, scripsit, missum fuisse illum, ut Innocentium tueretur *commendo vobis Marchionem Engelbertum, qui Domino Papæ, & amicis ejus missus est in adjutorium; juvenis fortis, & strenuus, & si non fallor, fidelis; Habetote eum nostris precibus magis commendatum, quia & ego ei vos amplius commendare curavi, monuique, ut vestris potissimum consiliis innitatur* (4). Iratum au-

Fff 2 tem

(1) *Lib. 2. cap. 4. pag. 92.*
(2) *Epistol. ad Aver. de Pand. not. 26. pag. 79.*
e Nuov. disamin. part. 3. cap. 2. num. 5.
(3) *In not. ad Bernardi epist. 130. lit. B.*
(4) *Epist. 130.*

Digitized by Google

tem Lotharium Pisanis dixit esse Bernardus *instinctu*, *& consilio alicujus*; Dixit factum esse, ut qui Lotharium offenderunt, Lotharii mererentur gratiam, ejus vero iram mererentur, qui eumdem adjuverant *Miror cujus instinctu, vel consilio vigilantiæ vestræ subripi potuerit, ut homines digni certe duplici honore, & gratiâ, contraria a vobis audirent. Factum est autem per contrarium, ut qui offenderunt, gratiam, & qui servierunt, iram mererentur.* Si Pontifex, si Pisani injussu Imperatoris Etruriæ Marchionem Engelbertum fecissent, iratum Pisanis Lotharium fuisse, mirari Bernardus non debuisset: Neque enim probabile est, aut Conradum, aut ex ex jureMathildæ Innocentium Etruscum illud imperium Engelberto mandasse; Adversabatur enim (1) omnino Conrado Innocentius; Conradi vires fractæ jam erant (2); jamque Innocentius anno superiore Mathildæ allodium Lothario, Henricoque donaverat (3). Præterea qui Engelbertum Carinthiæ Ducem, & Forojuliensem Marchionem miserit ad Innocentium defendendum anno MCXXXIV præter Lotharium non video. Ergo iram illam Lotharii a Lucensibus, & Florentinis occultâ calliditate, calumniâque excitatam fuisse, crediderim qui Pisanis Etrusci Marchionis amicitiam inviderent, Pisanorum consiliis utentis, quæ Etruscis cæ-

(1) *Bernard. epist.* 131. *Landulfus Junior histor. Mediol. cap.* 39 40. 41. *Ernald. in vit. S. Bernardi lib.* 2. *cap.* 2. *Alberic. in Chron. ad ann.* 1132. *apud Leibnitium*.
(2) *Supra* §. *III*
(3) *Alberic. ad ann.* 1132.

Digitized by Google

ceteris aut obessent, aut displicerent. Video enim Lotharium postquam Bernardum audivit, non Engelbertum modo defendisse, sed & a Florentinis, ac Lucensibus læsi Engelberti pœnas exegisse (1).

Lotharium III *Saxonem auctorem fuisse Feudalis constitutionis, quæ est in lib.* 1. *Feud. tit.* 19.

C A P. VI.

NOn quod necessarium esset, sed quod fidem augeret iis, quæ diximus de Concilio Romano, quod habitum fuerit anno MCXXXIV Pisano, Feudalem constitutionem addidimus, quam Lotharius eo tempore ediderit, quamque conditores librorum Feudalium in eos retulerint *tit.* 19. *lib.* 1. *Addam & leges conditas, qualis est, quæ in primo libro Feudorum legitur capit. decimonono, si Cujacio auscultamus, qui legem illam illi tempori, illique Lothario restituit argumentis fortissimis, quæ restitutionem suaserunt Thomasio, Schiltero, Giannonio, Conringio, aliisque Viris sapientibus* (2). Monachus noster, qui Gratiano detraxit multa liberrime, qui decretum ademit Ivoni totum, qui Lombardum inscriptionibus plurimis privavit, qui turbavit omnem antiquitatem, delicatulus hoc loco est. Religio ei est inscriptionem Feudalis constitutionis emendare, quam Cujacius emendandam esse, arbi-

(1) *Annalista Saxo apud Leibnit. ad ann.* 1137.

(2) *Epistol. ad Academ. Etrusc. cap.* 5. *prope fin.*

arbitratus ita est, ut Lotharius tertius pro primo, & Innocentius Secundus pro Eugenio Pontifice legatur *quod si eximius J. C. Jacobus Cujacius Lotharium* III *hoc loco interpretatur, atque errorem videri asserit in nomine Innocentii, non ideo tamen audet ipse Textum Constitutionis corrumpere; sed illum, prout jacet in omnibus editionibus, intactum exhibet* (1). Quid puerilius dici, quomodo stultius potuit ineptiri? *Cujacius Lotharium tertium hoc loco interpretatur, atque errorem videri asserit in nomine Eugenii*. Ergo Cujacius Lotharium tertium legendum, Innocentiumque esse, putavit, adeoque edita nomina immutavit. Ego Cujacium sequi, ejusdemque emendationem probare me, professus, verba descripsi, quomodo Cujacius emendanda esse existimavit, *At Cujacius intactum exhibet textum constitutionis prout jacet in omnibus editionibus*. Ego pariter si libros Feudales ederem *intactum textum* illum relinquerem; Verum non edidi libros Feudales, particulam extuli, quæ ad hanc rem nostram pertinebat, quomodo efferendam esse, præcepit ille, quem laudavi, Cujacius. Quo itaque tua illa, Guido, *ego hac in re nedum majorem historiæ peritiam, sed & fidem magis sinceram in censore nostro desideraverim* (2)? Mea tibi tunc desideranda fides fuisset, si Cujacius emendanda illa duo esse non existimavisset, si Cujacium sequi emendantem velle me, palam professus non essem. Historiæ peritiam mihi esse negat Monachus ob hanc caussam. Ignosco furenti; eandem & Cujacio esse

(1) *Vindic. pag.* 75.
(2) *Vindic. pag.* 74.

Digitized by Google

esse negavit *neque vero objectus ab eo* Cujacio *scrupulus attendi meretur*; *nec laudatissimo illi jurisperito in re historicâ magis deferendum est, quam Baronio, & Pagio in me re juridicis* (1). At Cujacius hactenus laudem copulatæ cum jurisprudentia historiæ primam, optimam, maximam de omnibus (2) meruit mortalibus, qui ratione post eum usi sunt. Ne famâ contendere unâ videamur,& laudibus, quibus historica Cujacii scientia commendari consuevit; rem cominus inspiciamus.

II Est ea constitutio de successione feudali filiorum, ex filiis nepotum; quin & fratrum, & patruorum *si quis miles mortuus fuerit sine filio masculo, & nepotem reliquerit, in beneficium avi in patris vicem succedit; & si heredem, & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipse succedit; & si filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium avi defuncti succedat*. Successionis feudalis rationem omnem traditam ita habemus in libris feudalibus, ut primum non modo nulla esset succèsio feudalis, sed & possent Domini feudum quandocumque vellent ab eo repetere, cui primum dederint;annuum postea constitutum sit feudi habendi tempus; vita deinde feudatarii; quarto sit feudatarii filius admissus, non quicunque, sed is, cui Dominus gratificari voluerit; quinto filii omnes æqualiter admissi sint; sexto Conradus Salicus feu-

(1) *Ibid. pag.* 75.

(2) *Struv hist. jur. cap.* 5 §. 15. *Gravin. de ortu & prog. jur. Civ. cap.* 180. *Papir. Masso elog. part.* 2. *p.* 291. *Brunquell. hist. jur. part.* 3. *memb.* 2. *cap.* 8.

feudatariis petentibus, cum nepotes ex filiis, tum fratres admiserit eorum, qui sine filiis decesserint (1) *antiquissimo enim tempore sic erat in Dominorum potestate connexum, ut quando vellent possent auferre rem in Feudum a se datam; Postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent: deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur; Sed cum hoc jus successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret, in quem scilicet Dominus vellet beneficium confirmare; quod hodie stabilitum est* ut ad omnes æqualiter veniat; *Cum vero Conradus Romam proficisceretur, petitum est a fidelibus, qui in ejus servitio erant, ut lege ab eo promulgata, hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur, & ut fratres fratri sine legitimo hærede defuncto, in beneficio, quod eorum patris fuit, succedat. Sin autem unus ex fratribus a Domino Feudum acceperit eo defuncto sine legitimo hærede, frater ejus in feudum succedit.* Historiam feudalium successionum ita scripsit medio sæculo XII Gerardus Niger, centum fere annos postquam tulerat legem illam Conradus. Cujacius ille, quem tu, Guido, imperitum appellas historiæ, Conradi historiam quæsivit, inque eâ invenit eam a Conrado legem de feudorum successione latam, Wipponis enim in Conradi Salici vitâ (2) hæc verba deprehendit *militum vero animos in hoc multum attra-*

(1) *Lib. 1. tit. 1. §. 1. & 2. Feud.*

(2) *In cap. de itiner. Regis per Regna inter Script rer. Germ. collecti a Joanne Pistorio tom. 3. pag. 468. edit. Struvii.*

traxit, *quod antiqua beneficia parentum nemini posterorum auferri sustinuit*. Christianus Thomasius nostris temporibus *Selecta Feudalia* edidit; inter ea est disputatio de auctore, fato, ac vetustate veteris libri de Beneficiis, quem Freherus ediderat. Decimum sæculum tribuit multis argumentis auctori illius libri Thomasius; Successio in eo libro feudalis unorum filiorum est, non nepotum, non fratrum (1), indeque effert Thomasius *ergo scriptus est libellus noster ante tempora Conradi Salici, scilicet illo tempore, ubi successio feudorum deveniret ad filios, non omnes tamen, sed in quem Dominus vellet beneficium confirmare* (2). Cujacius itaque Lotharium primum esse auctorem legis, quæ usque ad Conradum Salicum neque servata, neque audita fuerit, non potuisse, bene ac prudenter ex historia cum Feudali, tum Conradi conjiciens, Lothario primo Lotharium tertium substituit, qui Conradi legem confirmaverit, & Eugenio Innocentium *igitur in inscriptione error videtur esse in nomine Eugenii, & sane etiam hoc loco, pro Innocentii; nam quod sequitur de successione feudi, constat, primum introduxisse Conradum longissime post Lotharium primum: Confirmavit hoc Lotharius* III. Cujacii vero emendationem secutum vidimus esse Thomasium iisdem argumentis; jamque Schilterus illam probaverat, Vir originum juris diligentissimus (3) cæte-

(1) *Thomas. select. feud. de libr. vet. de benef. auct. fat. vet.* §. 26. & *seqq.*

(2) *Dict. L.* §. 35.

(3) *De nat. succes. feud. cap.* 2. §. 12. *Idem de invest. simult. Principum cap.* 2. §. 6. & *in comment ad Cod. Aleman. feud. in comment. ad rubricam* §. 10.

terum & *hic textus* lib. 1. feud. tit. 24. *quemadmodum* & *antecedens* lib. 1. feud. tit. 19. *videtur utique esse adhuc pars constitutionis Lotharii Imperatoris non primi*, *ut vult Hotomannus contra fidem historiæ*, *sed Saxonis*, *aut secundi* sunt verba Schilteri. Thomasii autem explicantis feudalis successionis historiam, quam ex Gerardo Nigro paullo ante descripsimus; verba sunt ista *per Conradum autem Imperatorem hoc loco intelligitur Conradus II seu Salicus*; *Et quamvis aliqui putaverint*, *ante Conradum secundum hoc jus*, *quod hoc loco Conrado tribuitur*, *jam a Lothario I fuisse introductum propter textum* 1. *feud*. 19., *verius tamen est*, *per Lotharium ibi intelligi Lotharium II seu Saxonem* (1). Idem & Bitschio placuerat (2).

III Grandius in Vindiciis, ut Lothario primo hanc legem feudalem assereret, leges, ait, a Lothario primo latas aliquas fuisse Romæ, auctore Eghinardo; ait deinde *inter cætera ergo tunc a Lothario statuta*, *nihil repugnat*, *illam quoque constitutionem in feudalibus legibus memoratam editam fuisse* (3). Egregium sane argumentum! Cujacius abstulit Lothario I legem illam feudalem, historiâ cum feudali, tum Conradi Salici cogente; Tu Guido, generaliter reponis, Lotharium primum legem illam ferre potuisse? Potuit Theodosius Magnus leges omnes ferre, quæ tulerunt alii Theodosii; Ergo horum leges omnes magno Theodosio tribuantur. Potuit primus Ludovicus Francis le-

(1) *D. l.* §. 28.
(2) *Ad Consuetud. feudal. lib.* 1. *feud. tit.* 19.
(3) *Vindic. pag.* 75.

leges omnes imponere, quæ quatuordecim alii Ludovici imposuerunt; Ergo nulla hos habeat auctores Gallica lex. Mitto leges illas Romæ latas a Lothario primo, editas sæpe esse ab editoribus Conciliorum (1), & inter illas feudalem legem quam quærimus non inveniri. Mitto, Lotharium unum esse a Scriptoribus commemoratum inter feudalium legum auctores (2).

IV Addit Grandius legem illam latam dici *ante januam Divi Petri*, adeoque a Lothario Saxone latam non esse, qui cum Romæ esset, castra metatus dicitur in monte Aventino, & coronatus in aede Joannis, quia Anacletus Vaticanum præsidio tenebat *certe Lotharius ille, qui Innocentium II Romam deduxit, non poterat ante januam B. Petri constitutionem illam, de qua agitur, edere, nam Basilicam Vaticanam occupaverat, & Romanorum copiis sibi faventibus munierat Petrus Leonis Antipapa, dictus Anacletus* (3). Cujacius inscriptionem constitutionis delendam esse, arbitratus est, quod Lotharii III constitutioni adjecta inscriptio sit, quæ Lotharii primi constitutionibus conveniret. Qui primus erravit, Lothario primo tribuens, quod erat tertio tribuendum, inscriptionem imposuit, qualem Lotharii primi constitutionibus adjectam viderat. Ergo tota illa est inscriptionis pars

 ab

(1) *Labbe tom. 7. Concil. pag. 1650.*

(2) *Odofred. in auth. Cassa C. de sacros. Eccl. Anton. Minuccius de Pratoveteri de feudis in inscriptione.*

(3) *Vind. pag. 75. ex Ottone Frisingensi lib. 2. c. ut in Chronico.*

Digitized by Google

ab hac noſtrâ conſtitutione removenda, quæ huc eſt exportata a conſtitutionibus Lotharii primi, adeoque & *janua illa B. Petri* eximendâ eſt. Codex uſitatus legum Longobardarum ita exhibet nonnullas Lotharii I leges *Dominus Lotharius Imperator egregius ad limen Beati Petri Apostoli, juxta Civitatem Romanam, tempore feliciſſimæ, peroptimæque memoriæ B. Eugenii Papæ* (1); locus is erat, in quo jam a Gothorum Regibus, quibus Carolingii ſucceſſerant, leges publicabantur (2). Ergo Juriſconſultus aliquis in eam feudalem conſtitutionem incidens, quam Lothario tributam videbat, memor illarum, quas Lotharius primus ediderat, quaſque ex uſitatiſſimo per ea temporá Codice legum Longobardarum, in quo Lotharii Saxonis nulla lex eſt, Lotharius primus in atrio Beati Petri tuliſſe, ferebatur, inſcriptionem addidiſſe mihi videtur eamdém; illudque additamentum poſtea exceptum a deſcriptoribus emendatione Cujacianâ nunc indigere. Quod ſi dicamus, Lotharium Saxonem potuiſſe leges condere ante januam Beati Petri, Regiumque ibi habere conventum, habebimus Jannonium, qui Camillum Peregrinum, Grandiumque reprehendat, negantes illud fieri potuiſſe, *non è incredibile, che Anacleto aveſſe ciò permeſſo a Lotario, tanto maggiormente che preſſo i più appurati Scrittori ſi legge, che giunto Lotario in Roma per mezzo d'uomini ſaggi ebbe molti trattati con Anacleto, e ben potè in queſto mentre ſeguire quel'a celebrità avanti la porta di S. Pietro* (3). Lotharium amice habuit diu

(1) *Lib.* 3. *tit.* 10.

(2) *Caſſiodor. Variar. lib.* 9. *epiſt.* 16.

(3) *Storia Civ. lib.* 11. *c.* 1. *§. accad. p.* 148. *tom.* 2.

Digitized by Google

diu Anacletus, ut ejus epistolæ monstrant, quas in annales refert Baronius; Otto Frisingensis scribit, Lotharium *plus mente quam milite confidentiam gessisse*, & amice diffidentes Pontifices pacare voluisse. Leges condere in Regio conventu potuit Lotharius sine Innocentio, antequam Anacletum damnaret. Damnato Anacleto Lotharius, & Innocentius pariter hostes facti sunt; adeoque coronare Innocentius Lotharium non potuit, ubi Anacletus regnabat.

V Replicat Grandius in libro Faventino, Conradi Salici recentissimam legem non eguisse confirmatione Lotharii Saxonis, probabiliusque esse, antiquatam sæculo XII desuetudine legem sæculi noni, quàm undecimi fuisse legém, additque *essere ridicolo il dire, che Lotario II facesse le addotte leggi circa la successione de i Nipoti, e de i Fratelli del feudatario, se già un secolo prima era stato ciò decretato da Corrado il Salico. Che se ciò non è da stimarsi nè superfluo, nè ridicolo, perche talvolta si trovano le leggi andate in disuso, o in dimenticanza, nè meno sarebbe stato assurdo o ridicolo l'indurre Corrado il Salico a fare quelle leggi circa il succedere nel feudo i discendenti, e i trasversali, benchè molto avanti fosse stato ciò decretato da Lotario primo* (1). Si Lothario primo feudalis historia legém illam tribueret, excipienda essent ista Grandiana. Sed historia illa primum successionis hujus institutorém Conradum exhibet, & antiquus liber feudorum a Frehero editus, a Thomasio in *se-*

(1) *Nuov. disam. part.* 3. *cap.* 8. *num.* 9.

feleltis feudalibus illuftratus ignotam fæculo X fuiffe fucceffionem illam oftendit; Conradus denique cum eam ftatueret, nullum Regem, nullum Imperatorem, a quo pridem ftatuta illa fuerit, commemoravit (1), ejus enim conftitutionem ex Eftenfi Codice integram edidit Clariffimus Muratorius, cum in libris feudorum illius tantum leviffima veftigia apparerent, & in libro tertio legum Longobardarum minus emendate legeretur (2). Quod vero in eâ conftitutionis particulâ, quam examinamus, Lotharius Conradum commemoraffe non videatur, cujus legem renovabat, & confirmabat, inde effe quis recte dixerit, quod contractam ibi conditores librorum feudalium Lotharii fententiam ejus verbis omiffis attulerint, & Lotharium ultimum ejus juris conftitutorem unum laudaverint, exemplo Jurifconfultis non inufitato (3), veteribus illis etiam elegantiffimis, nedum iis, qui fæculis XI, XII fuas farragines comparábant Burchardo, Ivoni, Gratiano, in quibus hunc morem éruditi homines copiofe Auguftinus, Contius, Correctores Gregoriani, Baluzius, Maftrictius, aliique plurimi deprehenderunt.

VI Ne quid noftrum (4) intactum Guido relinque.

(1) *Rer. Italic. tom. 1. part. 2. pag.* 177.

(2) *Lib. 1. feud. tit.* 19.

(3) *Everardus Otto ad tit. Inftit. de fidejuffs.* §. 4. *Heinecc. Antiquit. ad Inftit. jur. Civ. lib.* 3. *tit.* 21. §. 11.

(4) *Nuov. difam. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 5. *&* *feqq.*

Digitized by Google

queret, in libro Faventino negavit Anacletum cum Lothario de tollendo schismate egisse amice, adeoque inaccessum semper Lothario fuisse atrium Beati Petri; auctores laudat Sugerium, qui vitam Ludovici VI (1), & Bernardum Vallebonensem, qui Bernardi vitam (2) conscripsit, quos illi Pagius junior exhibuit in Innocentio II. *Romanis* sunt verba Sugerii *resistentibus pacem obtinere, Petro Leonis vivente, non potuit*. Alterius verba sunt *Confederatorum stipatus militiâ in editioribus, & tutioribus turribus manens, Lotharii ludificavit virtutem liberum eorum discursum machinis superioribus, & obstaculis variis impedivit, vitavit obstinatissime Imperatoris colloquium, nec minis, nec blandimentis flexus est*. Rursus te moneo, mi Guido, ut serves temporum gradus, ut angustias istas historiæ aperiendas animo pacatiore suscipias. Audisti confitentem Lotharium, Anacleti nuncios, & procuratores ab eo Romam proficiscente petiisse, ut caussam judicio justo dirimeret, ne Anacletum inauditum damnaret *cum bellico apparatu stipati ad Urbem proficisceremur, nuncios Petri Leonis frequenter habuimus; qui nimirum ex parte illius justitiam prætendentes, ipsi in jus ire parato, non debere audientiam denegari, nec hostilibus impugnationibus molestari, publicis clamoribus asserebant*. Vidimus, ex Anacleti ad Lotharium proficiscentem epistolis, quas Baronius retulit in annales, Jannonium suspicatum esse necessitudinem, quæ cum Lothario erat Anacleto, hujusque facili-

ta-

(1) *Pag.* 319.
(2) *Lib.* 2.

tatem. Cum vero Romam Lotharius pervenisset, idem petiit a Lothario sæpe Anacletus, eodem teste Lothario *Papam Innocentium Lateranensi Cathedræ restituimus, atque in monte Aventino castrametati sumus; Ibique Petrus Leonis aures nostras, & Principum nostrorum per Petrum, olim Portuensem Episcopum, & per alios fautores suos prætendendo justitiam, sollicitare non destitit*; Quid vero his Innocentiani? Noluerunt audiri Anacletum, quod jamdiu Conciliis Leodiensi, Rhemensi, Placentino damnatus ille fuisset *Diutinis ergo eorum* pergit Lotharius narrare, quæ in eo dissidio egerat *interpellationibus provocati id ipsum Episcopis, & Cardinalibus, qui cum Domino Papa Innocentio erant significare coacti sumus. Ipsi vero, tanquam Canonicarum Sanctionum non ignari, universam Dei Ecclesiam jam super hoc pronunciasse sententiam, Petrum Leonis, & complices suos damnasse asserentes, quod erat universitatis non debere privatum fieri responderunt*; etsi paullo post idem judicium aut audientiam Innocentius Rogerio permi-

serit [illegible], quod Falco testatus est (1). Lotharius subiratus aliquantulum Innocentianis, & responso illo offensus esse videtur, ait enim *nos autem idipsum cum patientiâ supportantes*; & Ordericus Vitalis illorum temporum Scriptor (2) Innocentii culpâ, scripsit, solutum fuisse conventum illum *Imperator ut hæc audivit, contra Gregorium*, qui Innocentius erat, Gregorius dictus ante Pontificatum *indignatus, quæque possidebat dimisit, & negotio infecto recessit*. Obtulit Anacletus sæpe, quæ munita habebat loca Lo-

(1) *Ad ann.* 1137.
(2) *Lib.* 13. *p.* 807. *Hist. Eccl.*

Lothario *qui etiam munitiones , & obsides se nobis daturos ad sufficientiam pro servando judicio, & vivâ voce, & literis promiserunt.* Obtulit sua pariter, ne Anacleto difficilior videretur, Innocentius; Diu Lotharius hæsitavit, qui, ut Otto Frisingensis tradit, *plus mente, quàm milite confidentiam gerebat* (1), & ipse fatetur *pacem igitur sine effusione sanguinis reformare cupientes in Dei Ecclesia.* Nullum in epistolâ Lotharii verbum est, quo indicetur, Innocentianos id permisisse Lothario, ut Anacletus audiretur. Dederunt illi quidem Lothario, quæ Romæ possidebant; Anacletus, quæ tenebat, non tradidit. Sed cum Rogerius magno exercitu comparato Apuliam invasisset (2), cum se imparem Anacleto, & Rogerio Lotharius esse sentiret; cum jam timeret; & omnino coronari se vellet, maturandum censuit, & immaturi reditus sui culpam in Anacletum rejecit, quem & morosum, & fraudolentum fuisse, scripsit *adversa vero pars dies redimere curans, sub velamine fraudolentarum promissionum nos aliquanto tempore a nostra intentione retraxit. Tandem quia ipsi sæpe commoniti implere, quod promiserant noluerunt, tamquam fallaces, & perfidi, & tam Divinæ, quam Regiæ Majestatis rei* &c. Quis itaque certó possit affirmare, Anacletum eo tempore, quo Lotharium promissis, ac precibus detinebat, quo ejus judicium, ejus sententiam implorabat, eum ab atrio Vaticano prohibere adeo voluisse, ut legem ibi ille publicare non posset de re ad Anacletum minime pertinente?

Hhh Pe-

(1) *Lib.* 13 *pag.* 807. *histor. Eccl.*
(2) *Lib.* 2. *cap.* 18. *Chron. Falco. ad ann.* 1133.

Digitized by Google

Petrus ille Episcopus, aliique Anacleti fautores cum Lothario sæpe erant, Lotharium alloquebantur, Lothario fidebant, Lothario se committebant, adeoque erat illis cum Lothario mutua consuetudo, qualis inter hostes esse non solet. Credibile est, sententiam hostes fecisse, indeque fuisse ea, quæ Bernardus Vallebonensis narrat hostilia, eamque Lotharii coronationem, quæ in æde Beati Petri peragi non potuit ab eo, cum quo bellum gerebat Anacletus, Innocentio, cuique jus esse, negabat, Imperatoris coronandi. Tu, Guido, nihil affers aliud, quo ab atrio Vaticano prohibeas Lotharium legem ferentem, quàm Ottonis Frisingensis testimonium de prohibito a Lothario coronando in B. Petri æde Innocentio. Unius diei prohibitio illa est, unius temporis, quo postquam pacate multa acta sunt a Lothario cum Anacleto, hic est ab illo damnatus, unius Innocentii, quem unum habebat adversarium Anacletus. Tu Geometram audis, tu singulis horis, tu *tertio* quoque verbo Geometriam tuam nobis obtrudis, tu Geometriâ tam adroganter, auditoribus, lectoribusque stomachantibus, gloriaris, cum historica tractans non temporum, non hominum, non rerum gestarum diversitates intelligas? His tuis & gloriationibus, & ineptiis tota illa tua capita sextum, & septimum partis tertiæ libri Faventini conflata sunt, quem tu *nuova disamina* appellavisti. Quod vero de Imperatoris prænomine, quod Lotharii Notarius addiderit constitutioni illi Feudali, quam ego latam dixi antequam Lotharius coronaretur, argumentaris, ut primo, non Saxoni Lothario afferas illam constitutionem, paullo post confutabimus, cum ab illâ, quam Cujacio notam imperitiæ temere impegisti, vir ille maximus purgandus erit. VII In.

Digitized by Google

VII Interim alia illa, quam Cujacius habuit, emendandi ratio, & Innocentium Eugenio subſtituendi in eâ conſtitutione, quæ Lotharii nomen præferebat, quam examinamus, eſt afferenda. Extat in ipſis Feudorum libris Lotharii Saxonis, qui tertius dicitur, conſtitutio, quæ Eugenium habet pro Innocentio *lib. 2. Feud. tit. 52. leg. 3.* lata enim ſeu 7. die Nov. MCXXXVI, ut vulgo fertur, seu ut vult Cujacius VIII die Nov. MCXXXVII Ind. XV, quo tempore & Lotharius Saxo Imperator, & Innocentius II Pontifex erat. Certum eſt in tertio illo ejus tituli capite hanc eſſe inſcriptionem *Imperator Lotharius Eugenio Papæ, & univerſo Populo*, hanc vero diem *Dat. 6. Kal. Septembr. anno a Nativitate Domini* MCXXXVII *Ind.* XV. Plurimi Eugenium hinc Interpretes ejecerunt (1). Quamobrem ſuſpicandi augetur cauſſa, in libros Feudales Lothario addi conſueviſſe Eugenium Pontificem ab imperitis hiſtoriæ, qui ex uſitatis legum Longobardarum libris, Feudales illuſtrare ſeſe poſſe, exiſtimaverint. Primo ejus conſtitutionis capite Feuda alienari vetuit Lotharius ille; Paullo poſt & Fridericus primus prohibuit. Addidit hic, longi temporis poſſeſſione Feuda pridem alienata non adquiri iis, quibus a Feudatariis data fuerint (2). Profeſſus eſt Fridericus, Lotha-

(1) *Gothofr. ad dic. l. lit. t. Struvius hiſtor. Jur. cap. 4 §. 14 not. 3 Hotoman. ad eam legem, Carol Molin. in Conſuetud. Pariſ. Gervaſius Tilberienſis in Otiis Imperialib. num.* XIX *pag* 942. *edit Leib. Schilter. in Comment. ad Rubr. Codicis Alemann Feud.* §. X

(2) *Lib. 2. tit. 55.*

rii constitutioni se ita addidisse, quod defuerat *Imperator Lotharius tantū in futurum præcavēs, ne fieret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorem Regni utilitatem providentes, non solum in posterum, sed etiam hujusmodi alienationes hactenus perpetratas cassamus, nullius temporis præscriptione impediente*. Cujacius id accipiendum esse monuit de præscriptione longi temporis, indeque est argumentatus, non plures quàm triginta annos a Lotharii constitutione ad constitutionis Friderícianæ tempus fluxisse & *quod præterea Fridericus primus eam constitutionem traxit ad præteritas alienationes nullâ obstante præscriptione de præscriptione longi temporis intelligitur, ut dicemus tit. 49. lib. 4. Igitur non potuit id referri ad constitutionem Lotharii primi, a quo usque ad Fridericum intercedunt plus quam* CCC *anni*. Obertus de Horto, qui Lotharii Saxonis tempore vixit, Lotharium tertium, scripsit, vetuisse ne Feuda alienarentur *est autem optimâ consuetudine interdicta Feudi alienatio, super qua multæ & diversæ sententiæ dabantur in singulis Civitatibus, & Curiis, donec Imperator Divæ memoriæ Lotharius tertius promulgavit super hoc novam constitutionem* (1). Possent & alia ad hanc rem afferri. Sed Grandius cum in Vindiciis (2), tum in libro Faventino confiteri videtur hanc esse Constitutionem Lothario Saxoni tribuendam (3).

VIII Denique proferenda est extrema illa argumen-

(1) *Lib. 2. Feud. tit. 9.*

(2) *Vindic. pag. 76.*

(3) *Nuova disamin. part. 3. cap. 8. num. 4. & seqq.*

Digitized by Google

mentatio Grandiana, qua in libro Faventino propugnat, de Lothario I auctore legis illius Feudalis, quæ de successione est. Cum ei objecerimus leges Lotharii I editas esse ab editoribus Conciliorum, neque inter illas esse, quam quærimus, ait, *che non si apporti fra gli atti de i Concilj Ecclesiastici non prova, che non sia stata fatta da Lotario I, ma che non apparteneva a quella materia* (1). At Lambecius, at Baluzius, at Goldastus, at Muratorius Lotharii I leges ediderunt quascunque, cum leges antiquas, cum Capitularia, cum Constitutiones Imperiales, cum leges Longobardas publicaverunt. Effer, Guido, ex his corporibus tuam illam Lotharii I legem Feudalem, si potes; Cum vero non potueris, cede Cujacio, cede rationi temporum, cede historiæ Feudali universæ.

Defenditur Cujacius, quod Lotharium Saxonem Tertium appellaverit.

C A P. VII.

QUa vero ratione nobis parceret Monachus Noster Tironibus, tantumque studiosis? quid ab eo æquitatis, quid modi, quid temperantiæ, humanitatisque expectemus, qui Cujacio non pepercit, qui Cujacio historiæ peritiam omnem detraxit (2)? Ut enim emendationem illam Cujacianam elevaret adeo probabliém, quod ei fit ali-

(1) *Part.* 3. *cap.* 8. *num.* 3.
(2) *Vindic. pag.* 75., & *Nuova disam. Part.* 4. *cap.* 1.

Digitized by Google

aliqua cum historiâ cognatio, affirmavit, Cujacio defuisse doctrinam, qua ei ille manus posset admovere, affirmavit Cujacio esse in eâ re nullam auctoritatem *Neque vero objectus a Cujacio scrupulus attendi meretur, nec laudatissimo illi Jurisperito in re historicâ magis deferendum est, quàm Baronio, & Pagio in mere juridicis. Et vero quanta illi habenda sit fides in historiarum discussione, vel ex hoc specimine patet, quod Lotharium* III *appellet Gebbeardi filium, qui erat illo nomine inter Imperatores secundus; nam quem ille Lotharium secundum mallet, Hugonis Regis Italiæ filium, ejusdem Regni consortem, & successorem NEMO INTER IMPERATORES NUMERANDUM CENSET.* Historiâ, qua Cujacius maxime polluit, pleni sunt ejus libri, qui illum Principem effecerunt eorum Jurisconsultorum, qui historiâ Jurisprudentiam ornaverunt, quæ Accursianis, Bartolinisque defuerat. *Nemo* ille tuus, Guido, nobis est verius adhibendus, affirmantibus, reprehensorem Cujacii tam stultum, tam furiosum, tam imperitum, quàm tu es, nullum hactenus extitisse. Tres Lotharios Imperatores fuisse, habendosque esse, nolo affirmare. Tuum NEMO tantummodo confutabo, *qui inter Imperatores numerandum* censuerit Lotharium Arelatensem, quoque tu novum Nobis tuæ levitatis, inscitiæ, temeratis argumentum edidisti.

II Vetustissima quæstio est de jure eligendi Romani Imperatoris. Pontificis, Populique Romani, Principumque Italicorum jus esse, Itali plerique existimabant, quo tempore Lotharius hic noster Saxo imperabat Contra Germani plerique suis jus illud Principibus asserebant. Testatur id Nobilissimus Germanorum, qui historica scripserint, Otto Frisingensis

sis (1), cum ad Caroli Tertii, qui Crassus dicebatur, mortem pervenerit *reperi ego in quibusdam gestis Romanorum post Carolum Tertium, tanquam Imperio a Francis translato ad Longobardos, Arnolphum in Catalogo Imperatorum taceri, & Ludovicum, cæterosque post ipsum in numero Augustorum poni. Alii Arnolphum in Catalogo ponunt, & eos, qui post usque ad Ottonem confuse regnaverunt, non Imperatores, & Augustos, sed Invasores, & Angustos appellare consueverunt.* Idem cum pervenerit ad Ottonem (2) *juxta eos*, inquit, *qui Arnulphum in Catalogo ponunt, & eos, qui in Italiâ regnabant, secludunt, septuagesimus sextus. Secundum Romanos autem, qui semoto Arnulpho, Ludovicum, Berengarios duos, Hugonem, Berengarium, Lotharium, itemque Berengarium cum filio suo Alberto, quamvis obscure regnantes in numero priorum statuunt, octuagesimus quartus ab Augusto invenitur.* Et vero, mortuo Carolo Crasso, scissum, solutumque est, quod Imperium Romanum dicebatur *ditionis ejus*, inquit Chronista Lauriskamensis (3), *Regna solvuntur, dum quisque de suis nititur Regem creare.* De eodem tempore scribens Ulderícus Mutius (4) *contentio*, inquit, *de Imperio magnorum bellorum in Europa causa fuit; alium in Galliis, alium in Italia, alium apud Germanos volebant Imperatorem.* Guarnérus

(1) *Chron. lib. 6. cap. 13.*
(2) *Chron. lib. 6. cap. 22.*
(3) *Freber. coll. Script. Geman. tom. 1. ad ann. 1173.*
(4) *Chronic. German. lib. 12.*

Digitized by Google

nerus Rolewinchius hæsit pariter, remque in medio reliquit his verbis (1) *Imperium iterum dividitur, & transfertur; nam Franci non juvabant Ecclesias; ideo de comuni consensu exclusi sunt ab Imperio, & Italici in Italiâ, & Alemanni in Alemanniâ cœperunt.* Martinus Polonus, id Italicis placuisse, scribit, eos esse appellandos Imperatores qui Italis imperarent, *istius tempore* Ludovici III *cœperunt Italici imperare; exempto enim Imperio a Francis, fertur ad Italicos secundum sententiam Romanorum* (2). Gotfridus Viterbiensis quoque testatur, ita sensisse Romanos; Cum enim suum Chronicon Pontificatibus, Imperiisque Romanis distinxerit, illudque ad Arnulphum perduxerit, *ab hoc loco*, inquit, *in antea ponimus secundum sententiam Romanorum illos Imperatores, qui in solâ Italia leguntur regnasse* (3). Antiqua ergo monumenta Ottoni Frisingensi monstrarunt, Italicos Reges seu Longobardos *tanquam Imperio a Francis translato ad Longobardos*, Imperatores esse ab Italis appellatos, adeoque multo ante quàm Lotharius Saxo imperaret, cui æqualis fere fuerat Frisingensis, qui Friderici Oenobarbi Patruus anno MCLIX, tertioque Friderici ejusdem Imperatoris occidérit, vicesimo fere postquam occidit Saxo ille Lotharius (4). Quamobrem vere a Luitprando scriptum esse, arbitror, Guidonem Spoletinorum Ducem, & Berengarium Ducem Forojuliensium dum Carolus Crassus vive-

(1) *Fascic. temp. ætat. 6.*
(2) *In Chron.*
(3) *Script. Ital. Murator. tom. 2. pag. 117.*
(4) *Rodevic. de gest. Frider. lib. 2. cap. 11.*

Digitized by Google

vixeret, pactos esse de Imperio ita dividendo, ut Gallis Guido, Berengarius Italis imperaret (1), unde illa fortasse fama manavit, quam Sigonius in historiam retulit Italici Regni (2), Platina in vitas Pontificum (3), Italicos Principes imperante Carolo Crasso, barbaræ dominationis tæduisse, & auctore Hadriano III Pontifice maximo Romanorum decrevisse, *ut moriente Rege Crasso sine filiis, Regnum Italicis Principibus unâ cum Imperii titulo traderetur*. Junior Pagius decretum illud examinans, animadvertit, aliud eodem tempore decretum Hadriano illo auctore, ferri de Romano Pontifice consecrando *ut Pontifex designatus consecrari sine præsentiâ Regis, aut Legatorum ejus posit*, idque factum esse, cum Hadriano illi Stephanus V successisset; eamdem famam utrumque decretum tradidisse; adeoque utrumque vere, etsi a Scriptoribus non æqualibus esse narratum (4).

III Et vero bene, ac prudenter Vir doctissimus Petrus de Marca Romæ illum titulum inhærere, scripsit, cum de jure ageret, quo Leo III Romanorum Pontifex maximus cum Senatu, Populoque Romano Carolum Magnum dixit Imperatorem *itaque vere dici potest, Leonem Tertium contulisse dignitatem Imperatoriam Carolo, quam jure supremi dominii, quod Romæ obtinebat, in ruderibus antiquæ Urbis latentem instauravit* (5). Ex jure

Iii quo-

(1) *Histor. lib. 1. cap. 6.*
(2) *Lib 5. in fin.*
(3) *In Hadrian. III*
(4) *Vit. Pontif. Rom. tom. 2. in vita Hadriani III*
(5) *Concord. Sacerd. & Imper. lib. 3. c. 11. §. 10.*

Digitized by Google

quoque Grotius publicæ Jurisprudentiæ Pater pronunciasse, videtur, *ex approbatione vero Populi Romani fit idem Rex, & Imperator Romanus, aut, ut historici sæpe loquuntur, Rex Regni Italiæ* (1), qui quântâ injuriâ a Gronovio vapulaverit, aliisque hostibus Italorum, a nobis est duobus Vindiciarum Italicarum libris ostensum. Dum Caroli Magni legitimi liberi fuerunt, scissa est, interque eos divisa magna illa Europæ pars, quam Carolus adquiserat. Imperatoris véro dignitas ei perpetuo fuit, cui obtigissét Italia. Lotharius ex tribus Ludovici Pii Filiis Italiam habuit, Ludovicus Germaniam, Carolus Gallias; Unus est Lotharius appellatus Impérator, adeptus, ut verbis utar antiquissimi Chronici Lauriskamensis, *cum Italia Romanorum Imperium* (2). Lotharius ditiones suas dividens inter filios, qui tres pariter fuérunt, Provinciam Carolo, Lotharingiam Lothario, Ludovico tribuit Italiam, idque Regino ita scribit, *Ludovico Italiam tradidit; eumque Imperatorem appellari fecit* (3); haud alitér Marianus Scotus (4); gravissimus denique Sriptor Otto Frisingensis (5), *Lotharius Imperator tribus filiis suis Regnum, quod ei contigerat, partitur, Ludovico Italiam cum nomine*

---

(1) *De jur. belli, & pacis lib. 2. cap. 9. § 11. num. 4.*

(2) *Freber. Coll. Scriptor. German. tom.* 1. *pag.* 118. *ed. Struv. Otto Frif. lib.* 5. *Chr. cap.* 35. *Regin. ad ann.* 842. *Sigebert. ad ann.* 844.

(3) *Ad ann.* 855.

(4) *Lib* 3. *ætat.* 6. *ad ann.* 842.

(5) *Chron. lib.* 6. *cap.* 6.

mine Imperatoris, &c. Carolus Calvus Rex Gallorum, mortuo Lodovico II, dolo, & virtute Italiam adeptus, Imperator est appellatus (1) *Ludovicus Imperator Italiæ defunctus* scribit Hermannus Contractus in Chronico (2) *Mediolani sepelitur anno Regni vicesimo; Cujus Regnum Patruus ejus Carolus Rex Galliarum invadens, a Joanne Papa se Imperatorem coronari fecit*. Invasit, Carolo superstite, Carolomanus Ludovici Germanorum Regis Filius Italiam, eamque triennio post Caroli Calvi mortem possedit, quin Imperator esset appellatus; eam vero dignitatem sibi competere ob Italiæ Regnum, quod possidebat, arbitratus est, cum de eo scripserit Otto Frisingensis *Italiam ingressus Imperium arripere attentaverat*. Inter epistolas Joannis VIII Pontificis Maximi Romanorum Carolomani ad Joannem epistola commemoratur, qua se, scriberet, receptis Insubribus in Germaniam redire coactum, ut cum Fratribus de rebus gravissimis ageret, in Italiam se quamprimum venturum, ut Imperiali dignitate potiretur (3). Morbo gravissimo diu impeditus est Carolomanus, eodemque tempore Joannes Pontifex Maximus Romanorum Bosonem Provincialium Regem Italiæ Regem facere conatus est (4).

(1) *Annal. Bertiniani ad ann.* 875. *Annal. Fuldenses ad eumd. ann. Andreas Presbyter in Chr. tom.* 1. *rer. German. Menkenii*.

(2) *Ad ann.* 875. *Regin. ad ann.* 874. 75. 76.

(3) *Epist.* 63. *Joan. VIII*

(4) *Annales Bertin. ad ann.* 878., *& seqq. Annales Fuldens. ad eosd. ann. Joan. Pap. ep.* 85. 119. 126. 130. 133 164. 186. 197. 172. *Dacher. Spicileg. ult. ed. tom.* 2. *pag.* 978.

cum Italiæ Proceres aliquot juſſu Carolomani Romanos affligerent, & a Saracenis undique furentibus Italos nemo defenderet. Nec deffuerunt, qui Carolomanum Imperatorem appellaverint, ſunt enim Chroniſtæ Caſaurienſis Lothario Saxoni æqualis verba illa *poſtquam Imperator Carolomanus Imperii gubernacula in duobus annis explevit, Carolus, qui Tertius eſt dictus, ei in Imperiatu ſucceſſit* (1). Baronium, Sigoniumque, qui hoc tempore Ludovicum Balbum Imperatorem fuiſſe, ſcripſerunt, Galliarum Regem, Sirmondus confutavit (2), Petavius (3), Pagius (4), Natalis Alexander (5). Denique Carolus Craſſus, cum ſine legitimis liberis Carolomanus obiiſſet, Italiam adeptus, Imperator eſt appellatus *anno*, inquit Otto Friſingenſis (6) *ab Incarnatione Domini* 881. *Carolus, qui in diviſione Alamanniam acceperat, in Italiam procinctum movet, totâque Longobardiâ in deditionem acceptâ ad Urbem uſque progreditur, ubi a Joanne Papa, omnique Populo, Imperatoris, & Auguſti nomen ſortitus*, &c. Priuſquam a Carolingiis abeamus, eos id confitentes, quod propoſuimus, afferendos eſſe exiſtimamus. Conſtantinopolitanos Imperatores, ſcribit in vita Caroli Magni Eghinardus, Imperialem dignitatem in Carolum Magnum a Romanis collatam improbaſſe *Conſtantino-*

---

(1) *In not. ad Conc. Trecenſe cap.* 11.
(2) *Ration. tempor. part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10.
(3) *Ad ann. Chr.* 878
(4) *Hiſtor. Eccl. ſæc. IX cap.* 7. *art.* 4.
(5) *Chron. lib* 6. *cap.* 8.
(6) *In Vita Caroli Magni.*

stinopolitanis super hoc indignantibus. Ea cum magis exarserit, eruperitque indignatio, Ludovicus Secundus epistolam scripsit Constantinopolitano Imperatori, qui eum saltem Francorum Imperatorem, non Romanorum appellandum esse contendebat, eaque profitetur, aut nullum sese esse, aut Romanorum Imperatorem *praeterea mirari se dilecta Fraternitas tua significat, quod non Francorum, sed Romanorum Imperator appellemur; Sed scire te, convenit, quia nisi Romanorum Imperator essemus, utique nec Francorum; a Romanis enim hoc nomen, ac dignitatem assumpsimus, apud quos profecto primò tantæ culmen appellationis effulsit, quorumque gentem, & Urbem divinitus gubernandam, ex qua & regnandi, & postmodum imperandi auctoritate Prosapiæ nostræ seminarium sumpsit* (1). Vixque est, ut Carolingis imperantibus, illud, quod Longobardi a Romano Imperio Regnum Longobardicum divisum volunt, appareat.

IV Post Crassum, cum nulla jam Carolingiorum proles legitima superesset, Arnulphus ille naturalis Carolomani filius sese offert Germanicarum rerum potitus, quem etsì fuerit aliquando Romæ coronatus, Itali Imperatorem nolunt appellari, testibus Ottone Frisingensi, Gotfrido Viterbiensi, Martino Polono, Chronista Lauriskamensi, Ulderico Mutio, Guarnero Rolewinchio, aliisque Scriptoribus antiquissimis, quos paullo ante laudavimus. Italiam sunt Berengarius Forojuliensium, & Gui-

(1) *Apud Baron. ann. 871. num. 59. Petr. de Marc. Concord. lib. 2. cap. 2. §. 9. Goldast. constit. Imper. tom. 1. pag. 18. §. 10.*

& Guido Spoletinorum Duces occupare conati. Duobus præliis de Italiæ Regno disceptaverunt; Guido victor & maximam Italiæ partem, & Imperialem dignitatem obtinuit, favente illi maxime Stephano Pontifice Maximo Romanorum; eique in Regnum, & Imperium Lambertus Filius successit *quædam pars Italici Populi Berengarium, qui Ducatum Forojulianorum tenebat* scribit Regino (1) *Regem sibi statuunt, quædam Guidonem Ducem Spoletanorum æque Regiâ dignitate sublimandum decernunt, ex qua controversia tanta strages ex utraque parte facta est, tantus humanus sanguis effusus, ut desolationis miseriam pene incurrerit; Ad extremum Wido victor existens Berengarium Regno expulit = eodem anno Guido, qui Italiam regebat, & Imperatoris tenebat nomen, moritur; Lambertus filius ejus, Regnum obtinuit, & Romam veniens diadema Imperii a Præsule Sedis Apostolicæ sibi imponi fecit*. Joannes Berardus Monachus Casauriensis, qui Chronicon Casauriense scripsit (2), *quo*, inquit, *tempore Wido Imperator, Carolo jam defuncto, Italicum Imperium Augustaliter suscipit anno Incarnationis* 891. = *sequenti post hæc anno Lambertus in Imperium coronatus, sicut Wido Augustus Pater ejus imperat*. De utroque Marianus Scotus (3) *Wido, qui nomine Imperatoris Italiam regebat, obiit. Lambertus filius ejus Regnum obtinens diadema Imperii a Papa sibi imponi fecit*. Anonymus Beneventanus Erchemper.

(1) *Ad ann.* 888., *& ann.* 893.
(2) *Tom.* 2. *edit. ultimæ pag.* 839.
(3) *In Chron. lib.* 3. *ætat.* 6. *ann.* 895.

Digitized by Google

perti continuator cum scripsisset *eo autem tempore Guido, qui cum Berengario Forojuliense duo Civilia egerat bella, Rex erat Italiæ, vomitu sanguinis ab hac luce subtractus est; Lambertus ipsius Guidonis filius Patri successit in Regno*, ea de Lamberto scripsit *prædictus Marchio Spoletium perrexit, Imperatorem Lambertum, ejusque matrem Imperatricem* ex viro Guidone Imperatore *cernere cupiens, ibant enim Romam ad Apostolorum limina, cum quibus*, &c (1). Guidonem Augustum auctorem habent leges Longobardicæ plures (2). Lamberti vero Augusti plura diplomata videre est in Italia Ughellii, in Campii Placentia, penes Florentinium (3), Dacherium (4), Rubeum (5), Baronium (6), eumdemque copiose memorant Sigonius in Regno Italico (7), Hadrianus Valesius in præfatione ad carmen de laudibus Berengarii (8), alii. Post Lamberti mortem immaturam Berengarius, qui Regis nomine Ducatum Forojuliensium tenebat, aliisque ditionibus pollebat, Regnum rursus optavit, quod plerique Italiæ Proceres ad Ludovicum Provincialium Principem

(1) *Tom. 2. part. 1. rer. Ital. Murat. pag. 279. & 280. num. 3. & num. 6.*

(2) *Lib. 1. tit. 28. l. 12. lib. 1. tit. 5. leg. 2. lib. 2. tit. 10. leg. 4. tit. 14. l. 24. tit. 55. leg. 34. lib. 3. tit. 12. leg. 2. & 5. tit. 13. l. 2. & 3.*

(3) *Memor. della Contessa Matilda lib. 3.*

(4) *Spicileg. tom. 2. p. 504.*

(5) *Histor. Ravennat. lib. 5.*

(6) *Ad ann. Chr. 862.*

(7) *Lib. 6.*

(8) *Script. Ital. tom. 2. p. 1.*

Digitized by Google

cipem una cum imperii titulo detulerunt, qui bello sæpe vicerat Berengarium *Dum hæc in Francia* scribit Regino (1) *geruntur, inter Ludovicum, & Berengarium in Italia plures congressiones fiunt. Novissime Ludovicus Berengarium fugat, Romam ingreditur, ubi a Summo Pontifice coronatus, Imperator appellatur*. Chronista ille Casauriensis, & Regnum Italicum, & imperium adeptum Ludovicum his verbis exhibet (2) *temporibus igitur istis supradictorum Augustorum Guidonis, atque Lamberti jam annis expletis, Tertius Ludovicus Regni Italici, & Imperii coronam accepit*. Tot hujus Italici Imperatoris monumenta Florentinius (3), Campius (4), Sigonius (5), Pagius (6) alii protulerunt, quot illius Imperium in maxima luce collocent, & dubium omne disjiciant. Qui Berengario favebant, Veronæ Ludovicum incautum cœperunt; indeque facile Berengario fuit Italicum Regnum acquirére, in quo jam deerat Ludovico favor Etruscorum, quo maxime Berengarium vicerat, & Regnum Italicum adquisiverat (7). Probabile est, conventum inter Berengarium

(1) *In Chron. ad ann.* 898.

(2) *Dacher. Spicil. ultim. edition. tom.* 2. *pag* 940.

(3) *Memorie della Contessa Matil. lib.* 3.

(4) *Histor. Plac. in Appeud.*

(5) *Lib 6. de Regno Ital.*

(6) *Ad ann. Ch.* 900., *& seqq.*

(7) *Marian. Scot. ad ann.* 905. *Liutpr. hist. lib* 2. *cap.* 11. *Anon. in carm. de laud. Bereng. l.* 4. *Florent. mem. della Contessa Matil. l.* 3.

garium, & Lodovicum fuisse, ut Ludovicus Italicum Regnum vacuum relinqueret Berengario, Imperatoriam dignitatem ipse retineret; Etsì enim Berengarius Italis imperaret liberrime, postquam Italiâ cesserat Ludovicus, Imperator tamen fere non est ante Ludovici mortem appellatus, qua non expectatâ, Joannes X Pontifex, qui Rempublicam Romanorum administrabat, a Saracenis undique oppressus Berengarium Romam invitavit, ut Imperiali coronâ ornaretur, eamque Italiæ partem a Saracenis purgaret, quod Anonymus auctor carminis (1) Berengarii præ cæteris laté narravit. Hadrianus Valesius illius carminis editor primus late pariter de Berengario Imperatore egit (2), late Eccardus (3). Chronista Casauriensis Berengarii Imperatoris affert diploma (4) *præceptum Berengarii Imperatoris de libertate Monasterii Casauriensis, & rebus ejus*. Ejusdem Imperatoris diploma est in Bullario Cassinensi (5) *Dat. VIII. Kal. Jun. anno Dominicæ Incarnationis* DCCCCXVI *Domini vero Berengarii Serenissimi Regis* XIX *Imperii autem sui* I. Exhibet ejusdem Imperatoris diplomata Campius (6), exhibet Ughellius (7), exhibet

Kkk Chro-

---

(1) *d. lib. 4. inter Script. Ital. Murator. tom. 2 p. 2.*

(2) *In præfat. ed. in not. ad illud carmen.*

(3) *In not. ad Vit. Hatumodæ Abbatissæ pag. 39.*

(4) *Daeber. Spicileg. tom. 2. pag. 941.*

(5) *Tom. 2. pag. 40.*

(6) *Stor di Piac. t. 1. in append.*

(7) *Ital. Sacr. t. 5. in Veronens.*

Digitized by Google

Chronista Farfensis (1), alii. Berengarium occiderunt Veronenses, quod contra Italicos Proceres, qui ab eo deficere videbantur, Hungrorum gentis immanissimæ auxilium sibi quæsivisset; & Rodulphus Rex Burgundiorum ab Italis Rex factus brevi Regno Italico cedere coactus est Hugoni Comiti Arelatensium, quem Italici Principes invitaverunt, quique Lotharium filium Collegam Regni sibi dandum curavit (2). Defuit tribus istis corona, quæ erat Romæ vetere ritu accipienda. Sed Romæ Marozia dominabatur; divina, humanaque omnia administrabat, Pontifices maximi alii aliis subinde, veluti clavus clavo, Pontificibus maximis trudebantur. Rodulpho tempus defuit; Hugoni tantum humanitas. Conciliatâ hic sibi Maroziâ, pactisque nuptiis Romam ivit, quó corona Imperiali donaretur, & Romanorum Imperium adipisceretur. Sed cum Albericum ille Maroziæ, & Guidonis Etrusci filium atroci injuriâ affecisset, commota est, Alberico instigante, Civitas universa, quæ Albericum sibi Principem elegit, cujus fratrem Joannem Pontificem Maximum primum elegerat, expulso Hugone quem omnes deseruerant (3). Collectis is deinde viribus, & hostibus aliquot pacatis, rursus de Romano Imperio cogitavit Hugo *Igitur* ait Liutprandus (4) *Hugo Rex dum prospera sibi cuncta prospiceret,*

---

(1) *Tom. 2. part. 2. rer. Italic. Murator.*

(2) *Luitp. histor. lib. 2. 3 & 4. Sigebert. in Chr. ad ann. 927. . . . . Sigon. de Regno Ital. lib. 6. Baron. & Pag. ad ann. 926. & seqq.*

(3) *Luitp. lib. 3. cap. 12.*

(4) *Lib. 4. cap. 1.*

ceret, filium suum Lotharium, cunctis conniventibus post se Regem posuit. Quo constituto, qualiter Romam, ex qua ejectus turpiter fuerat, posset acquirere cogitabat. Sed illecebris, & fraude Albericum decipere conatus, rem conficere minime potuit. Vere itaque Corius (1), aliique Scriptores, qui hæc diligentius investigarunt, Hugonem cum Carolomano comparaverunt, quod uterque ob Italiam, quam possidebat, Imperii dignitatem sibi quærendam esse existimaverit *Ugo ritornò a Verona, dove apparandosi per andare alla sua coronazione a Roma da Stefano Settimo Pontefice*, &c. Berengarius, qui Liguribus imperabat, Arelatenses illos partim perfidos, partim imbecilles dejecit, conciliatis sibi Italiæ Principibus, qui eum, filiumque ejus Adalbertum Reges elegerunt cognatos Magni Berengarii (2) circa Christi annum DCCCCL. Cito Berengarii crudelitatem Italiæ Principes fastidiverunt, quos Adelaidis, quam Lotharius viduam reliquerat, quamque ille incluserat carcere, miserebat; Ottoni Germanorum Regi Regnum obtulerunt, isque Italiam facile invasit (3). Rediit (4)

(1) *Vite degl' Imperadori.*

(2) *Chronic Regum Ital. pen. Murat. Anecdot. Latin. tom. 2. Frodoard. in Chron. Luitp. hist. lib. 5. cap. 4.*

(3) *Sigon de Regn. Ital. lib 6. Rubeus hist. Ravenn. lib. 5. Odilo in vit. S. Adelaidis pen. Canisium.*

(4) *Frodoard. in Cron. Annalist. Saxo apud Eccardum, & Leibnitium. Continuator Regin. ad ann. 951. Hrosuida de gestis Ottonis.*

cum Ottone in gratiam Berengarius, Ottoni, qui Adelaidâ uxore ductâ, Italiæ Regnum sibi vindicabatur acquisivisse, acceptam ferens Italiæ possessionem. Inimicitias asperrime persecuti sunt Berengarius, & Adelbertus in Italiam reversi, idque eis inimicos multiplicavit, quos uxor Ottonis excipiebat, juvabatque. Quare quatuor postquam rediverant annis rursus bellum ab Ottone passi sunt (1), quem tertium tandem bellum & Italiæ Regem, & Imperatorem effecit, id maxime agente Pontifice Joanne XII Romanorum, quem Berengarii offendit immanitas (2); *Otto collectis copiis*, ita rem narrat Liutprandus, qui erat Berengario a secretis *in Italiam percitus venit: qui tanto Berengarium, & Adelbertum celerius Regno expulit, quantò evidentius constat, Petrum, & Paulum habuisse commilitones. Bonus itaque Rex dispersa colligens, & confracta consolidans, Romam similia facturus adiit, ubi miro ornatu ab eodem Summo Pontifice unctionem suscepit imperii* (3). Atque ex eo tempore

——— ——— ——— ———*sejuncta potestas*
Exulat, imperiumque suis a finibus errat.

V Duo ergo Imperatorem faciebant ante annum Ch.

---

(1) *Frodoard. in Chr. ad ann.* 957. *Herman. Contract. in Chron. Arnulph. hist. Mediol. lib.* 1. *cap.* 6. *Annalista Saxo ubi sup. Ditmar. in Chron. lib.* 2. *Liutpr. lib.* 6. *cap.* 6.

(2) *Luitp. d. l. Contin. Reginonis ad an.* 959. *Landulph. sen. hist. Mediol. lib.* 2. *cap.* 16. *tom.* 4. *rer. Ital.*

(3) *d. l.*

Digitized by Google

Ch. millesimum, Italiæ Regnum, & corona, acclamatioque Romana. Nemo, qui Regnum Italiæ non haberet, fuit Imperator. Omnes, qui Italiæ Regnum haberent, jus imperii, jus coronæ sibi esse, existimabant. Vidimus ex epistolis Joannis VIII eam fuisse Carolomani sententiam; vidimus Hugonis. Arnulphus, qui Germanis imperabat, non fuit Imperator, neque se Imperatorem esse, arbitratus est, donec Italiam invasisset (1), quem tamen, quod Italicarum rerum potentiam amisisset, & Formosi Pontificis, qui eum coronaverat, rescissa acta essent, Itali non habuerunt Imperatorem (2). Constat, Romanarum rerum potitam Maroziam, ejusque deinde filium Albericum impedimento fuisse Hugoni, & Lothario, quominus coronâ, & Romanis acclamationibus illi fierent Imperatores. Idem fuit primum & Ottoni impedimentum, ita enim de eo scripsit Frodoardus in Chronico *Legationem pro susceptione sui Romam dirigit, qua non obtentâ cum uxore suâ regreditur* (3), neque enim ante annum DCCCCLIV Albericus obiit, teste ad eum annum Chronista Farfensi (4), & in Principatum Romanum successorem habuit Octavianum, qui Joannes XII fuit Pontifex Maximus Ro-

---

(1) *Continuat. ann. Fuld. apud Freher. ad ann.* 895. *Hermann. Contract. in Chron. Luitpr. lib.* 1. *cap.* 8.

(2) *Sigon. de Regn. Ital. lib.* 6. *Otto Frising. &c.*

(3) *Frodoard. in Chr. ad ann.* 952.

(4) *Tom.* 2. *part.* 2. *rer. Ital. ad ann.* 954.

Romanorum (1), qui Ottonem post aliquot annos invitavit, coronavit, & Imperatorem Romanum a Populo dici, permisit. Postquam consueverunt Germani Reges Imperatores dici, Romanorum jus ex consuetudine ad Imperium Romanorum illi sibi esse putarunt, & sine Pontificiâ illâ coronâ sese Imperatores appellaverunt, quotquot Carolum V Imperatores secuti sunt. Non fuit hoc novum; eo ipso saeculo, quo Lotharius Saxo vivebat, jam Germanorum Reges jus illud adquisivisse sese, jactabant, quod notissimi Guntheri versus testantur (2).

Ex quo Romanum nostrâ virtute redemptum,
Hostibus expulsis, ad nos justissimus ordo
Detulit Imperium; Romani gloria Regni
Nos penes est. Quemcumque sibi Germania Regem
Praeficit, hunc dives submisso vertice Roma
Suscipit, & verso Tyberim regit ordine Rhenus.

Innumera inveniuntur diplomata, quibus Rodulphus, Adolphus, Albertus, Ludovicus Bavarus, ipsique Henricus VII, Carolus IV, Sigismundus, Fridericus III, & Carolus V, qui Romae aliquando coronati sunt, sese Imperatores appellaverunt, cum a Pontifice coronati non fuissent. Quis itaque neget, ex eadem consuetudine fieri potuisse, ut Reges illi Italici Imperatores reputari potuerint, quo tempore Italiae Regnum faciebat maxime Imperatorem? Quod faciendum fuisse indicat consuetudo, pro facto homines habere solent, & pro re spem usurpa-

pa-

(1) *Frodoard. in Chr. Liutpr. lib. 6. cap. 6. Chron. Farfens. ubi supr.*

(2) *Ligurini, sive de gestis Friderici I lib. 1.*

Digitized by Google

pare; Jurisconsulti dominium habent κατὰ ἐλπίδα quod sui heredes, qui & vivo patre pro dominis habentur eorum, quæ patris sunt, ob spem futuri dominii (1) habere dicuntur. Etsi Lege Regiâ Romani Principes fierent, pro Principibus ante Legem illam, seu Senatusconsultum sese sæpe gerebant, sæpe habebantur, quos legissent Legiones, quia usu diuturno factum erat, ut quos Legiones legissent, populus quoque, & Senatus eligeret. Sic Vespasianus, sic Hadrianus, sic Macrinus, sic Probus (2), sic alii plurimi. Auderes, Guido, Grotium imperitum historiæ dicere, qui Senatus & populi electione factos Romanos Principes omnes fuisse, scripserit, quod Grononius factos plerosque sine eâ electione fuisse, senserit, cum uterque sit historiæ Romanæ scientiâ laudatissimus (3)?

VI Neque vero hæc ex unâ argumentatione, & conjecturâ proferimus. Antiquissimi Scriptores pro Imperatoribus Reges Italicos habuerunt, qui a Pontifice coronati non sunt, quemadmodum recentiores solent appellare sine coronâ illâ Reges Germanicos. Jam vidimus, post Rodulphum Hugonem illos fuisse, Lotharium, Berengarium alterum, & Adalbertum. Ergo Ottonis Frisingensis verba repetimus *juxta eos*, qui

Mater dicitur etsi non pepe[rit] quia spe hoc pariendorum [...] est, ut mel[...] apud Gellium a[...] vertit

(1) *L. in suis ff. de lib. & posthum §. 2. Inst. de hered. qual. & diff. 1. §. 3. Inst. de hered. quæ ab intest. defer.*

(2) *Tacit. lib. 4. histor. cap. 4. Spartian. in Hadriano, Capitolinus in Macrino, Vopiscus in Probo.*

(3) *De jur. bell. & pacis lib. 2. cap. 9. §. 11. & Gronovius in notis.*

ff. L. 5. 18. C. 5

Digitized by Google

qui Arnolphum in Catalogo Imperatorum ponunt, *& eos, qui in Italia regnabant, secludunt, septuagesimus sextus; secundum Romanos autem, qui remoto Arnulpho Ludovicum, Berengarium, Ugonem, Lotharium, itemque Berengarium cum filio suo Alberto, quamvis obscure regnantes in numero priorum statuunt, octuagesimus quartus ab Augusto invenitur* Otto primus (1). Gotfridus Viterbiensis partem vicesimam Chronici sui speciem esse voluit, & nucleum historiæ universæ; cujus est particula, qua Romanorum Pontifices, & Imperatores exhibentur *Catalogus Paparum, & Imperatorum Synchronus*; cum ad Arnulphum pervenerit, quem in recenso Imperatorum posuit, quod Italis imperasset aliquando, *ab hoc*, inquit, *loco in antea ponimus secundum sententiam Romanorum illos Imperatores, qui in sola Italia dicuntur regnasse, Ludovicus imperat in Italia = Berengario imperante in Italia, Anastasius Papa = Ugone imperante in Italia, Leo Papa = Guidone imperante in Italia, & filio ejus Lamberto, Stephanus Papa = Berengario secundum imperante in Italia, Leo Papa = Lothario imperante in Italia Stephanus Papa = Berengario imperante in Italia cum filio suo Alberto, Martinus Papa*, &c. *ab hoc loco in antea soli Germanici incipiunt imperare; Ottone Primo imperante*, &c. (2). Idem fere, quod Gotfridus Viterbiensis, cum aliqua temporum perturbatione & Martinus Polonus tradit. Riccobaldus Ferrariensis, qui Po-

marium

(1) *Chron. lib. 6. cap. 22.*

(2) *Scriptor German. Joannis Pistorii tom. 2 edit. Struvii pag. 390.*

Digitized by Google

marium scripsit, & historiam Imperialem scripsit pariter, quam Italice vertit Bojardus. Vivebat Riccobaldus, quo tempore Bonifacius VIII Romanam Ecclesiam administrabat; In ea hic historiâ *Da Augustolo* inquit *infino al tempo del presente Berengario Primo Imperadore furono quattrocento ventiquattro anni, ne' quali stette Italia governata da genti forestiere, or Greci, or barbari sotto nome d' Imperio. Ma negli anni di Cristo 902. Berengario radunato un' Esercito di volontarj Italiani, fu da loro chiamato Imperadore = Trattando con Guido Duca di Spoleti per Ambasciadori il fè consorte dell' Imperio*. Involvit aliquantulum tempora, & Berengarios, quod alii fecerunt, multiplicat, Arelatenses Berengariis illis operit; sed ultimum Berengarium Imperatorem sæpius appellat (1). Sicardus in Chronico postquam dixerat *his temporibus Franci perdiderunt Imperium. Fuit etiam Imperium a pluribus multis annis multipliciter usurpatum, de quorum successionis ordine prosequamur*, Imperii usurpatoribus Hugonem, Lotharium, Berengarium ultimum adjicit, & hunc aperte appellat Imperatorem, *qui Regnum Italiæ cum Imperio adeptus est*. Ptolomæus Lucensis cum historiam Ecclesiasticam ad Arnulphum perduxerit, *& sic*, inquit, *terminatur Imperium Caroli Magni, ac Imperium ad Italicos transit* (2); deinde vero & Hugonem, & Lotharium inter Imperatores Italicos locat (3), & ultimum Berengarium (4), etsi

(1) *Rer. Ital. tom.* 9. *pag.* 307. 312. *&* 313.
(2) *Lib.* 16. *cap.* 36.
(3) *d. l.* 16. *cap.* 7. 8. 10. 12.
(4) *Ibidem cap.* 13.

etsi verius eos esse, dicat, Imperatores, qui cum consensu Ecclesiæ facti sunt (1) *& attende, quod cum istis Berengariis multi imperaverunt in Italia, sicut Comes Guido cum Filio; item Hugo Comes cum Filio suo Lotbario, quod fuit spatium* LXX *annorum, in quo Imperium fuit confusum, & in Italiâ laceratum, nec extendebat se ad Germaniam, quia alii imperabant ibidem, ut Otto, & Henricus, qui tamen in Italiâ non imperabant; Nunc vero ad alium veniemus statum, quia Imperatores, cum consensu Ecclesiæ facti sunt, ut de Ottone, de quo nunc peragitur, qui fuit Imperator*. Gualvaneus Flamma scripsit historica sæculo XIII, inter quæ eminet *Manipulus Florum*: Is, narratâ Carolingiorum extinctione (2) *sententia*, inquit, *Summi Pontificis, & Romanorum fuit, quod Imperium in Italiam rediret, & quod ille, qui in Civitate Mediolani coronaretur, verus Imperator diceretur = Guido Dux Spoleti anno D. 888. a Summo Pontifice coronam obtinuit. Imperii = Guido Imperator moritur, & Lambertus filius ejus Imperator eligitur anno 894., contra hunc secundum Imperatorem Arnulphus Rex Francorum = Rodulphus imperavit; Contra istum Imperatorem Rodulphum Albericus nobilis Civis Romanus = interim moritur Imperator Rodulphus = Hilduinum (3) Archiepiscopum in Burgundiam mittunt, quatenus Hugo Rex Burgundiæ Imperium Italicum accipiat. Hic Hugo Mediolani Imperator cogitavit filium suum*

(1) *d l. 16. cap. 16.*
(2) *Cap. 129 rer. Italic, tom. 11. pag. 603.*
(3) *Cap. 130. 131.*

Digitized by Google

suum Manassem Archiepiscopum Mediolani facere. Hugo autem Imperator in Regnum suum Burgundiæ revertitur, & Imperium filio suo Lothario reliquit. Lotharius in Ecclesia Sancti Ambrosii Diadema Imperii sicut Pater ejus successit = Walpertus Mediolanensis Ecclesiæ Cardinalis in Archiepiscopum consecratur, & statim Lotharius Imperator moritur = Tunc Imperator Berengarius cum filis suis Guidone, & Adelberto . . . . . resumptis viribus = Mortuo Litulpho Magni Ottonis filio Berengarius iterum Imperium Mediolanense acrius impugnare cœpit, atque Adelaidam relictam Lotharii Imperatoris detrusit in carcerem = Tunc Otto, commisso prælio, ipsum Berengarium Imperatorem cum uxore, & filiis captavit = Ex hac causa Imperator Adelbertus dissimulavit, donec coronam Mediolanensem reciperet. Ricordanus Malaspina, qui sæculo XIII historiam Florentinam scripsit, *levato*, inquit, *lo 'mperio da Franceschi, fu eletto Imperadore di Roma Berengario I = appresso imperò Lottieri Secondo Italiano sette anni = appresso Lottieri regnò in Italia Berengario con Alberto suo figliuolo anni undici = Preso Alunda Imperatrice moglie fu di Lottieri Imperadore suo antecessore = Otto cacciò d'Italia, ovvero dall'Imperio Berlingieri = Nel tempo di sopra finì lo'mperio de' Romani, e mai non fu Imperadore Italiano* (1). Eodem sæculo Anonymus Chronista Fossæ novæ suum opus appellavit *Chronica Romanorum Pontificum, & Imperatorum*, is vero 921, inquit, *Hugo imperavit annis sex* = 931. *Berengarius imperavit annis octo* = 948. *Lo-*

 tha-

(1) *Cap.* 49. & 50.

tharius imperavit annis duobus = 950.*Berengarius cum Adelberto filio suo imperavit annis undecim* (1). Benvenutus Rambaldus librum Augustalem conscripsit, quem Struvius, qui Freherianos Germaniæ Scriptores iterum edidit, his verbis laudavit, *liber hic Augustalis vitas Cæsarum in compendio exhibet; breviter quidem, satis tamen accurate, itaut libelli memorialis instar esse possit* (2). Rambaldus in Ludovico Arnulphi filio *sub eo* inquit *defecit Imperium de progenie Carolorum. Et tunc divisum est Imperium, quia aliqui imperaverunt in Italia, sicut Berengarii, aliqui in Alemannia, siut Conradus, & Henricus usque ad Ottonem I.* Utrosque deinde censet Germanos, & Italos,& cum Hugonem Berengario induxerit, scribit, *Lotharius Hugonis Burgundionis filius imperavit in Italia annis duobus, de quo pauca scribuntur. Berengarius post Lotharium cum Alberto filio suo*, &c. Ipse Imperator Lotharius Saxo, cum anno MCXXXVII in Comitiis Aquisgpensilibus judicaret Monachos Cassinenses, eisque ab Imperatoribus, quibus ipse successerat, concessa narraret *quippe* inquit *inter Imperatorum præcepta Caroli, Ludovici, Hugonis, Lotharii. Berengarii, Alberti, trium Ottonum, quinque Henricorum sic invenitur*, &c. (3). Eo ipso,quo vixit Lotharius iste, sæculo Joannes Beraldus Monachus Casauriensis,suoque Monasterio Præpositus anno MCLXIX ita in Chronico, quod conscri-

(1) *Rer. Ital. Script. tom. 7. pag. 864. 865.*
(2) *Rer. German. Freberi tom. 2. pag. 17. & 18. edit. Struvii.*
(3) *Goldast. Constit. Imper. tom.3. pag. 321.*

scripsit de rebus ad Monasterium illud pertinentibus, de altero Berengario, & Adelberto *cumque*, inquit, *idem Episcopus quietus permanere non posset, praefatus Abbas Ildericus praesentiam Domini Imperatoris Adelberti filii Imperatoris Berengarii apud Senogallias adiit* (1). Hi sunt, quos in meâ Bibliothecâ Scriptores consulere potui, quique tribus saeculis illis scripserunt; quae ultra, citraque Lotharii Saxonis aevum fluxerunt. Novem, si numeres, Guido, reperias, qui Regibus illis Italicis, quibus Carolus Crassus ab Ottone separatur, Imperatoris praenomen tribuerunt, praeter Ptolomeum Lucensem, & Rambaldum, qui, etsi inter Imperatores Reges illos commemoraverint, existimaverunt, vere Imperatores illos dici non potuisse. Novem hos tu NEMINEM esse dixisti, qui *Lotharium Arelatensem inter Imperatores numerandum censuerit*, ut in ea fuisse Cujacius opinione videretur, in qua NEMO ante Cujacium fuisset. Expecto, portentosâ tuâ Mathesi, qua *Ciarlatanum* audis, quaque infinita, & infinite parva pervidisti, & ex nihilo creata, qua ratione omnia fuerint, intelligi facile posse, adversus Clarissimum Marchettium affirmavisti, a te esse novem illos claros viros *NEMINI* aequandos esse illi tuo, quo temere Cujacium objurgavisti? Sed dum illa scriberes, aestuosissimâ irâ abripiebaris, quae te impediebat, quominus diligentiâ tibi compararés, quae penitus ignorabas; vulgari doctrinâ, qua uteris, a tergo te Cujacium pinsere posse, arbitratus es, & mobili manu albas auriculas imitari. Te homuncionem diobolarem maximus ille vir, si viveret, rideret, qui

(1) *Dacher. Spicil. tom. 2. ult. edit. pag.* 841.

qui non vulgarem historiam profert, sed profunda illâ, qua plenus est, doctrinâ.

Transvolat in medio posita, & fugientia captat.

VII Neque vero novem illos duntaxat putare debemus, quos attulimus in rem istam, Scriptores, cum ex Ottone Frisingensi, Martino Polono, Gotfrido Viterbiensi testibus antiquissimis cognoverimus, antiquioribus Italis eam sententiam fuisse (1), ut Regibus Italicis illis prænomen Imperaroris tribuendum esset. Sed quis unquam audivit, Grandium falsum esse, se vinci? Replicavit itaque in libro Faventino, duo ejus *capita* (2) in eam rem verbosissima nobis objiciens. Evolvit humeris illis bubulis farragines veterum monumentorum. Sed præter Ptolomeum Lucensem, quem ego ei indicaveram, nullum antiquum Scriptorem attulit, quo a me allati Scriptores confutarentur. Attulit Sigonium, Baronium, Marteneum, Muratorium, Struvium, Schanatium, qui cum Lotharium Saxonem Tertium dici viderint in aliquo monumento, monuerint Secundum dicendum Imperatorem, Tertium vero Regem illum esse, non Imperatorem, quod duos duntaxat Lotharios Pontifices Maximi coronaverint. Sed mutas tu, invertisque id quod quærimus, Guido fallacissime. Non id quærimus, Tertiusne jure dicendus sit Lotharius Saxo Imperator, an Secundus; Id ego tibi objeci, fuisse plures, qui Lotharium illum Tertium Imperatorem appellaverint, adeoq; exemplis & auctoribus pluribus defendi posse Cujacium, & falsum esse tuum illud *NEMO*. Italica mea

(1) *Hoc ipso capite num. 2.*

(2) *Part. 4. cap. 1. & 2. nuova disamina.*

mea verba ista fuerunt (1) *io non voglio quivi prendere una lunga via di provare, che quel Lotario II deve esser posto tra gl' Imperadori, e prendermela con tutti quelli, i quali a due soli Lotarj attribuiscono quella dignità; Dirò bene con quanta ragione, ed autorità si possa difendere il sentimento d' Uomo sì grande.* Sigonius tuus, Baronius, aliique Critici, quorum inniteris judiciis, ex veterum sententiis judicare debuerunt. Veterum vero sententias & Cujacius eodem, aut priore tempore excutere debuit, quas illi excusserunt. Quot habuerit Cujacius, jam vidimus. Eae tibi delendæ sunt veterum sententiæ, ut probes tuum illud NEMO.

VIII Sed rem novam, & lumen invisum hactenus effers *volendo però nominare Lotario il Sassone per Imperadore Terzo di quel nome, converrebbe più tosto far passare per Lotario Secondo Imperadore il figlio dell' Imperadore Lotario Primo, che fu Primo Re di Lorena, e fratello di Ludovico Secondo Imperadore, che il figlio di Ugo d' Arles Re d' Italia, di cui parla il Cujacio* (2). Magnis, & antiquissimis auctoribus monstravimus, Italiæ Regibus jus esse tributum, quo Imperialem dignitatem sibi sumerent, de que ea dignitate controversiam fuisse inter Italiæ Reges, Regesque Germaniæ *juxta eos, qui Arnolphum in Catalogo ponunt, & eos, qui in Italiâ regnabant, secludunt; secundum Romanos autem, qui remoto Arnolpho Ludovicum, Ugonem, Berengarium, Lotharium, itemque Berengarium cum filio suo Alberto*

(1) *Seconda difesa lib. 2. cap. 5. pag. 176.*
(2) *Nuova disamina part. 4. cap. 1. num. 5.*

to verba sunt Ottonis Frisingensis (1) controversiam illam in suum Chronicum referentis, quorum similia alii veteres a nobis allati usurpaverunt (2), adeoque somnium est, quod hic affers de Lotharingio illo Lothario, qui neque Italiæ Rex fuit, neque Hugone, & Berengario posterior, qualis est in Ottonis Chronico, aliisque veteribus monumentis Lotharius ille secundus, de cujus Imperiali dignitate contendimus. Affers tu novissimorum duorum hominum Cosmi della Rena (3), & Foppenii (4) sententias. Ille, cum fateatur, nullum a se inventum antiquum monumentum, quo Lotharii illius Lotharingii Imperialis dignitas fulciatur, scribit, *questo è quel Lotario, che alcuni chiamarono Imperadore, benchè tutti li Scrittori più gravi lo chiamino solamente Re*; est hoc loco Grandii impostura notanda; describit ille literis majoribus verba *tutti, & più gravi* quasi pertinentia maxime ad rem, quam agimus, a qua sunt alienissima, cum de Lothario Lotharingio, non Arelatensi nostro sint, cumque designent, Lotharium illum Lotharingium ab omnibus, qui graviores habentur, auctoribus, non esse Imperatorem appellatum, quem Grandius vult habitum esse Imperatorem, ut Cujacium emendet, qui Lotharium Secundum Imperatorem dixit esse Arelatensem. Vult postea Cosmus, Lotharium Lotharingium habitum esse Imperatorem, qui Secundus fuerit Lotharius, quod multi Saxonem Lotharium dixerint Tertium *veggo*, inquit, *tra il Primo*,

(1) *Lib. 6. cap. 2.*
(2) *Hoc cap. num. 2.*
(3) *De' Marchesi di Toscana pag. 108.*
(4) *In not. ad Diplomata Miræi lib. 1. cap. 63.*

Digitized by Google

mo, *e Terzo de' Lotarj Imperadori*, *mancarvi il Secondo*, *che esser non può*, *se non costui*. At antiqui omnes plurimi Secundum Lotharium appellaverunt Arelatensem nostrum, non Lotharingium. Pauci vero aliqui illi, qui Lotharingium habuerunt Imperatorém, Arelatensem nostrum non Secundum dixerunt, sed Tertium, Saxonem vero Quartum Martinus Polonus, Nicolaus Trivèttus (1), Riccobaldus ille Ferrariensis (2), quem tu imprudentér excepisti (3). Quantum vero meris conjecturis Cosmi fidendum sit, idem Cosmus indicat verbis illis *io so*, *e conosco benissimo*, *che tutto questo è veramente un' indovinare con troppo ardimento* (4). Foppénii vèro verba sunt *cæterum ut Lotharius Saxo sit Tertius a Lothario I Imperatore*, *Secundus nominari debet*, *aut Lotharius junior Rex primus Lotharingiæ*, *aut Lotharius Italiæ Rex Hugonis Arelatensis filius*. De Lotharingio vèro unam illam rationem addit, quod *Aquisgranense palatium Imperiale possederit*; Huc testimonium, ut vides, Guido, æque favet Arelatensi, ac Lotharingio. Palatii vero Aquisgranensis possessio, nescio, quæ ratio, quod jus sit aptius Imperiali dignitati efficiendæ, quam Italiæ possessio, quæ tres jam Imperatores effécerat eo tempore, quo Lotharingius ille palatium Aquisgranense possedit. Diligentissimus historiæ

Mmm Stru-

(1) *Dacher. Spicileg. tom. 3. ultim. edit.*

(2) *Rer. Ital. tom. 9. pag. 122. in histor. Imperat.*

(3) *Nuova difesa. part. 4. cap. 1. num. 7.*

(4) *Pag. 110. in fin.*

Digitized by Google

Struvius eodem, quo Foppenius tempore, extra Italiam scribens, cum Ughellii*, & Campii diplomata notaret, in quibus Saxo Lotharius Tertius dicitur Imperator, & Secundum cum Germanis sentiens Imperatorem Lotharium habendum esse, ait Tertium dici *ob Lotharium Arelatensem, qui sæculo X Imperium affectavit* (1). Sed novos istos Judices historiarum Cujacius consulere non potuerat; tres tantum potuerat invenire, qui Saxonem Quartum appellaverint, novem qui Lotharium Arelatensem haberent Imperatorem, & præterea universæ Italiæ sententiam, denique plura monumenta, in quibus Lotharius Saxo Tertius appellaretur.

IX Otto Morena, qui Chronicon Laudense scripsit, dum jam imperaret Saxo Lotharius *hunc*, inquit, *libellum a me Ottone Judice, qui dicor Morena ac Misso Domini Tertii Lotharii Imperatoris, ac Secundi Conradi* (2): Bojardus, qui historiam Imperialem Riccobaldi Ferrariensis, dum Italice verteret, refinxit, Lotharium Saxonem Tertium appellavit (3); Sic Benvenutus Rambaldus in Augustali (4). Otto Frisingensis Lotharium Arelatensem pro Imperatore habuisse videtur; Is enim Ottonem Primum, dixit, ab Italis octuagesimum quartum putari Imperatorem, qui, demptis Italorum Imperatoribus, qui regnarunt inter Carolum III, & Ottonem Primum, septuagesimus sextus fuisset, Ottonem

(1) *In histor. German. differt. 16. §. 20.*
(2) *Rer. Italic. tom. 6. pag. 859.*
(3) *Rer. Ital. tom 9 pag. 343.*
(4) *Rer. German. Freber. tom. 2. pag. 12.*

Digitized by Google

torem Secundum octuagesimum quintum appellat, qui numerus Italorum sententiæ conveniebat, quemque deinde Otto servavit, habuitque perpetuum. Proximus, æqualisque Lothario Saxoni Obertus de Horto, Imperatorem Lotharium Tertium illum ita appellavit (1) *est autem optima consuetudine interdicta feudi alienatio, super qua multæ, & diversæ sententiæ dabantur in singulis Civitatibus, seu Curiis, donec Imperator divæ memoriæ Lotharius Tertius promulgavit super hoc novam Constitutionem*. Obertus, qui æqualia sibi scribebat, non eguit historiâ, ut quem numerum Lothario adderet, inveniret, eum numerum adjecit quem adjici vulgo audiebat, quemque in Lotharii ipsius constitutionibus adjectum videbat. Paullo post Cujacium Goldastus edidit leges Longobardorum, cumque Lotharii Saxonis leges exhiberet, *Lotharius hic Secundus*, scripsit (2), *sive, ut alii computant, Tertius*. Duas inter Imperiales Constitutiones Innocentii II Pontificis Romani Epistolas Decretales dedit, cumque Lotharius II esset a Librario additus, notavit Librarium Goldastus his verbis *Lotharius III Imperator* (3). Cum vero diplomata quatuor Lotharii Saxonis traderet, has ejus inscriptiones adjectas protulit *acta comitiorum Aquaspensilium coram Lothario III Imperatore = Lotharii III Saxonis Imperatoris Augusti rescriptum ad Abbatem Cassinensem = Lotharii III Imperatoris Augusti Decretum de*

Mmm 2 pos-

(1) *Lib. 2 Feud. tit. 9.*

(2) *Post Leg. Longob. lib. 3. tit. 41, in not. ad Const. Lothar.*

(3) *Tom. 2. pag. 49.*

Digitized by Google

possessionibus bonorum, &c. *Lotharii III Imperatoris Augusti mandatum de necessitate cognitionis antiquitatum, & privilegiorum Imperii* (1) Sunt hæc omnia diplomata post Lotharium coronatum scripta annis MCXXXVI, XXXVII, XXXVIII, ne Guido possit imponere imperitis, aut negligentibus temeritate illâ perpetuâ, qua mentitur, quaque in libro Faventino (2) scripsit *la maggior parte de i diplomi di questo Imperadore, ne i quali si denomina Lotario Terzo, è data avanti la sua coronazione.* Quatuor hujusmodi Lotharii diplomata sunt in Bullario Cassinensi annorum MCXXXV, XXXVI, XXXVII (3); Tria Marteneus (4); Duo Ughellius (5); Unum Miræus (6), omnia postquam Lotharius est coronatus, ipso Grandio fatente (7). Ea vero qui possis Guido probare, a Cujacio cognita non fuisse, qui antiquitatis erat diligentissimus? Fatetur & illud Grandius, Tertii illam, & Secundi adjectionem usitatam æque fuisse, deinde *una tale* ait *incostanza di denominazione ci mostra non essere da fondarsi in essa per decidere, se Lotario, di cui trattiamo, debba dirsi Secondo, o Terzo, ma doversi unicamente aver riguardo al fondamento, che è l'incoronazione Imperiale, di cui si sa essere stati onorati dal Papa solamente Lotario Primo figlio di* Lo-

(1) *Tom. 3. pag. 327. 326. 321. 320.*
(2) *Nuova disamina part. 4. cap. 1. num. 8.*
(3) *Tom. 2. cap. 153. 158. 159. 162.*
(4) *Tom. 2. coll. pag. 9. & seqq.*
(5) *Italia sac. in Asculan., & in Veron.*
(6) *Diplomat. Belgic. lib. 2. cap. 48.*
(7) *d. l. cap. 2.*

Digitized by Google

Lodovico Pio, e questo Lotario Sassone (1). Quis hoc loco judicium, quis litem judicandam suscepit, Guido? Non is ego sum, non eum me esse, sum professus, qui Lotharium Arelatensem Italiæ Regem Imperatorem Romanorum habendum esse, qui Lotharium Saxonem Imperatorem Tertium putandum esse, contendam. Mihi id est propositum, quod mea illa verba significant *tres Lotharios Imperatores fuisse, habendosque esse, nolo affirmare. Tuum NEMO tantummodo confutabo, qui inter Imperatores numerandum censuerit Lotharium Arelatensem* (2), seu illa mavis Italica *non voglio quì prendere una lunga via di provare, che quel Lotario Secondo deve esser posto tra gl' Imperadori, e prendermela con tutti coloro, i quali a due soli Lotarj attribuiscono quella dignità. Dirò bene con quanta ragione si possa difendere il sentimento d' Uomo sì grande* (3). Dirimenda ergo mihi hoc loco non est illa controversia; sunt vero proferendi veteres, proferenda ratio Scriptorum veterum, qui Cujacio auctores esse potuerint trium Lothariorum pro Imperatoribus habendorum, quibusque prolatis, tu Guido, ineptus, tu historiæ omnis ignarus, tu temerarius, tu falsus habearis, qui, quem Lotharium Arelatensem Italiæ Regem pro Imperatore Cujacius habuerit, scripsisti, *NEMINEM INTER IMPERATORES NUMERANDUM CENSET*. Non unum, qui tuum illud *NEMO* excludat,

dat,

(1) *Nuova disam. part. 4. cap. 2. num. 4. pag. 295*

(2) *In princ. bujus capitis.*

(3) *Seconda difesa lib. 2. cap. 5. in princip.*

dat, Scriptorem veterem attulimus, sed Ottonem Frisingensem, Martinum Polonum, Gotfridum Viterbiensem, Sicardum, Riccobaldum, Gualvaneum Flammam, Chronistam Fossæ Novæ, Chronistam Casauriensem, Ricordanum, Rambaldum, Obertum de Horto, Ottonem Morenam, quatuor diplomata Lotharii Saxonis, quibus monumentis, cum vel Lotharius Arelatensis dicatur Imperator, vel Tertius appelletur Lotharius Saxo, eorum Romanorum veterum, seu Italorum sententia confirmatur, qui a Carolo Crasso ad Ottonem eos duntaxat pro Imperatoribus habere, qui Reges Italiæ fuerint, ab Ottone Frisingensi dicuntur, Gotfrido, Martino. Eorum vero omnium eam rationem fuisse, quod Italici ita decreverint, quod vetere consuetudine conjunctum cum Imperio Regnum Italicum fuisset, late docuimus; denique quod corona Imperialis ex eo decreto aliquot Italiæ Regibus imposita, aliisque, nisi tumultus Romani, Pontificatusque calamitates impedivissent, imponenda fuisset, hosque comparavimus cum Germanis recentioribus, qui Imperatores dicuntur, etsi plerisque corona illa defuerit.

X Sed Æthiopem lavamus. Quo pluribus auctoribus sententiæ Cujacianæ illum obruimus, est ille, ut indocti, & barbari solent, obstinatior. Ait aliquando Imperatorem dici quemcunque Principem mero & mixto Imperio pollentem (1), atque ita Ricordanum nostrum excipit, Sicardum, alios, qui Lotharium Arelatensem appellaverint Imperatorem. Sic-

(1) *Nuova disamin. part. 4. cap. 2. num. 5. & seqq.*

Siccine, Guido, interpretaris illa Sicardi *his temporibus Franci perdiderunt Imperium*? Francis itaque post Carolum Crassum nullus Rex, iis nullum Regem ad sua usque tempora Sicardus fuisse affirmavit? Est Sicardo quodlibet Regnum Imperium, qui de Hugone Arelatensi scripserit *Regnum Italiæ cum Imperio adeptus est*? Est Ricordano, cujus illa verba sunt *levato l'Imperio da Franceschi, fu eletto Imperadore di Roma Berengario*. Cui iisdem sententiis, alios, qui illum secuti sunt, Italicos Principes adjunxit? Est Italis illis antiquis, qui Germanicos Reges, non Reges esse, negabant; negabant vero esse Imperatores, unde alius est Italis alius Germanis numerus Imperatorum? Mitto, Guido, tuum illud *Dominanti cum mero, & mixto Imperio nelli Stati da loro posseduti* (1), quos tu Principes æque ac Imperatores appellatos esse, scribis, indicare te juris esse imperitissimum, cum suprema Principum sit potestas, non merum, non mixtum Imperium, quo non Principatus constat, non Regnum, sed Magistratus a Principe constitutus, quod tu, Guido, qui Clarissimi Averanii amicitiâ gloriaris, ignorare non debebas, a sapientissimo Viro Jurisconsultorum Italorum Principe, a quo me didicisse profiteor, quidquid in me est, si quid est, litterarum eleganter disputatum in primo Interpretationum Juris libro.

XI Victum sese jam sentit Monachus, sed fateri non vult; nam NEMO illud suum, petit, accipi cum illâ regulâ *generale* (2) *dictum restringitur* *ad*

(1) *d. cap. 2. num. 7.*
(2) *Ibid. num. 7., vel 8.*

ad habilia tal che naturalmente significhi, che niuno degli autori classici, i quali trattino ex professo di tali materie, distinguendo gl'Imperadori da' semplici Re d'Italia, o Germania, abbia detto ciò, chechè siasi de' Scrittori meno accurati; da' quali queste vocaboli si confondono, sicchè da taluno li Conti di Poppi si poterono chiamare Imperadori del Casentino. Ita vel victus insultat pueriliter. Diximus, Italiam facere consuevisse Imperatores ex vetere consuetudine, & Scriptorum gravissimorum auctoritate, qui rem, quam tractabant, ex consuetudine, & gentium opinionibus expenderunt. Vult Monachus, a nobis hoc confirmari auctoribus, qui Imperatores a Regibus Italiæ secreverint. Qui diversos illos habuerunt, contrarii Cujacio sunt. Fuerintne aliqui, qui diversos illos habuerint, non quærimus. Id vero quærimus, fuerintne graves historiarum Scriptores, qui habuerint pro Imperatoribus Italiæ Reges. Ii vero fuerunt cum multi, tum gravissimi. Vix tu, Guido, reperias, qui priscis illis temporibus fuerint illis graviores. Hi sunt usus testes, & opinionis, in qua illorum sæculorum homines erant. His potuit auctoribus uti Cujacius, hos rei testes afferre, quæ uno usu, unâ hominum opinione constabat, neque naturâ, neque lege certâ aliquâ erat constituta, ut sapienter Everardus Otto disputavit in dissertatione de titulo Imperatoris Russorum.

Do

Digitized by Google

C A P. VIII.

Is jam diximus in primo gradu antiquitatis fuisse Taurellio Chronicon Gryphianum, quo Pandectas Pisanis Amalphiæ quæsitas anno MCXXXV fuisse, affirmaret *atque id ex antiquis Pisanorum annalibus apud Plotium Gryphium eorum Civem accepimus; quibus Raphael Volaterranus per omnia adstipulatur; atque illo multò antiquior Rainerius Grachia his libris, quos ante ducentos ferme annos de bello Thusco conscripsit*. Qui *annalibus Pisanorum* adstipulari Grancius Taurellio visus sit, iis debuit esse posterior. Quum Taurellio, homini cum diligenti, tum honestissimo, ac peritissimo antiquitatis fidem adhibendam esse, arbitraremur, Pisanis illis, qui Amalphiam diripuerunt, Chronistam Gryphianum paulló minorem fuisse, credidimus, aut certe illis eo proximum intervallo, quod arceat Launojanum illud arbitrium de silentio ducentorum annorum fidem omném extinguente; Vix enim ducentis annis ab Amalphitano bello semotum fuisse Grancium, confirmavimus (1), Chronistâ illo juniorém.

II Hoc satis est, fidem expendentibus, quæ illi Chronico debeatur; hoc sublatum est illud silentium, quo Launojus rem historicam fére vastavit. Ornandæ sententiæ hujus nostræ caussâ jam constitutæ, & adversus eum disputantes, qui ex iis, quæ fieri possunt, argumenta ducere consuevit, & facta

N on esse,

(1) *Epist. ad Acad. Etrusc. cap. 7. num. 3.*

esse, affirmat, quæcumque fieri potuerunt (1), esse addendum, existimamus, scribi Chronicon illud paullo post bellum Amalphitanum potuisse, cum ab illis usque temporibus Italica lingua, rudis illa quidem, & inornata qualis erat Chronistæ nostro, cum loquentibus fuerit, tum scribentibus usitata. Gregorius V Pontifex Maximus Romanorum sæculo X sermones Italicæ, Francicæ, Latinæ linguæ doctus fuisse fertur (2). Falco Beneventanus æqualis bello Amalphitano Italicæ linguæ articulos in Chonico sæpe commemorat *de lo Tuto*, *de la Marra*, *de la Rocca*. Acta Alexandri III, quæ sunt a Baronio in annales relata (3) *Dio lo elegge* exhibent, & *Smantacompagno*. Christianus Archiepiscopus Moguntiaci Italice loquebatur, cum Fridericus I Imperium, & Alexander III Romanum Pontificatum administraret (4). Qui Ferrariensium poemata publicavit, illud affert, quod olim fuerat inscriptum Templo majori eorum Reipublicæ (5).

Il mille cento trentacinque nato
Fo questo Tempio a Zorzi consecrato
Fo Nicolao Sculptore
E Guielmo fo l'auctore.

Instrumentum Italica antiqua linguâ seculo XI scriptum, affert Du Cange (6). Pisis ipsis extat secus Arnum,

(1) *Vindic. pag. 10. pag. 75. &c.*
(2) *Baron. ad ann. Ch. 999. num. 1.*
(3) *Baron. ad ann. 1159. num. 31.*
(4) *Romuald. Salern in Chron. ad ann. 1177. Serarius rer Moguntiacar. lib. 5. pag. 813. Baron. ad ann. Ch. 1177. num. 71.*
(5) *Rime scelte Ferraresi in proemio.*
(6) *Præf. ad Gloss. Latino-barb. §. 36.*

Digitized by Google

num, prope Textrinam triremium in antiquissimis ædibus Paludiæ Gentis hoc monumentum *Diè S. Marie de Sectebre anno Domini* MCCCXLIIII *Ind 7. sia manifesto annoi, e al più de le persone, che nel tempo di Buonacorso da Palude li Pisani andaro cum Galee* CV, *e venuti cum C a Portovenere stetteroi per die* XV, *e guastaro tucto, e avrebberlo preso non fusse lo Conte Pandalo, che non volse, ch' era traitore della Corona, e poi nandammo nel Porto di Genova cum* CIII *Galee di Pisa, e cuacche gente, e avremola combaduta non fusse nel tempo non proprio Dominus Dudus fecit publicare hoc opus*. Qui marmoribus inscribenda hujusmodi monumenta curabant medio sæculo XIII verbis Italicis, Pisanos, credibile est, iisdem verbis usos fuisse, cum libris Patriæ suæ monumenta mandarent, quod est copiose tractatum ab iis Galliarum sapientibus *Boutz ys* (1), & *Luca* (2) sæculo superiore, quos *Charpentier* confutare frustra conatus est (3), quodque nos ipsi quotidie videmus fieri; omnia enim fere monumenta latine scribuntur, dum plerique libri scribuntur Italice. Et vero sæculo illo medio Matthæus Spinellius Italice scripsit Ephemerides, quas a Papobrochio, & Canisio latine pridem editas clarissimus Muratorius his annis dedit Italicas (4). Probabile est, multa eodem sæculo

(1) *Apud Baile nouvell. de la Repub. des Lettr. art. 7. 1684.*

(2) *De monumentis publicis latine inscribendis.*

(3) *Defense de la Langue Franccise pour l' Arc de triomphe.*

(4) *Rer. Italic. tom. 7. p. 1057.*

lo XIII scripta Italice fuisse frustula historiarum, quæ perierint, vel quod exigua essent, vel quod agrestia, & crasse composita a posteris contempta sint, cum ex eo sæculo adhuc supersint Malespinii & Compagnii Chronica, quæ hoc & superiore sæculo sunt publicata.

III Quis ergo neget potuisse seculo saltem XIII scribi Gryphianum Chronicon, quod seculo XIV prius esse, Taurellius, qui præsens illud inspexerat, existimavit? Qui vero linguam illius Chronici Pisani, quod sæculo XIV é Bibliothecâ Laurentianâ scriptum clarissimus Muratorius inter Scriptores rerum Italicarum edidit primus (1), cum linguâ comparet Chronici Gryphiani, hoc antiquius illo esse, facile existimabit, & propius Dodo illi, qui marmori curavit inscribendos Pisanorum excursus anno Ch. MCCXLIV. Articuli *el*, *de le*, *da lo* pro *il*, *delle*, *dallo*, præpositio *cum* pro *con*, Latina cum Italicis mixta non sunt in Chronico Laurentiano, sunt vero pariter in marmore illo vetere, & in Chronico Gryphiano. *Incomenzò* Siculum sapit, & Appulum, quod Ephemerides Neapolitanæ Matthæi Spinellii monstrant, & e illæ pro *i se fece*; *de esso*, *de Malfi*, *de Justiniano*, *de poi*, & *doe* pro *due*, & antiquissimorum Etruscorum linguam Guittonis Aretini (2), Guidi Cavalcantii, qui sæculo XIII Florentiæ doctissimus habebatur (3), aliorum. Adderem & *fò* pro *fu*, nisi

(1) *Rer. Ital. tom. 7. pag. 1064.*

(2) *Allacci Poeti antichi pag. 379. 380. 381. 385., &c.*

(3) *Allacci ibid. p. 374., & 375.*

Digitized by Google

nisi inspecti Bologninii libri in eo errasse describendo Brencmannum, ostendissent, qui & alia peccavit, quae me cogunt, verba Chronici hoc loco repetere. *Incumenzio la guerra contro el Re Roziero Re de Cecilia inimico de la Giesia Romana. per la qual cosa de l anno 1136. el terzo dì de Zugno se fece el Concilio in Roma. al quale furno molti Cardinali: Archivescovi: Vescovi: Abbati: & Sacerdoti cum multi Signori; & Oratori: el quale Concilio durò insino a lo octavo Idus Junii. E per comandamento de esso sommo Pontefice Innocentio II li Pisani pridie nonas Augusti armorno quarantasei galee. Furono a la Costa de Malfi: & quello dì per forza lo preseno cum septe galee: & doe nave: In la quale Città trovorno le Pandette composte da la Cesarea Maestà de Justiniano Imperadore: & de poi quella brusonno, & l' altro dì andorno a trani: & quello preseno per forzia.* Hæc conferentibus cum verbis antiquo illi marmori inscriptis similia illis videantur, & ex ejusdem sæculi linguâ utraque esse. Non est prætereundum, in Guittonis Aretini carminibus pro *nella* legi *in la*, quemadmodum in hoc Chronico pro *nella quale* legimus *in la quale* (1)

O Regina del Cielo, o giglio aulente
Madre, e Figliuola del Figliuol de Deo
Abbie pietate del tormento meo
Mira IN LA zambra d' esto cor dolente;

quod sæculo XIV jam desuevisse monumenta plurima, quæ teruntur omnium manibus, Villaniorum,

Vel-

(1) *Redi note al Ditirambo al verso 5. alla pag. 18.*

Vellutii, Morellii, aliorumque, testantur, illudque Pisanum Chronicum, quod edidit clarissimus Muratorius (1). Verbum *Giesia* pro *Chiesa*, quod est in fragmento Gryphiano, aut a scribentis, aut a dictantis peccato aliquo ex illis est, quæ frequentissima esse, omnique tempore fuisse, eruditi homines docuerunt (2), cum nullius Italici populi, nullius sæculi verbum fuisse videatur. Probabile est, a Notario Pisano ita literas *c h* scriptas fuisse, ut facile in errorem induci lectores possent, qui minus accurate legerent, & describentes decipi, qui aliud scriberent, aliud cogitarent, nec significationem, sed figuram duntaxat scriptorum spectarent, qualem sese illis ea primum offerret, & merâ incuriâ pingerent, quod non perceperant, quod malum antiquis Italorum monumentis accidisse sæpe, Petrarca testatur *quorum nativo horrori scriptorum quoque error accesserat, etsi hæc non mea magis, quàm communis omnium scribentium sit querela* (3).

IV Quæ cum ita sint, ea considerantibus continuo patet illorum vanitas, quæ Grandius, ut his quoque respondisse videretur, in libro Faventino stultissime disputavit (4). Ait, non Etruscorum antiquâ linguâ, quæ a Siculis est & Provincialibus ducta, sed Longobardorum scriptam esse particulam Chronici Gryphiani, idque perspici ex *Roziera* pro

(1) *Anonima Cronica di Pisa rerum Italic. tom.15.pag.1003. tit. della morte del Conte Fazio.*

(2) *Cleric. art. Crit. part. 3. art. 1. cap. 8. 9. & 13. per tot.*

(3) *Lib. 2. epist. 1. Senil.*

(4) *Nuova disam. part. 4. cap. 8. pag. 348. & seqq.*

pro *Regerio*, *aut Riggiero*, *Zugno* pro *Giugno*, *Giesia* pro *Chiesa*, *el quale* pro *il quale*, *se fece* pro *si fece*, &c. *tutti* inquit *pretti Lombardismi*, *benchè colla terminazione Toscana*, *come affettano di scrivere i Lombardi*, *sebbene parlando troncano le parole*. Primis vero Italicæ linguæ temporibus videntur differentiæ illæ sermonum, quibus hodie a Longobardis, Venetis, Liguribus, Siculis Etrusci disjuncti sunt, neque constitutæ fuisse, neque usitatæ. Hominis innocentissimi, qui *Beato Jacopone da Todi* appellatur, cantica antiquissima (vixit ille sæculo XIII) mixtas habent omnes, quæ hodie sunt diversorum Italiæ populorum, linguas, quod Itali cognoscere facile possunt, exteri discere ex Luca Wadingo (1). Eadem est mixtura in *Barberini documentis*, quæ eodem sæculo scripta sunt (2); Eadem in Brunetti Latinii *Pataffio*; Eadem denique, ut afferendorum omnium instar afferam in celeberrimâ Dantis Aligherii Comœdiâ, quod præter Bembum (3), Sabam Castellioneum (4), Carolum Lenzonium (5) Jacobus Mazzonius edixit *trovo* nella Commedia di Dante *voci di tutti li dialetti d'Italia*, *Veneziane*, *Romagnuole*, *Bolognesi*, *Ferraresi*, *Lombarde*, *Mar-*

(1) *Scriptor Ordin. Minorum pag.* 18.

(2) *I Deputati alla correzione del Decamerone in proemio*.

(3) *Prose lib.* 2.

(4) *Ricordo* 133. *pag.* 129.

(5) *Difesa della lingua Fiorentina*, *e di Dante Giornata* 2. *pag.* 42. & 55.

Marchiane, *Romanesche*, *e Siciliane*, *oltre alle Provenzali*, *Toscane pure*, *e antiche* (1), quod & de Homero, qui eo tempore vixit, quo Græci sermonis differentiæ nullæ fuisse videntur, Græci jam cultiores dixerunt, cum ab aliis alias verborum discrimina distinxissent, ac separassent. Jam vidimus *el* pro *il* & in marmore Pisano usurpatum sæculo XIII, adeoque non fuisse illud eo tempore ita proprium Longobardis, ut ab eo abstinerent Etrusci. Idem dicendum de omnibus aliis *e*, *se fece*, &c., quæ *Lombardismi* appellantur a Guidone nostro, qui Academicum *della Crusca* se esse, profitetur, & ignorat, antiquissimos Etruscos *e* pro *i* sæpe usurpasse. Lapi Florentini, qui sæculo XIII vixit, ea carmina sunt (2):

Amor Eo chero mia donna En domino
L' Arno balsemo fino
Le mura dE Firenze inargentate.

Benincasæ Aretini sunt illa:

——— *E tu vivi en dolere*
Et io moro, *perche vai endusiando* (3).

Celeberrimus ille Etruscorum sapiens Boccaccii, Dantisque Aligherii laudibus inclytus Guido Cavalcantius eodem sæculo ita scripsit:

Quello pauroso spirito d' amore,
Lo qual suol' appar Er quand'Uomo muore
Chien altra guisa non SE vede mai
Egli mE fu si presso che pensai (4).

Ce-

(1) *Discorso in difesa di Dante partic.* 9. *pag*. 45.

(2) *Allacci Poeti antichi pag*. 401.

(3) *Idem ibid. pag* 310.

(4) *Idem ibid. pag* 375.

Celebris & ille Guitto Aretinus haud aliter

En fin a tanto che l ver l' assegura
Homo no SE dee tener troppo altero (1).

Idem alibi (2)

Che no SE trovi alcuna rasione
Che sol d' un fatto SE possa blasmare.

Ejusmodi sunt alia sexcenta. Sexcenta pariter alia sunt, quibus confirmetur, Etruscis eo sæculo z pro g, & c sæpissime fuisse usitatam, adeoque Etrusca fuisse illa Chronici Gryphiani *Zugno*, *Roziero encomenziò*. Guittonis Aretini ea sunt (3)

Homo, che fazo, non ha cor lizero

pro *fazio* & *leggiero*.

Ma pensa e vede zo che vol mesura

pro *ciò*, *che vuol misura*.

Idem significaturus *amor già per la gioja* dixit (4)

Amor ZA per la ZOJA.

Idem *enzegno* dixit pro *ingegno* (5)

Che l' ENZEGNO mio da me.

Guido Cavalcantius pariter

In guisa d' ARZIERI furiano
Acunzo sol per uccidere altrui

dixit pro *arcieri*, & *acconcio*, &

L' anema trista en voler trazer guai

pro *tragger guai*, &

E prese l' alma che fuzia di fore (6).

Ooo Idem-

(1) *Idem ibid. pag.* 388.
(2) *Idem ib. pag.* 390.
(3) *Id. ib. pag.* 388.
(4) *Allacci ib. pag.* 386.
(5) *Id. ib. p.* 387.
(6) *Id. ib. p.* 374. 375. & 376.

Digitized by Google

Idemque fermo Lapo Florentino fuit (1)

Zovene ſana, allegra, e ſegura
Foſse mia vita fin ch' el Mondo dura.

Idem Benincaſæ Aretino

E che Za plu, or cominza la feſta (2).

Ille, qui aliquando cum Dante Aligherio vixit, Ceccus Angiolerius ita *comenza* pro *comincia* ſcripſit

E quando l' Omo comenza a cadere (3).

Eoque multo antiquior Folcalcherius

Ben vedo, che eo finiſco, e non comenza (4);

Atque ei æqualis Benincaſa Aretinus

——————*Or comenza la feſta*.

Zugno illud noſtri Chroniſtæ in carminibus Etruſci Poetæ illius antiqui deprehendimus, qui Folgore da S. Geminiano eſt appellatus (5)

Di Zugno dovi una montagneta
Coverta di belliſſimi arboſcelli.

Allaccii Codice libenter uſi ſumus hæc referentes, quod doctum, atque honeſtum virum, viderimus profitentem *Che gli ha copiati*, ex Codicibus Barberinorum, quos paullo ante antiquiſſimos eſſe, affirmaverat (6), *gli ha copiati con l' iſteſſo tenore di parlare, l' iſteſſa ortografia, l' iſteſſa articolazione, e per non moltiplicar parole, gli ha diſegnati, e non ſcritti* (7), ejuſque Codicis editorem

Aca.

(1) *Id. pag.* 401.
(2) *Id. p.* 310.
(3) *Id. pag.* 204.
(4) *Id. pag.* 312.
(5) *Id. pag.* 323.
(6) *In præfat. p.* 69. *in pr.*
(7) *Ibid. pag.* 70.

Digitized by Google

Academicum occultum *della Fucina* pariter profitentem *abbiam' osservato ancora noi la stessa puntualità nello stamparli, non appartandoci nè meno un apice dal testo mandatoci dall' Allacci* (1). Postquam enim Grammatici, Etrusci maxime certis quibusdam regulis Italicam linguam continere, & exigere voluerunt, vix est, ut in libris editis, MM: Scriptisque etiam reperire hodie possimus ingenuum tophum antiquitatis, non violatum ab emendantibus, quorum diligentiâ nescio qua antiquissimâ certe, & usitatissimâ seri nepotes sumus a veterum monumentis, qualia ipsi ediderunt, inspiciendis prohibiti. Sic Homerum integrum habere se non posse Grammaticorum culpâ, Græci querebantur, quorum majores exemplaria omnia mutaverant (2), é quorum genere & minores illi fuerunt, quos docet Gellius, corrigere ausos ea, quæ Cicero scripserat, quod cum infelicis Grammatices regulis non convenirent (3).

V Sed fuerunt, dicet Monachus noster, isthaec Etruscorum veterum carmina corrupta ab exscriptoribus Longobardis, & ad Patriæ pronunciationis modum detorta. Hanc ego opinionem mihi quoque sentio subrepere, quod in illis veteribus monumentis aliqua ita scripta offenderim, ut Etrusci pronunciare solent, aliqua ut Longobardi: Sed animi pendeo. *Si & di* Latina erant *se*, & *de*. Non Pro-

Ooo 2 vin-

---

(1) *Ibid.*

(2) *Diogen. Laert. Vit. Philos. lib. 9. in Timone Phliasio. Gerard. Joan. Vossius de arte Grammat. lib. 1. Joann. Cler. art. Crit. part. 3. sect. 1. cap. 14.*

(3) *Noct. Attic. lib. 1. cap. 7.*

Digitized by Google

vinciales modo, sed & Siculi, Bruttii, Lucani, Appuli, Calabri, Samnites, Campani, Latini, Umbri, quin & Etrusci Orientales hodieque *se*, & *de* pro *si* & *di* Florentinorum usurpant; Estque illis *e* familiarior; Litera quoque *z* frequens est in eorum verbis, eratque, & adhuc est in eorum Septentrionalium, qui Italiam invaserunt. Plurima *e* pro *i* & in exemplaribus est, quæ Etrusci, qui Florentinis maxime Academicis Furfuraceis obsequebantur, prodiderunt, & *z* pro *c* (1), & hoc ipsum nostrum *se fece* pro *si fece* in Guittonis epistolis, quas Redius Florentinis illis maxime addictus edidit *credo che piacesse a lui di poner voi tra noi, per fare meravigliare, e perche foste ispecchio, e miradore, ove SE provedesse, e agienzasse ciascuna piacente, e valente donna* (2). Jacobi quoque illius Tudertini *cantica*, quæ Academici illi Florentini plurimi facere consueverunt, & antiquissimæ non Italicæ modo, sed & Etruscæ linguæ habent fontes, plena sunt *e* pro *i*, & *z* pro *gi* a primo usque *cantico*, quo ille opem a Deipara Virgine petit

Lo mio cor è feruto,
Madonna, nol so dire,
Et a tal è venuto,
Che com enza putire,
No dejate soffrire
De volerm' ajutare.

Idem Jacobus cantico XXIV hæc scripsit

Fatto logiorno, et io or comenzava

Qual

(1) *Redi ditir. in not. pag.* 18. *v.* 5. *p.* 152. 254. 173.

(2) *Ib. pag.* 171.

Qual più mencalzava quello prendea,
El dì se ne gìa, ed ecco la notte
A darme le scorte com el era usata.

Ejusdem sunt illa *enferno comenzato*, *d'un reo comenzamento* (1), *encomenzaro la villania* (2), *messer sel matrimonio se usà* (3), *nose deggono occultare* (4), *si se trova en penetenza* (5), *dura morte me se dia* (6), *de questi doi legami dolorosi* (7), *doi scudi a collo* (8), *doi rami ce vidi entanno* (9). Hæc Jacobo illi Tudertino, cum sint perpetua, quem magnâ ex parte linguæ Etruscum esse, existimant Academici Florentini, & Jacobus Corbinellus arbitratus est, maxime, qui illius cantica, & Machiavelli opera, ut optimos Italicæ linguæ auctores interpretabatur Henrici III Galliarum Regis præceptor (10), forti esse argumento mihi videntur, Etruscis eum fuisse sæculo XIII sermonem, quem & Jacobo Tudertino, & Chronistæ Gryphiano fuis-

(1) *Ib. p. 271.*
(2) *Cantic. 34.*
(3) *Cantic. 43.*
(4) *dict. cant. 43.*
(5) *C. 47.*
(6) *Ibid.*
(7) *Cant. 48.*
(8) *C. 50.*
(9) *C. 56.*
(10) *C. 89.*
(11) *Guilelmus Postellus in epist. ad Corbinellum in præfat. ad Bellamano di Giusto de' Conti edit. Parisiens. Davila lib. 6. historiæ Gallicæ ad an. 1570.*

Digitized by Google

fuisse pariter, comperimus. Confirmat hoc argumentum eorum verborum quantitas, quæ hodie Etrusci non usurarent; vix est enim, ut credam, adeo dormitavisse Librarios, & exemplaria turbare, & corrumpere adeo voluisse. Poetas antiquos a Juntis editos anno MDXXVII videre non potui; Sed mihi Pisis degenti vir doctus, a cujus nomine abstineo, ne illum exponam Monachi undequaque furentis, & nemini parcere sueti morsibus, nuper Florentiâ scripsit, pauca esse, in quibus Allaccianæ illæ antiquæ locutiones ab iis differant, quas Florentini Juntæ Poëtis antiquissimis tribuerunt, & *e* pro *i*, & *z* pro *gi* quamplurimas in libro Juntarum esse. Denique & illud expendo auctorem libri antiqui *de vulgari eloquentiâ* scripsisse, elegantiam, diligentiam, aulicumque eloquium Guittoni Aretino, Gallo Pisano, Brunetto Latinio, aliisque Thuscis antiquissimis penitus defuisse (1) *post hæc veniamus ad Thuscos, qui propter amentiam suam infruniti titulum sibi vulgaris illustris arrogare videntur. Et in hoc non solum plebejorum dementat intentio, sed famosos complures viros tenuisse comperimus.* Hæc suboluisse videntur & Academico illi occulto *della Fucina*, qui Allaccianos Poëtas edidit, cum animadvertisset ille Cecchi Angiolerii carmina pleraque cum Longobardis locutionibus esse etiam in Codice Florentino, qui Barberinis obvenerat ex Bibliothecâ Strozzianâ *in Cecco Angiolieri facetissimo Poeta Senese, del quale vedi la novella 83 del Boccaccio, osserva, che i primi tre Sonetti sono puri Toscani, dove tutti gli altri seguen-*

(1) *Lib. 1. cap. 13.*

guenti Lombardeggiavano a più potere, il che se sia vizio del Codice, che fu del Signor Carlo Strozzi, ed oggi è dell' Eminentissimo Barberini, averiamo molto a caro sapere, perche molti frammenti, che ne adduce Monsignor Ubaldino nella Tavola del suo Barberino, tutti sono alla foggia de' tre primi; ond' è bello il sapere, se il miglioramento è farina dell' Ubaldino, o de' suoi Codici; Tanto maggiormente, che non solo negli autori, ma ne' versi medesimi mandatici dall' Allacci osserviamo la stessa diversità = E tanto basti per ora aver' accennato intorno ad una materia, la qual richiederebbe molto più lungo ragionamento (1). Ergo, mi Guido, alterutrum tibi eligendum offerimus, ingenuine sint ab Allaccio editi Poetæ antiquissimi Etruscorum, an a Scriptoribus forte Longobardis corrupti. Utrumque nos tuetur, & antiquitatem Chronistæ Gryphiani, cujus locutio simillima est marmoris Pisani locutioni. Si ingenui, jam constat antiquitas Chronistæ nostri, qui ita scripsit, ut antiquissimi Etruscorum scripserunt. Si corrupti a Librariis Longobardis, corrumpi pariter aliquâ ex parte a Librario Bononiensi Bologninii particulam Chronici Gryphiani potuisse feras, necesse est, manebitque similitudo, quam expendimus, Pisani marmoris, & Chronici Gryphiani, sublatis iis, quos tu meros *Lombardismos* appellavisti.

VI Cum veró multa in omnibus libris Librariórum peccata fuisse, exploratissimum sit; cum tu, Guido, in tuos multa rejeceris, ne qui tua legede-

(1) *Præf. agli antichi Poeti dell' Allacci pag. 74. 75.*

Digitized by Google

rent, errata tibi imputarent (1), quo jure, qua ratione, quo vultu pœnas a me poscis perperam descriptæ Ferrariensis inscriptionis, quas a meo librario exigere debuisti, indeque occasionem cacaptasse ridendi, quod Tauris dedicatum Templum fuisse scripserim a Ferrariensibus Georgio dedicatum (2) *ma perche ci avete recata questa iscrizione alquanto stroppiata massimamente scrivendo nel secondo verso*

Fo questo tempio a TORI consecrato: piacemi di rapportarla quì più sinceramente trascritta, perche non abbiano a dolersi i Signori Ferraresi della taccia, che voi in essa date loro, d' aver durato fin al 1135 *ad esser idolatri adorando i buoi, e dedicando ad essi il maggiore, e principal Tempio della Città, come dagli Ebrei fu già adorato il Vitello d' oro*. Scripseram ego annum Christi MCXXXV in eâ inscriptione commemorari; scripseram versus illos inscriptos fuisse Altari Templi *Cathedralis* Ferrariensium *l' iscrizione, che si leggeva già sopra l' arco dell' Altar maggiore della Cattedral di Ferrara, riportata nel proemio delle rime scelte Ferraresi, mostra che nel secolo XII ancora &c.* (3). Qui Ferrariensibus tribuat rationem temporum, qua uni Christiani utuntur, & Templum Episcopale, is certe Taurorum cultum Ferrariensibus minime tribuit. Erat hominis bene instituti, & ad humanitatem compositi, quod

(1) *Epistol. ad Aver. epist. pag* 47. *ed. Flor. Vindic. pag.* 56. 66.
(2) *Nuova difam. part.* 1. *c.* 5. *num.* 8. *pag.* 62.
(3) *Second. dif. lib.* 2. *cap. ult.*

Digitized by Google

quod TORI ſcriptum eſſet æqui bonique conſulere, illudque clementer interpretari, & præter auctoris voluntatem irrepſiſſe exiſtimare; nihil eſt iniquius, nihil durius, quam ex uno verbo Scriptori ſententiam affingere cum abſurdam, tum verbis aliis ejuſdem proximis manifeſto contrariam *ſunt paſſim* ita in arte Criticâ Joannes Clericus (1) *graviſſima menda, quæ pro verâ lectione, manifeſto repugnante ſententiâ, aut linguæ ingenio, aut Scriptoris ſtylo, ſtultum eſſet obtrudere, & quæ in re clarâ ne memorari quidem neceſſe eſt.* Scilicet Florentinus Typotheta, dum ego Piſis eſſem, voci *Zorzi*, cujus ſignificationem non intelligebat, *Tori* ſubſtituit, diminutum aliquem *Salvatore*, aut *Vittorio* Italorum veterum more divinans, quemadmodum & alia mutavit, quæ perperam ſcripta eſſe, arbitrabatur *nel millecento trentacinque nato* pro *il mille cento &c.*, *Scultore* pro *Scolptore*, *Niccolo* pro *Nicolao* vetera illa in recentiora convertens; quod ſæpe factum eſſe, Gellius animadvertit (2), indeque veterum libris multa eſſe addita, multa detracta, inque iiſdem multa novata. Quamobrem ridiculus ſane ſit oportet,& otioſus,& levis,& futilis Hieronymus quidam Baruffaldus Ferrarienſis,qui ob hanc cauſſam Guidonis Grandii artibus ſtimulatus, & in me commotus, mihi bellum inferre dicitur, & librum jam conflaſſe, propediem edendum, cui titulum inſcripſerit *Ferrara nata Cattolica contro Bernardo Tanucci*. Næ in hominem iſtum, quem Grammaticum eſſe merum, nuper mihi dixit Nobilitate, ſapientiâ, humanitate præ-

 cla-

(1) *Part 3. ſect. 1. cap. 17. num. 3.*
(2) *Noct. Attic. lib. 1. c. 7. & cap. 21. lib. 9. c. 14.*

Digitized by Google

clarissimus Cardinalis, Ferrariensium decus maximum, quadrat quod scripsit de Grammaticis Athenæus, eis, medicis exceptis, *esse neminem stultiorem* (1). Ego vero Catholicam natam esse Ferrariam, affirmo. Non invidebunt hoc illi decu- nobilissimæ Civitates, quæ antiquitate gloriantur, non Roma ipsa caput orbis Christiani, quæ, cum fiverit, Constantinopolim eâ se laude jactare, quam tuæ tu Patriæ tribuis (2), Baruffalde, Constantinopoli semper cum profanis, tum sacris honoribus præstitit. Cur ergo nubem pro Junone verberas, Baruffalde? Cur in Republicâ literarum errantem illum Hispanum equitem agis, qui molas pro gigantibus impetebat, & Deiparæ signum solemni pompâ circumlatum pro virgine raptâ ulciscendum sibi esse, existimabat? Si non es aliis aptus scribendis

Mater a est, mihi crede, tuis aptissima chartis
Deucalion, vel, si non placet hic, Phaëton.

Quod ad me attinet, quem non læsus, non provocatus, mordendum tibi suscepisti

Adlatres licet usque nos & usque,
Et gannitibus improbis lacessas,
Non deerunt tamen hac in urbe forsan
Unus, vel duo, tresue, quatuorue,
Pellem rodere qui velint caninam.
Nos hac a scabie tenemus ungues (3).

Con-

(1) *Lib.* 15. *in princip.*
(2) *Liban. orat.* 13. *Sozomen. lib.* 2. *cap.* 3. *historiæ Eccl. Orosius lib.*7.*cap.* 28.
(3) *Martial. lib.* 5. *ep.* 60.

Digitized by Google

Confutantur ea, quæ Grandius opposuit testimonio Rainerii Grancii.

CAP. IX

SEcundum antiquitatis gradum tribuit Taurellius Rainerio Grancio, cum vetera testimonia inventarum Amalphiæ Pandectarum afferret. Vidimus, Grancium circa annum Ch. MCCCL carmen condidisse de prœliis Thusciæ; Vidimus, carmen illud a Taurellio lectum fuisse (1). Vidimus facile difflari suspiciones, quibus hominem onerare Grandius conatus est (2). Scriptorem denique esse, vidimus, cui fidem adhibendam esse nemo neget, qui æquus sit rerum æstimator, qui sit historicis æstimandis assuetus. Atque ita pleraque confutavimus, quæ Grandius in epistolâ ad Averanium (3) & in libro Faventino (4) adversus Grancium iniquissime disputavit. Clarissimus Muratorius opus Grancii edendum censuit inter eos, qui scripserunt antiqui res Italorum (5), eumque commendans, cum excusasset ejus obscuritatem *inter has tenebras*, inquit, *nonnulla sunt*, *imo*

 non

(1) *Epist. ad Acad. Etrusc. cap. 4. num. 4.*
(2) *Cap. 6. num. 5.*
(3) *Ibid. num. 6*
(4) *Epist. ad Averan. art. 16. & in not. pag. 75. Nuova disamina part. 4. cap. 5. & cap. 6.*
(5) *Rer. Italic. tom. 11. pag. 287.*

Digitized by Google

non pauca; quæ intelligas, & alibi frustra quæras. Plura etiam mentis acie adhibitâ assequaris, si reliquarum Thusciæ historiarum facem carmini huic adhibeas. Iis, quæ hoc opus utile faciant, paullo post addidit vir sapientissimus Pandectarum inventionem in Amalphitanâ direptione narratam *neque insalutata dimittenda sunt, quæ is lib. IV habet de antiquissimis Pandectis, quas Populus Pisanus in depopulatione Amalphitanæ Civitatis anno 1136 inventas, tamquam mirabile trophaëum in patrium solum avexit. His verbis rem tradit Raynerius noster, omnium, quos novimus primus*

Malphia Parthenopes datur, & quando omne per (æquor
Unde fuit. liber Pisanis gestus ab illis
Juris, & est Pisis Pandecta Cæsaris alti (1). Fides est hac editione aucta Taurellio, qui librum Grancii laudaverat, quo Pandectarum inventionem illam probaret in epistolâ ad Cosmum Principem Etruscorum, quæ Pandectis Florentinis editis adjecta est.

II Opposuit huic testimonio Grandius in Vindiciis, postquam in epistola ad Clarissimum Averanium illud omnino contempsisset, obscurum esse, & nos incertos relinquere an Amalphi, an Neapoli, an aliunde Pandectas advexerint, *verum adeo subobscure, ut nescias, an Amalphi, an Neapoli, an aliunde illas Pisani advexerint.* Dubitationes vero illas suas, quæ integris a studio partium hominibus Taurellio, Muratorio subortæ & for-

(1) *Pag. 29. & 30.*

Digitized by Google

fortasse Volaterrano non erant, ita proponit *Pisanis in mentem revocat eorum antiquam originem, Nunc o Pisa, meum, tibi carmen sit documentum &c. Tunc praeclara maiorum facta commemorans, praestitum Æneae auxilium, Lucenses domitos, Montis aperti praelium, expeditionem Hierosolymitanam, devictas Senas, pugnam ad Meloriam, ac nescio quae alia his interspersa subiit*

Affrica Pisano quando auspice fertur Hugone
Malphia Parthenopes datur & quando, omne per (aequor
Unde fuit liber Pisanis gestus ab illis
Juris, & est Pisis Pandecta Caesaris alti
Civibus adjunctis animo mente atque fideli.

commode interpretari illam quis potest, quasi facta prorsus distincta celebraret, subactam Affricam, deinde Amalphim expugnatam, tum Parthenopem captam, alia vero longo maritimo itinere advectos Juris Caesarei libros, unde unde acceptos ac forte e Constantinopoli; sic enim minus exaggerata erit expressio illa, omne per aequor, quam si ad brevem, ac ferme litoream Tyrrheni maris navigationem restringatur. Monachus noster hoc loco penitus ineptivit, & cum Pisanam, tum Etruriae universae historiam sese ignorare, ostendit apertissime. Affingit Grancio, quae non dixit ille, & facta, quae narravit Grancius, invertit, & mare coelo perperam miscet. Expeditionem Hierosolymitanam hic Grancius nullam commemoravit, quam ab eo commemoratam furens ille Guido proposuit. Pugnam ad Meloriam, qua Pisani victi sunt praelio illo celeberrimo, quo pene concidit

eo-

eorum Respublica (1) anno MCCLXXXIV, *inter præclara majorum gesta* a Grancio commemorata recenset. Libro Faventino conatus est invenire in Chronicis Pisanorum *pugnam ad Meloriam*, qua Pisani victores fuerint, tribus allatis, quarum nulla est ad Meloriam (2); prima enim anno MLXXVIII dicitur in allatis ab eo Pisanis Chronicis *ad fauces Arni*, altera anno MCXXII pariter *ad fauces Arni*, tertia anno MCCXLI *in aquis Pisanorum ad Zigium* quod est Igilium insula Pisanorum non longe ab Ilva; ambæ insulæ sunt *in aquis Pisanorum*, quod ex Pisanorum & Januensium monumentis omnibus patet, & ex *Lexicis* omnibus Geographicis Monacho nostro discendum erat, qui hoc librorum genere maxime delectatur. Recenset Grandius *inter præclara veterum Pisanorum gesta* a Grancio narrata *Devictas Senas* quod Grancius scripserit

—— Mons ipse & apertus
Protestatur adhuc bello occubuisse in eodem
Gens sociata sibi tunc Florentina per omnis
Nomine Jordanis bellat cum fortiter illic
Sanguinis egregii natus de Gente Aliana
Regi Alemaniæ Capitaneus atque fidelis
Ipse Manufredi debellat cum bene decem
Millia viginti ductis sub captivitate

Inde

(1) *Tronc. annal. Pis. ann.* 1284. *Foglietta histor. Januens. lib.* 5. *Malespin. hist. Flor c.* 221. S. *Antonin. hist. part.* 3. *tit.* 20. *c.* 6. §. 1. *Ptolom. Lucensis hist Eccl. ad annum* 1284. *rer. Ital tom.* 11. *pag.* 1294.

(2) *Nuova disamina part.* 4. *c.* 6. *n.* 10. & 11.

Digitized by Google

Inde Senas, anni currebant mille ducenti
Sexaginta, sibi junctis, & omnibus uno;
Narrat hoc loco Grancius celebre prælium, quo Ghibellini Guelphos vicerunt ad Montem apertum anno MCCLX, qui Pisanus erat MCCLXI, Manfredi, qui Conradi Regis nomine Siciliam utramque administrabat, auspiciis; Victores Ghibellini fuerunt Senenses maxime, & Pisani. Jordanus Comes Alianensium pro Rege imperabat Ghibellinis; capta multa millia Guelphorum sunt, quæ viginti fuisse, scribit hoc loco Grancius, eique Pisanorum Annales Ughelliani consentiunt *in quo quidem mortui fuerunt decem millia, & capti, & Senis ducti XX millia* (1), & Volaterranus (2); Villanius, qui Florentinus erat, pauciores captos fuisse tradidit (3). Sunt hæc Etruscis lippis, & tonsoribus nota, quæ Grandius penitus ignoravit. Alios docebunt Ricordanus (4), Ptolomeus Lucensis (5), Buoninsegnius (6), Scala (7), Troncius (8) præter Villanum Seniorem, quem paullo ante laudavimus. Senas itaque caput Ghibellinorum, vicinamque Monti aperto Urbem captivi ducti sunt; Senæ non victæ a Pisanis, ut rudis iste Monachus histo-

(1) *Tom. 6. rer. Ital. pag. 193.*
(2) *Geograph. 5. rer Florentinorum.*
(3) *Lib. 6. Chron. cap. 77. & seqq.*
(4) *Stor. Fior. cap. 165. & seqq.*
(5) *Annal. ann. 1259., & seqq. rer. Ital. tom. 11. p. 1282, & seqq.*
(6) *Storia lib. 1. pag. 54., & seqq.*
(7) *Scala hist. lib. 4.*
(8) *Annal. Pis. ann. 1251.*

Digitized by Google

historiarum somniat, sed cum Pisanis Senenses vicerunt Florentinos. Ergo Grancius, suos hoc loco Cives ad concordiam hortabatur, concordiâ res præclare, & utiliter ab eorum majoribus gestas commemorans, discordiâ vero res male gestas; Illis victoriam addit ad Montem apertum, Africam domitam, Malphiam captam; his pugnam ad Menariam, si ea Plinii nostra Melora est, quæ discordibus Pisanis (1) male cessit

Aspice prius eos domitos quam facta .....
Pugna foret illis sed tunc obtenta Meloræ.

Ante illud bellum Pisani Januenses domuerant, cum concordibus essent inter se animis, eoque prælio etiam vicissent, nisi illis victoriam discordia præripuisset, quod ad Meloram actum est. Clarissimus Muratorius lacunam reliquit post verbum *facta*, adeoque non possumus satis explicare hunc Grancii locum; neque enim Grandio fides est adhibenda, qui verbo *superbos* lacunam implet; peccare enim, & mentiri, & nobis imponere consuevit fictis non verbis modo, sed & libris *Diomedis Bravæ de interpolatione Gratiani*; idem *antiquior* scriptum in Chronico Morenæ pro *antiquo*, & literis rubris scripta multa Gratiani, falso affirmavit, aliaque similia mentitus est. Eodem libro Grancii Muratorius est usus, & Grandius (2). Cur itaque Muratorius lacunam relinquit, Grandius verbo *superbos* lacunam implet?

III

(1) *Tronci ann. ad ann.* 1284. *S. Anton. hist. part.* 3. *tit.* 20. *cap.* 6.

(2) *Grandius in epist. ad Averanium in not. pag.* 75.

Digitized by Google

III In libro Faventino noluit Grandius sese errasse aperte fateri; sed ita loquutus est, ut facile intelligamus superbissimum hominem sese errasse sentire *avvezzo*, de se ista scribit *alle chiare idee della Geometria, non ha avuto pazienza da fermarcisi molto sopra per penetrarne il vero senso = Comunque siasi l'oscurità dell' autore, è sufficiente scusa per chi non lo ha inteso abbastanza, come avete fatto voi* (1). Sed quod facere levia solent ingenia, quæ Celsus notat (2) quod *nihil sibi detrahant, quia nihil habent* obstinate recoquit errores suos, & dum excusare illos conatur, alios fundit *mi reca però meraviglia, che il Granchi riferisca una tal vittoria in proposito di ricordare ai Pisani le prodezze de i lor maggiori, quando non ebbero che far nulla in quell' impresa; imperocchè le stesse Croniche Pisane riferiscono questo fatto come una cosa straniera senza rammentare, che i Pisani v' intervenissero*. Ptolomeus Lucensis in annalibus Senenses, & Manfredum commemorat, additque illis alios Thusciæ Ghibellinos *Manfredus majorem Theutonicorum militiam Senas mittit, qui cum Ghibellinis Thusciæ nostros invadunt, primamque aciem in fugam vertunt* (3). Ricordanus æqualis ei bello Pisanos aperte commemorat *i Senesi mandarono per ajuto ai Pisani, e a tutti i Ghibellini, onde si trovarono avere in Siena mille ottocento Cavalieri* (4), eosque paullò post inter Ghibellinos cum Manfredo fœderatos re-

Qqq cen-

(1) *Nuova difam. part. 4. cap. 6 num. 8. 9. &c.*
(2) L. 8. *cap. 4. de re Med.*
(3) *Rer. Italic. tom 11. p. 1283.*
(4) *Stor. Fior. cap. 165.*

Digitized by Google

censet (1). Pisanos post Joannem Villanum Buoninsegnius eodem modo inter Ghibellinos fuisse, narravit *in questo tempo i Caporati Ghibellini di Pisa, e di Siena, e di tutte le altre terre di Toscana insieme col Conte Giordano* (2) *e tanti ne a cozzarono i Senesi, che in tutto congli usciti di Firenze, e certi mandati da i Pisani, ed altri furono circa dugento centinaja*. Bartholomæus Scala celebris historiæ Florentinæ Scriptor prælium his verbis narrare incipit *id vero cunctabundos Germanos equites, & Senensem omnem turbam, cum Pisanorum in eam causam, cæterorumque præterea sociorum accitis auxiliis, ita animavit, atque exacuit virtutem, ut Jordanus Regius Dux, cui Ghibellini, & Senenses totam belli curam*, &c. (3). Chronica alia Pisanorum, quæ ex Bibliothecâ Laurentianâ a diligentissimo Biscionio eruta clarissimus Muratorius duobus ab hinc annis edidit (4), Roberto, ejusque Nepotibus Neapoli imperantibus scripta fuisse illa, docens, adeoque centum plus minus annis post illud prælium, Pisanos Senensibus auxiliatos fuisse, testantur *nel mille dugento sessant' uno li Pisani, e li Senesi con altri Ghibellini di Toscana isconfisseno li Guelfi a Monteaperto*. Hoc veterum Scriptorum globo uti, si saperes Guido, deberes, quó Pisana illa brevissima Chronica, quæ ab Ughellio primum edita sunt, fatiscere sæpe suspicareris, quóque Pisani illius Chronistæ paucilo-quium

(1) *Cap.* 173.
(2) *Lib.* 1. *p.* 56. & 57.
(3) *Lib.* 4. *p.* 127.
(4) *Tom.* 15. *rer. Ital. pag.* 978.

quium, & temperantiam admirareris, abstinentis a celeberrimæ victoriæ laude suis tribuendâ, qui primi non fuerant illius belli, & illius auctores inferendi non fuerant, sed inferentibus principaliter Senensibus auxiliati sunt; quo denique a nobis tibi indicato, latam, crassamque tuam historiæ omnis inscitiam agnosceres.

IV Jam vidimus non intelligi a Guidone carmina Grancii, illumque sese penitus illa intelligere non posse, confitentem audivimus. Quis itaque stultitiam hominis non miretur, qui scriptoris, quem non intelligit, interpretationem novam, & inauditam, quam ipse finxerit, excipiendam nobis esse, contendat? *Omne per æquor* inquit *nimis exaggerata expressio est, si ad brevem, ac ferme littoreum Tyrrheni maris navigationem restringatur*. Cum itaque scripserit Grancius, Pandectas *omne per æquor* delatas esse, non Amalphiâ, sed Constantinopoli delatas fuisse Pandectas, si Grandium audimus, Grancius indicavit. Quis ignoravit unquam Grammaticus verbum *omne* accipi consuevisse de eo, quod ad rem, ad factum, quod tractatur, pertineat postquam docuit Aristoteles πάντας ἀντὶ τοῦ πολλοῦς sæpe usurpari (1), postquam Virgilius de eo, quod venaturis Æneæ, & Didoni unum immineret, Cœlo dixit (2)

Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt
Desuper infundam, & tonitru Cœlum omne ciebo;
Diffugient comites ....

(1) Poetic. lib. 1. cap. 25.
(2) Æneid. lib. 4. vers. 123.

deque minore etiam Cœli spatio (1)

—— —— —— —— —— tum pondere turris

Procubuit subito, & Cœlum tonat omne fragore,

et de æquore, quod Mœris videre posset

Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes,

Aspice, ventosi ceciderunt murmuris auræ (2),

postquam *omnis ora maritima* pro unius Græciæ ora ab Antiocho est apud Livium usurpata (3), postquam alia hujus generis plurima Scriptores veteres laudatissimi protulerunt (4) ? Ergo *æquor omne* Grancii est Tyrrhenum illo longe amplius, quod potuit Mœris Virgilianus aspicere. Esse veró illud unum, & accipi cogit oratio ipsa, in qua Malphia Parthenopes tantummodo commemoretur. Absolverat periodum Grancius de Africâ victâ a Pisanis:

Africa Pisano quando auspice fertur Hugone,

aliamque subjunxit de aliâ omnino victoriâ

Malphia Parthenopes datur, & quando omne per
(æquor,

Unde fuit liber Pisanis gestus ab illis.

Duo illa *quando* duas victorias duntaxat a Grancio propositas fuisse, indicant, & *unde* illud ad proximam pertinere, ne si dicamus ad omnia superiora extendi, nihil nos videatur de loco Pandectarum Grancius docuisse. Tribuendæ enim Pandectæ essent Amalphiæ, Africæ, aliisq; etiam locis, quæ sunt ante Africam commemorata. Locum Pandectarum voluit Grancius indica-

(1) *Lib.* 9. *v.* 541.
(2) *Eclog.* 9. *v.* 57.
(3) *Lib.* 35. *num.* 44.
(4) *Jo: Cler. Critic. part.* 2. *sect.* 2. *cap.* 6.

Digitized by Google

dicare, qui unus esse debuit, cum unæ Pandectæ essent; Facile illi erat duos illos versus, quibus Pandectarum acquisitio narratur, alii cuicunque loco subjungere, cum integri essent, & de unis Pandectis. Duo bella, duo loca Grancius illis versibus significavit, alteri, qui Amalphia est, inventionem Pandectarum attexuit; Ergo Amalphiæ inventas Pandectas fuisse, signficavit. Grandius post duo illa bella, aliud factum a Pisanis significari comminiscitur, quod Grancius unis illis verbis narraverit *omne per æquor, unde fuit liber Pisanis gestu ab illis*, sunt enim hæc illius verba *omne per æquor interpretari quis potest, quasi facta prorsus distincta celebraret, Subactam Africam, deinde Amalphim expugnatam, tum Parthenopem captam, aliás vero longo maritimo itinere advectos juris Cæsarei libros, undeunde acceptos, ac forte è Constantinopoli*. Ergo, ut Guidoni morem geramus, Grancium ineptissimum ita fuisse cogimur affirmare, ut illis unis verbis *omne per æquor* unam integram periodum construxisse videatur, quæ nullo verbo regatur; & cum *omne illud æquor* incertus sit locus, cui *unde* non conveniat, non *unde* dixisse Grancius videatur, sed *undeunde*, ut nullus certus locus Pandectis a Grancio tributus sit, possitque Guido ad Constantinopolim illud *undeunde* contrahere. Hæc puerilia, hæc absurda, hæc a naturâ, hæc ab usu communi alienissima Mathematicus cogitavit, hæc affirmavit. Scio, doctissimos homines, qui disciplinis Mathematicis claruerunt, immeritos vapulasse ab Empirico, Josepho Scaligero, Christiano Thomasio, aliis, *quod jactent, se dare posse demonstrationem infinitorum, imo impossibilium, quo nihil esse potest a veritate & a primis cognoscendi principiis alie-*

alienius (1) . Sentio , Monachum istum nostrum , aut minime Mathematicum habendum esse, aut Mathematicis omnibus , & universæ disciplinæ magno esse dedecori , qui contra *veritatem, & prima cognoscendi principia* illis unis verbis *omne per æquor* superstruat *Pisanos omne per æquor navigantes aliquo in loco, fortasse Constantinopoli* , *Pandectas invenisse , inventasque Patriæ suæ quæsivisse.* At inquit in libro Faventino (2) , non verba *omne per æquor* narrationem novam inchoant quæsitarum Pisanis Pandectarum *diciamo che cominci dall' & quando* adeoque Grancio hanc fuisse sententiam , *& quando omne per æquor unde fuit liber Pandectarum gestus* quia illud & est ad aliam sententiam digredientis. Scilicet tu posthac Poeta, tu Grammaticus , tu Latinum aliquid novisse tibi videberis , qui Latinorum cum Poetarum , tum Oratorum hyperbasim ignoraveris , quam nemo hactenus ignoravit , qui Grammatices attigerit elementa? Quis non videt, & *quando* ad priora verba de Amalphiâ captâ pertinere , singulis factis singula & *quando* Poetam adjecisse , ut facta sejungerentur

Africa Pisano quando auspice fertur Hugone ,
Malphia Parthenopes datur & quando omne per (*æquor* ?

Objicit ex Jurisprudentia Fori illud *perche copula & inter duo extrema posita, diversitatem ponit inter copulata come osserva il Bellonio* . Si duæ sunt integræ orationes , quæ interiectam & habeant , vera regula : si quæ verba copulam illam circum-

(1) *Thomasius cautel. cap. 11. n. 18. & seqq.*
(2) *Nuov. disam. part. 4. cap. 5. num. 5.*

Digitized by Google

cumstant, constare non possint, nullam habeant significationem, nisi conjungantur, ineptissima regula. Decidas ergo, mi Guido & Horatiana illa *Tua Cæsar ætas fruges & agris reddidit uberes*; Decidas illa alia *herbasque quas & Colchis, atque Iberia mittit venenorum ferax*, Decidas Virgiliana *largior hic campos æther & lumine vestit purpureo*, illa alia *venimus & proni certantibus æquora remis*; Dividas Ciceroniana illa de Marco Aemilio Lepido Oratore *hoc in oratore primum mihi videtur & lenitas apparuisse illa Græcorum*; illa *formantur autem & verba*; illa *homo & in causis exercitatus*, alia mille.

V. Surdo cecinimus; perstitit ille in absurdissimâ sententiâ, & quó pulverem inijceret oculis imperitorum, eorumque mentes distraheret versusGrancii ita vertit Italice *si potrebbono* (1) *tradurre gli accennati versi del Granchi nella nostra lingua così*

Quando presa fu l' Affrica da Ugone,
Indi Amalfi, e poi Napoli acquistato;
E quando le Pandette da i Pisani
Per gran tratto di mar portate furo.

Sed verbum verbo non reddidit interpres infidissimus; Duæ erant duntaxat bellicæ acquisitiones narrandæ Africa, & Amalphia. Neapolim non adquisiverunt Pisani, quæ ab anno MCXXXIII, quo non dum fuerant in eâ regione Pisani, ad annum usque MCXXXVIII, non Rogerio, sed Sergio paruerat

(1) *Nuova disamin. part. 4. cap. 5. num. 3. & 4.*

rat qui Roberto Principi Capuanorum, adeoq; Pisanis ipsis amicus erat, & fœdere junctus, teste Falcone. Quare bene, ac prudenter clarissimus Muratorius animadvertit *Parthenopem* hoc loco a Grancio adjectam *Malphiæ*, ut unam Amalphiam significaret haud ita notam exteris Civitatem, & cum Melphiâ Appulâ confundendam, nisi celeberrimæ jam a Caroli Andegavensis regno Neapoli jungeretur, cui Amalphia proxima est. *Sed*, inquit clarissimus Muratorius (1), *fidem ignoto huic Graeculo non facile hac in re adhibendam censet Grandius, cum ille Scriptor ducentis atque amplius annis post Amalphitanam direptionem rem tradiderit coævis Scriptoribus plane incognitam, ac praeterea se imperitum ostendat, ubi Melfiam sive Malphiam pro Amalfi accipit, quæ sane diversæ Urbes, in Apuliâ una, in Principatu Salernitano altera in Regno Neapolitano olim fuere, & adhuc sunt. Quod est ad postremum hunc Poetæ errorem, eidem styli barbaries quodammodo excusationem parabit. Certe ille Amalphim indicare voluit; fieri enim non potuit, ut Pisanorum classis Melfiam Mediterraneam Civitatem diriperet. Is vero Melfiam Parthenopes in eum finem appellasse videtur, ut Civitatem Amalphim paucis passuum millibus Neapoli distantem indicaret, atque a Melfiâ distingueret*. Reponit Grandius, Parthenopem hoc loco recto casu expressam, non secundo, etsì Parthenope plerumque primo casu dicatur, Parthenopes vero secundo; adeoque hoc Grancii versu significari & Amalphiam, & Parthenopem Pisanis quæsitas *al che potrebbe replicarsi in difesa di tal cir-*

(1) *Præfat. ad Poema Granchii rer. Italic. tom. 11. pag. 287.*

circostanza, benchè non essenziale alla congettura, che a questo buon' uomo styli barbaries quodammodo excusationem parabit, come dice il Signor Muratori, essendo egli capace d' aver preso il nome Parthenopes come nominativo, il che da altri o per isbaglio, o per licenza poetica trovo essere stato usato (1). En usitatum Monacho effugium! Ejus nulla constare potest ratiocinatio, nisi omnia monumenta aut falsa dicat, aut depravata, stupidos, mendaces, impostores homines omnes, historiæ denique, & Grammatices imperitos. Paulo ante imperitum historiæ Cujacium, nunc Grancium grammatices fuisse illi existiment, necesse est, qui adversario huic nostro assentiantur. At quid, Guido, respondes Falconi, qui Parthenopem neque captam, neque capiendam fuisse, docet, Pisanis, quorum amicis Civitas illa parebat? Falsa est ergo quocunque vertatur tua illa interpretatio *indi Amalfi, e poi Napoli acquistato*. Falsam etiam esse illam, monstrat verbum *unde*, quod tu præteriisti, quoque apertissime refertur ad Amalphiam acquisitio Pandectarum, nisi illud, ut tu fecisti, deleamus; nullum enim locum alium certum habebimus, ad quem *unde* referatur si a Parthenopeâ Amalphiâ illud penitus abscindatur. Sensit hoc Monachus *mi rimarrebbe solamente*, Neapolim enim captam a Pisanis non fuisse, ignorabat, idque non videbat interpretationi suæ maxime adversari, *qualche scrupolo circa quella particella unde, non apparendo a qual luogo si riferisca* (2). Sed, ut est summâ

Rrr pro-

(1) *Nuova difam. part. 4. cap. 5 num. 6.*
(2) *Nuov. difam. part. 4. cap. 5. num. 8.*

protervià homo, & impudentià, concussit fœcundum ineptiarum pectus; indeque exprompsit *unde* illud, non esse ad locum certum, qui fuerit antea commemoratus, referendum, sed ideo usurpatum, ut *undeunde*, sive *undecunque* significaret *si spiega undeunde, oppure undecunque, cioè da qualunque luogo fosse quel libro portato*. Ineptissimam explicationem uno allato Tertulliano probare conatus est, quo temere abusus est, ut eum in rem suam cogeret, ad quam minime pertinet. *Si ergo*, sunt Tertulliani verba (1), *ex jam factis rebus alia Deus proferens ostendit per Prophetam, & dicit quid unde protulerit, quamquam possimus UNDE illas protulerit æstimare, dum ne ex nihilo; jam enim facta erant quædam, ex quibus prolatæ videri possent*. Tenebras nobis sese offundere posse putat, & ita Tertullianum interpretatur *se Dio dalle cose già fatte cavandone altre ci mostra per il Profeta, e ci dice di che sia fatta qualunque cosa, benchè stimar potessimo, ch' ei le traesse donde si voglia purchè non dal nulla, giacchè alcune cose vi erano già fatte, da cui ci poteva parere, ch' ei le cavasse*. Sed longe propior Latinis bonis, longeque Monacho hoc petulante politior Tertullianus non adeo barbarus fuit, ut inusitatâ loquendi ratione uteretur. Qui generalia tractabat Tertullianus facta jam, & alia ex jam factis facta, docuit, nos, si nova ista inquireremus, posse æstimare ad quod vetus factum referremus novum aliquod, dummodo non referremus ad nihilum: *possimus unde illas protulerit æstimare, dum ne ex nihilo* scripsit ille postquam scripse-

(1) *Ibid.*

pferat *ex jam factis rebus alias res Deus proferens dicit quid unde protulerit*. Est itaque in hac Tertulliani oratione indefinitum aliquod novum quod ad indefinitum aliquod vetus referatur, & verbum *unde* usurpatum postqam expressum erat quò referretur; Quid itaque, tu Guido, habes in Grancii versibus antea positum seu certum, seu indefinitum, quò illud *unde* referas, & Grancii versus cum his compares Tertulliani verbis, si Amalphiam exportes, ac dividas? At ille exultat, & his non auditis, ruptoque freno licentius aberrat *così il Boccaccio dice ove ch' egli vada, onde che egli torni*. Sed hæc sunt de eo, qui idem aliquid omnibus, & locis, & temporibus faciat; quare si te audimus, &, ut tu vis, Grancii versus interpretemur, jam videbitur dixisse Grancius, Pisanos antiquitus navigantes ex omnibus locis in omnia loca gessisse librum Pandectarum. Verum nos jugulat, tandémque perimit ipso Grancio auctore *tanto più che il medesimo autore lib. 5. usò la stessa particella* unde *in simigliante significato*:

Ponitur unde fides, confirmant omnia dextrâ. Per esprimere ai qualunque patto si giurassero fedeltà confermano il tutto con darsi la mano. Unde nam scatere dicamus huic Monacho tantam vim mendaciorum, & humani generis ludendi fiduciam? Est illi adeo mentiri perpetuum, ut non artis ei hoc sit, sed naturæ. Grancius pacta narraverat, quæ inter Philippum Tedicium, & Castrucium conventa erant, nupturam Tedicio Castrucii filiam, dediturum vero Tedicium Castrucio Pistorium; promiserat nomine Tedicii nuncius, & promissionem jurejurando muniverat; ex eo juramento fides alteri extitit, & conventio dextrarum conjunctione peracta est:

 Con-

Concitus & miles inquit per numina juro
Omnia fortunæ subeam discrimina mortis
Nocte superductâ veniat si lumine cæco
Indice Lucanus, quo possim jungere quosdam
Me reparare, meis exurgens Urbe sopitâ
Mœnia si non do transacta luce secundâ
Illi ego, sed videas; peto tamdem velle puellam
Ponitur unde fides, confirmant omnia dextrâ.

Perfectio pactorum, & concursus animorum ultimo hoc versu narratur, qui extitit, cum ex jurejurando alterius fides alteri oborta sit; ex eo hic *fidem posuit*, fidem adhibendam promissis esse constituit, fides est constituta, neque enim inusitatum est *ponendi* verbum pro *constituendi* usurpari, quod Grammatici ex illis Taciti docent (1) *Liber festos, lætosque dies posuit*. Constitutam autem fidem, & amicitiæ principium conjunctio dextrarum designavit ad instar ejus, quod Grancius ex Virgilio præ caeteris didicerat de Oratoribus Æneæ, quorum primus Regi Latino post promissa dixit (2)

Pars mihi pacis erat dextram tetigisse Tyranni.

Ergo *unde* illud ad promissa certa jurejurando munita, jamque narrata refertur, neque vagum est & incertum, & infinitum, ut Grandius nobis obtrusit *per esprimere di qualunque patto si giurassero fedeltà, confermano il tutto con darsi la mano*. Grancii librum, mi Guido, extinctum oportuit, ut nobis imponeres. Non ii sumus stupidi, obliviosi, incogitantes, longe remoti, ant mortui, quos

(1) *Lib. 5. histor. cap. 5.*
(2) *Virgil. lib. 7. v. 266.*

quos tu Pseudocheus facile decipiendos tibi sumpsisti. Nolo mergere pluribus nihilum hoc; cuicunque legenti horum relinquo judicium, ne, si tu mulgere hircum velis, Demonax aliquis me dicat cribrum supponere. Sapienter de imperitis istis, & pravis hominibus, qui sophismatibus humana, usuque recepta conturbant, scripsit Gennadius *non oportet in iis, quæ technas sophisticas non admittunt, calliditate sophisticâ uti* (1).

VI Ætatem Grancii, quam Grandius ineptiis, & mendaciis ad sæculum fere XV extrahere conatus est (2), nos ad initia revocavimus sæculi XIV, Grandio reprehenso (3). Fidem Grancii confirmavimus, iis etiam rejectis, quæ, ut eam elevaret, Monachus noster peccata in historiâ esse ab illo, dixit, de *Jordano e stirpe Alliana*, *Regisque Alemanniæ* milite, & Calixto Pontifice Maximo Romanorum (4). Barbarum eloquium, sermonem inelegantem, carentia lepore carmina, obscuritatem, infantiam non uni nos, sed gravissimi, ac sapientissimi homines sufficere, negaverunt, ut jure fides illis detrahatur, qui rudium sæculorum scripserunt historiam; Ex Ennii stercore aurum colligere potuerunt omnium sæculorum elegantissimi, qui Ciceroni, & Augusto æquales fuerunt; De Lucilio judicium illud Horatii fuit (5)

Cum

---

(1) *Apud Leunclav. lib. 3. jur. Græcobom. tom. 1. p. 118.*

(2) *Nuova disam. part. 2. cap. 6.*

(3) *Epist. ad Academ. Etrusc. cap. 7. §. 3.*

(4) *d. epist. cap. 6. §. 6.*

(5) *Satyr. 4.*

Cum flueret lutulentus erat quod tollere velles. Vopisci historica persequentibus est illud præceptum (1) *nonne tenebræ possiderent terram, nisi commendatores historici nobiles, atque ignobiles extitissent?* Qua ratione & excusavit, & commendavit Zozimum, Ammianumque Sigonius (2); Eadem de Vincentio Bellovacensi scripsit Morophius (3) *est nonnuuquam ubi in sterquilinio hoc auri aliquid apparet; habuere illi nonnunquam libros, aut descripsere, qui ad manus nostras non pervenerunt*; Eadem de annalibus Francorum Lambecius moneo *antiqua hujusmodi monumenta non ideo studiose investigari, & in lucem protrahi, quod latinobarbarum illud, & solæcum scribendi genus per se dignum sit ut conservetur; verum, quia sub sordido, & aspernabili verborum tegumento sæpe pretiosa rerum notabilium notitia latitat* (4). Eâdem ratione plurimos clarissimus Muratorius libenter excipiendos monuit esse Scriptores, qui neque eloqui, neque loqui didicerint, qui loca, nomina, tempora multa turbaverint, qui fabulas etiam aliquas & probaverint, & tradiderint, Agnellum (5), Gualvaneum Flammam (6), Ptolomeum Lucensem (7), alios, é quorum scriptis fere constat rerum Italicarum congeries, quam Vir ille doctissimus, & de universo hu-

(1) *In Probo.*
(2) *In Judiciis de histor. Rom.*
(3) *In Polyhistor.*
(4) *Lib. 2. Bibliothec. Cæs. cap. 6.*
(5) *Buon gusto part 2. cap. 13.*
(6) *Rer. Italic. tom. 9. pag. 535.*
(7) *Rer. Ital. tom. 11. in præfat. pag. 247.*

humano genere optime meritos publicavit? Grancium ille pariter edendum, censuit, idemque de eo, quod de aliis barbarissimis judicium protulit *inter has tenebras nonnulla sunt, imo non pauca, quæ intelligas, & alibi frustra quæras; plura etiam menti: acie adbibita assequaris*; & cum obscuritatis maxime Grancium reprehenderit, inter ea, quæ non obscure ab eo scripta fuerint, affert Pandectarum in Amalphitanâ direptione inventionem (1). Antiquum de re historica judicium est *historia quomodocumque scripta delectat*.

Refutantur ea, quæ Monachus obiecit, extranea.

C A P. X.

HÆc sunt, quæ rei literarum publicæ interesse, mihi visa sunt, etsi neque delectationis, neque doctrinæ multum continerent. Utilia hactenus ea doctis hominibus & graviore occupatis ratione studiorum futura esse, existimavi, si hanc illa historiæ particulam explanare, eamdemque nodis exolvere, & cavillationibus expedire possent, quibus eam conturbator Monachus implicavit & hunc historiæ angulum rotundare. Qui probe intelligerem, ad maximam hominum partem quot sunt, quotque post aliis erunt in annis posteriore non posse, quis ego, quis tu, Guido, quantique fuerimus, cognovisse; ea scribenti mihi evitanda esse, existimavi, quæ tu sæpius quam par esset, aut gloriosa tibi, aut in me contumeliosa, rei, quæ una erat agenda, inserveras, & otio abusus Mona-

cha-

(1) *Vid. supr. init. hujus cap.*

chali, & literis, & Sæculi humanitate. In unum ea esse cogenda locum, sum arbitratus, ut si cui aliqua olim nostrum cura suboriatur & in minimam hanc omnium a Deo optimo maximo creatarum rerum, quæ nos sumus, animum libeat advertere, verum in hoc quoque tenui facile sit invenire nostris cum Monachalibus comparandis; si qui contemnat, statim agnoscat quod possit impune reliquere; denique hac, quæ sequitur, se molestiâ liberet, is,

Cui nimius videar, serâque coronide longus.

I. Eminet inter illa Vindiciarum ista conclusio (1) *unum hoc Adversario reponere possum aliquam in me Geometriæ cognitionem a multis doctis agnosci, & vicissim Jurisprudentiæ laudem aliquam me illi non negare. Denique concludere licebit*

Hoc ego tuque sumus, sed quod sum, non potes esse,
Tu quod es, e populo quilibet esse potest.

Hæc Christiano arrogantia, hæc seni levitas, hæc Sacerdoti futilitas, qui demissionem animi, quam Christus & voce docuit, & vitâ omni, sibi esse, habitatione, vestibus, sacrisque faciendis profiteatur. At est hoc cum insolens, tum falsum, Cicerone auctore: Mathematici ei erant Geometræ, ut ipse docet (2), nondum ad Chaldæos contractâ Mathematici appellatione (3); docuit itaque Cicero, neminem fere Mathematicæ diligenter studuisse, quin quod voluerit sit consecutus *quis ignorat, ii, qui Mathematici vocantur, quantâ in obscuritate rerum, & quam reconditâ in arte, & multiplici, subli-*

(1) *Pag. 72.*
(2) *Tuscul. qu. lib. 1. in princ.*
(3) *Gell. noct. Attic. l. 1. cap. 9. Vertran. ad Tacit. l. 1. hist. n. 22.*

Digitized by Google

ublimique verſentur , quo tamen in genere ita multi perfecti extiterunt, ut nemo fere ſtuduiſſe ei ſcientiæ vehementius videatur, quin quod voluerit conſecutus ſit (1); quod maximi viri judicium eo jam tempore Hipponicus confirmaverat , quem audivit Arceſilaus, illuſtrem Geometram , cæteroquin hebetem, oſcitabundum , delirum διήκουσε δὲ καὶ Ἱππονίκου τοῦ γεωμέτρου , ὃν κὶ ἔσκωψε , τὰ μὲν ἄλλα νωθρὸν ὄντα κὶ χασμώδα, ἐν δὲ τῇ τέχνῃ τεθεωρημένον εἰπὼν τὴν γεωμετρίαν αὐτοῦ χάσκοντος εἰς τὸ στόμα ἐμπτῆναι . τοῦτον καὶ παρακόψαντα ἀναλαβὼν οἴκοι : *Hipponicum quoque Geometram audivit, quem niſi quod illuſtrem in eâ arte,cæteroquin hebetem atque oſcitabundum cavillatus eſt,geometriam, inquiens , ipſi oſcitanti in os advolaviſſe ; hunc etiam delirantem domum ad ſe recipiens* (2); Noſtro vero hoc tempore tu maxime , Guido , confirmas , qui tot pugnantia affirmaveris , tot comparaveris minime comparanda , tot conturbaveris tempora , eorumque rationem tam male ſubduxeris , tot inexplorata protuleris , toties quid quod conſequeretur , non intellexeris . Quamobrem aut te Geometram minime eſſe, ſuſpicabimur , aut ex eo eſſe genere Geometrarum, a quibus poſt Sextum Empiricum (3) Artis cogitandi auctor (4) , in Dialecticis Joannes Cleri-

(1) *De Oratore lib.* 1.

(2) *Diogen. Laert. lib* 4. *de Vit.Philosoph. in Arceſilao .*

(3) *Lib.* 3. *adv. Mathem. cap.* 18. & 19.

(4) *Part.* 4. *cap.* 4.

cus (1), in cautelis Christianus Thomasius (2) cavendum sibi adolescentibus, monuerunt, ob fastum, & admirationem sui, ob inutiles, ob ridiculas subtilitates, ob salebras disputationum, ob manifestam earum pugnam in sensum communem, adeoque in humanitatem universam, in omnia, quæ sunt alicujus in hac vitâ usus *cavendum est, ne studiosus sapientiæ nimis æstimet studia matheseos, tanquam quæ sola hominem felicem reddant, sola nomen scientiæ mereantur, sola hominem eruditum reddant in omni studiorum genere, sola possint res alias physice impossibiles evidenter demonstrare, unâ voce caveant a fastu quorundam Mathematicorum* = Fons primarius est *quod Mathematici in proponenda doctrinâ non subsisterint in usu ad vitam civilem, sed solam inquisitionem veritatis pro fine habuerint, sine respectu an ea veritas usum habeat in vitâ; ita dilapsi sunt in speculationes multarum rerum subtilissimarum, & inutilissimarum; hoc errore semel admisso putarunt mathesim esse scientiam scientiarum &c.*, hæc Thomasius, dum adolescentem format in juris disciplinam transdendum; Thomasium vero, Auctorem artis cogitandi, Hobbesium, alios, qui eadem fere Mathematicis objecerunt, Wolphius (3), & Weidlerus (4) post Wallisi-

(1) *Logic. part. 3. cap. 3. num. 14. & cap. 12. per tot.*

(2) *Cautel. circa præcogn. Jurisp. cap. 11 num. 11. cum plur. seqq.*

(3) *De method. Mathem. tom. 1. elem. p. 16.*

(4) *Apolog. pro Mathemat. & in Vindic. Mathemat.*

lisium ita confutaverunt, ut sensibus adversari Mathematica plura, non negarint; negarint autem, Geometriam evitare posse *confusionem*, *& imperfectionem si sensibilia* concipiat *ob id ipsum insensibilia quanta aGeometris concipiuntur, ut quæ est in sensibilibus confusio, & imperfectio evitetur* verba sunt Weidleri confitentis, quod post Aristotelem, aliosque veteres Blancanus (1), Vossius (2), Gassendus (3), Huetius (4) docuerunt, Mathematicis id esse propositum, ut abductam, & abstractam a sensibus quantitatem inquirant. Cum vero omnia sensibus sint hominibus percipienda, usuque comparanda (5), cum utilius humano generi longe sit qualia quæque sint, quám quanta percipere, Academici Florentini, qui Geometriæ vim extulerunt, fateri coacti sunt, paucas esse corporum affectiones, & potestates, quas assequi possint Geometræ, parumque rerum naturam investigantibus prodésse Geometriam (6) la Geometria *ci abbandona in sul bello; non perche la Geometria non cammini spazj infiniti, ma perche di questa sì lunga, e sì spaziosa via non le tenghiamo dietro, che pochi passi. Or quivi, dove non ci è lecito metter piede innanzi, non vi La, a cui meglio rivolgersi, che alla fede dell' esperienza, la quale tanto fa, che provando, e riprovando le riesce talora di dar nel*

(1) *De natur. Mathem. scient. p. 7.*
(2) *De scientiis Mathem. pag. 3. & seqq.*
(3) *Physic. sect. 1. lib. 3. cap. 5.*
(4) *Demonstr. Evangel. in præfat. axiom. 4.*
(5) *Lock essai de l'entend. humain. lib. 1.*
(6) *Saggi di natur. exper. in præf.*

Google

segno. Cum vero corporibus, quæ certos habent a naturâ fines, & contrectationi & sensui apta sunt, cognoscendis impar adeo Geometria sit, quid de iis existimemus, quæ a liberrimis hominum animis proficiscuntur, deque eorum actibus, & affectionibus, quibus caussæ esse, ac fuisse plurimæ, ac diversissimæ ita possunt, ut novum quoddam, & admirabile de hominum cupiditatibus, ac moribus dixisse videantur Puffendorfius (1), Barbeirachius (2), Loockius (3), Thomasius (4), iis constituendis regulam esse posse non minus certam, quám illæ sint, quæ Mathematicis disciplinis traduntur? *quantum*, inquit Huetius (5) *absumus ab iis, qui suam dignitatem detrahunt Geometriæ, tantum ab iis recedimus, qui veritatem ejus extollunt in immensum, plusque illi habendum esse fidei censent, quam cæteris rebus humanis, sensuumque adeo suorum testimonio, aut experientiæ magistræ, aut evidentiæ denique cuilibet, & perspicuitati morali; Nam certiores has esse, aio ad veritatis cognitionem vias, quam quas Geometræ insistunt = Legi digna sunt quæ subtiliter disseruerunt Piccolomineus, & Barocius de cognitione, quæ per Mathematicas disciplinas comparatur. Hæc si diligenter explorarent Geometræ, causam esse, intelligerent, cur supercilium ponant?*

---

(1) *Lib.* 1. *cap.* 2. §. 9. & 10.
(2) *In præf. ad Pufend.* §. 3.
(3) *Ibid. lib.* 4. *cap.* 3.
(4) *Fundam. jur. nat. lib.* 1. *cap.* 1.
(5) *Præpar. Evangel. in præf. axiom.* 4. §. 2, & 3.

Digitized by Google

nant. At extra vias Geometricas inquirentibus veritatem magno labore opus est, magnâ diligentiâ, rerumque usu, quæ tractandæ sunt, maximo, ut has perspicere, quantum Geometricas possint. Putanda enim sunt, & adhibenda plurima atque tenuia, quæ pene fugiunt aciem ingenii, quæque facile Geometris assuetis avocare mentem, & ratiocinationem a sensibus, elabuntur; quæ caussa esse a Viro doctissimo Joanne Clerico dicitur, cur extra suum orbem ineptire soleant Geometræ *qui adsueti sunt Mathematicis ideis, quæ facillime a se invicem distinguntur, & animadvertuntur, ubi volunt secundum notæ artis regulas de rerum publicarum, aut domesticarum administratione judicare, INEPTISSIMA ferunt judicia. Nimirum abstractas tantum possibilitates & in suis ratiocinationibus dispositiones quasdam rerum, & animorum omittunt, quæ multiplicitate, & tenuitate suâ ingenii aciem pene fugiunt* (1). Qui libros plurimos & legerat, & judicaverat Clericus, animadverterat, Dialecticam Mathematicis disciplinis esse utiliorem, quod illa omnia rerum intelligendarum genera pervadat, hæ sint intra limites arctissimos coercitæ (2); atque ob eam caussam monita illa iterabat *consideranda occurrit modorum, & relationum copia tanta, eorumque adeo tenuium, ut Geometricâ methodo nisi longissimo tempore, quod nobis non suppetit disponi nequeant; Attamen de hisce recta proferre judicia multò magis, quam de*

---

(1) *Log. part.* 3. *cap.* 3. *num.* 14.
(2) *d. l. cap.* 13. *num* 9. *Isaac. Barrow prælect. Mathem.* 4.

Digitized by Google

de Mathematicis investigationibus nostrâ interest; hujusmodi sunt adfectiones animorum, & rerum ad vitam pertinentium, de quibus peritissimi Geometræ melius aliis non judicant, imo sæpe pejus (1). Quamobrem caussa, ob quam tu, Guido, tuique similes Mathematici adeo inflemini, nulla est, cum in hac nostrâ disputatione exemplo tu fueris maximo eorum, quæ Clericus constituerat. Stude Dialecticæ, historiam cole paulló diligentius, quám hactenus feceris, si vis libros de rebus conscribere ad historiam pertinentibus. Ne fidas unis Mathematicis disciplinis, ne credas in iis positam tibi scientiam rerum omnium. Linque tua illa *infinita*, & *infinitorum infinita*, & *infinite parvorum*, quæ nullibi sunt, nullibi sentiuntur, nemini prodesse possunt, deliria, cavillationes, chimeras, centauros, speciesque vanissimas, quas recte riseris tanquam

Somnia, terrores magicos, miracula, sagas,
Nocturnos Lemures, portentaque Thessala . .,

ut risit acutissimi Vir ingenii Petrus Bailius, cum Sidonium Zenonem enarraret, quod torquere, & cogere mentes illa hominum possint, docere, illuminare, implere non possint. Numerandi, metiendique utilitate istorum modum terminandum esse, gravissimi homines censuerunt (2); At sunt non minus utilia quærenda alia sapienti. Cum nihil sit in méntibus nostris, quod sensibus, quod usu, quod méditatione non perceperimus, cum non omnis ferat omnia tellus, probe novimus, neque nos, nisi Mathematicis disciplinis diuturnam dederimus operam, Mathematica

---

(1) *d. p. 3. cap. 3. num. 13.*
(2) *Cic. lib. 1. Tuscul. quæst.*

Digitized by Google

tica tractare posse, neque te, neque cæteros Mathematicos, nisi majore curâ in Dialecticam, Jurisprudentiam, historiam incubueritis, quám tu incubueris, de his posse judicare; *Quemadmodum ut Mathematicas quæstiones intelligere, & solvere queamus, sunt hæ disciplinæ excolendæ, ita ut de iis, quæ ad Rempublicam, aut familiam; aut mores pertinent, aliisque similibus recte judicemus, vita sic instituenda est, ut attenti simus*, &c., ita cum Joanne Clerico (1) hanc defensionis nostræ partem absolvimus.

III Et véro videmus, te non fuisse a Mathesi tuâ satis doctum, ut evitare puerilia, inania, indecora potueris. Dic mihi, quid solidum, quid certum in tuis illis litterarum disjectionibus, quibus meum nomen scribitur (anagrammata stulti appellant illas disjectiones), *Bertuccius Darnanus*, *Neraccius Turbandus*, *Dacc[illegible] ter inurbanus* sanus homo reperiat. Nihil est veraé Geometriæ, veræque Dialecticaé tam contrarium, quám casus, fortuna, sortés, a quibus anagrammata æstimantur (2), quám omnia, quæ certis, perspectisque naturæ legibus comprehendi non possunt (3). Qui levissimis istis delecteris, desine, Guido, tuam nobis obstentare Mathesim, desine tuam istam sapientiam canere, & admirari, desine gloriarum illarum, quibus libelli

---

(1) *d part. 3. cap. 3. num. 15.*

(2) *Papirius Masso in elogio Joannis Aurati.*

(3) *Jo: Clericus d. part. 3. cap. 12. num. 9. Budd. elem. Philosoph. instrum. part. 3. cap. 4. §. 17.*

Digitized by Google

belli tui pleni ſunt (1). Aut Geometriæ laude cedas, aut puerilia illa relinquas, neceſſe eſt, quibus quotidiani abundant ſermones tui, a quibus abſtinere neque dum ſcribis (2), potes. Nihil eſt præter culpam, & peccatum, quod ſit hominibus pertimeſcendum. Quæ mea in nomine, quod mihi eſt impoſitum imprudenti, culpa eſſe poteſt? Quid commune cum nomine, aut mos habet meus, aut ingenium, ipſiuſque cultus ingenii? Quid tam joculare, quid tam ſordidum, quám a literarum iſtâ disjectione ducta convicia? eorum ſimilia ex omnibus nominibus in omnes, qui nominibus utantur, homines duci poſſunt, cum pauciſsimæ literæ ſint, ex quarum variâ diſpoſitione, & juncturâ verba omnia, nedum nomina hominum ſint componenda

Quin etiam paſſim noſtris in verſibus ipſis
Multa elementa vides multis communia verbis.
Cum tamen inter ſe verſus, ac verba neceſſe eſt
Confiteare alia ex aliis conſtare elementis,
Non quod multa parum communis litera currat,
Aut nulla inter ſe duo ſint ex omnibus iiſdem,
Sed quia non vulgo paria omnibus omnia conſtent.
Sic aliis in rebus item communia multa
Multarum rerum cum ſint primordia, longe
Diſſimili tamen inter ſe conſiſtere ſummâ
Poſsunt (3).

Si Socrates, ſi Ariſtoteles, ſi Cicero, ſi Virgilius, ſi

(1) *Nuova diſamina part. 1. cap. 5. par. 2. cap. 5., & cap. 10. part. 3. cap. 3. part. 4. cap. 6., &c.*

(2) *Vind. pag. 52. 49. 40. 39.*

(3) *Lucret. de natur. rer. lib. 1. verſ. 687.*

si Petrarca, si alii homines maximi, & Principes humanitatis in locis obscurissimis nati sunt; si plerique nobilium Civium Romanorum & e rusticis tribubus erant,& in agris nascebantur;si pleriq;Europæ nobiles in Urbibus non nascuntur;si obscuritas illa nihil cum istâ nostrâ controversiâ, nihil cum ingenii viribus commune habet;si quod ibi deest ingeniis excolendis aliò quæsitum ire qui potuerunt homines consueverunt; si, quod tu fateris, educatus ego, ac doctus sum puer, adolescens, juvenis Perusii, Florentiæ, Pisis, quæ tibi tamdem ratio Geometrica id potuit,Guido, permittere, ut locum mihi natalem toties (1) exprobrares Clusinorum novorum oppidum Styam? Quæ te Dialectica coegit loci illius minuere dignitatem translato ab extremis Britannis vocabulo *Hogstie* ad Italicum, ad Etruscum locum, cujus nomen Stativa Latinorum fecerunt, aut Stygia, quo alluitur, flumen? Qui rectâ utuntur disputandi regulâ, neque a simillimâ Britannorum linguâ ad Belgicam vicinam interpretandam certum duci indicium posse, voluerunt (2). At meis inde majoribus maxima laus est, quorum plurimi in Florentinâ Republicâ honoribus functi ab anno usque MCCCC, muneribusque præclarissimis, quorum singula ditandæ genti sufficere potuissent, vivere parvo voluerint, sed antiquissimo patrimonio, agrique aviti præesse cultoribus. Non urgebo longius, quod monumenta Etruscorum publica ostendunt, tuque ipse confessus es; Cum enim furor aliquando mitesceret, & *Vin-*

Ttt *di-*

(1) *Vindic. pag.* 39.
(2) *Jo: Cleric. art. Critic. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 10.

diciis tuis ADDENDA subjungeres *id*, *quod* scripsisti (1) *a me dictum accipi nolim*, *ut ex ejus patrio solo vituperationis ullam caussam derivem*; *scimus enim* HONESTISSIMÆ *ejus familiæ*, *quæ nostro quondam Ordini Abbatem Sylvanum Generalem contulit*, *nihil præjudicare loci Natalis tenuitatem*. Quæ tua te tarda confessio, quæ pœnitentia declarat, impotentissimum fuisse animi *Vindicias* componentem, cum ne *ordinis* quidem Tui rationem habere potueris, in quo fuerit summâ potestate *Tanusiorum* unus seculo superiore functus, quo tempore Andreas Centuriam duxerat nostris Plebaniam obsidione cingentibus, & cladem Romano exercitui maximam inferentibus, duobusque post seculis quàm Joannes, & Bartholomæus Reipublicæ Florentinæ fuerant Cancellarii, a quibus prognati Petrus Æmiliæ universæ, quæ Florentinis paret, præfectus est, Philippus, Angelus, Braccella, Cæsar, alii aliis claruerant artibus liberalissimis

——quas doceat quivis Eques, *atque Senator*
Semet prognatos.

Neque vero uni sunt atavis editi nobilibus, qui solum illud habeant natale Tanusii; Landinii sunt, Soldanii, Pultrii, Minucii, alii plurimi, quos ne commemorem singulos, efficit celeberrimus Franciscus Bernius, cui ridiculum, acre, facetum Musæ carmen annuerunt; de se enim, suisque hæc ille scripsit (2)

Un certo Buon Compagno Fiorentino,

Fu

---

(1) *Pag.* 77.

(2) *Orlando Innamcrata lib.* 3. *cap* 7. *stanz.* 36.

Digitized by Google

Fu Fiorentino, e nobil, benchè nato
Fusse il Padre, e nudrito in Casentino;
Dove il Padre di lui gran tempo stato
Sendo si fece quasi Cittadino,
E tolse moglie, e si accasò in Bibbiena,
Ch' una Terra è sopr' Arno molt' amena,

IV Quid præterea minus Geometricum, quid rectæ rationi minus conveniens dici, aut excogitari potest, quàm argumentum illud, quo negas, Guido, in eâ nunc esse sententiâ Joannem Baptistam de Vico Neapoli eloquentiæ Præceptorem, fabulosum esse, quod de legibus XII Tabularum è Græciâ petitis traditum est? Non hoc, inquis, sapiens Neapolitanus ille scripsit in libro, quem edidit *de i Principj d' una nuova scienza intorno alla natura delle nazioni*; quia idem in libro *de antiquissimâ Italorum sapientiâ non semel, sed bis saltem accepisse Romanos a Græcis suas leges, fatetur* (1). Hæc itaque tua est, Guido, argumentatio: Viginti retro annis Joannes ille existimavit, leges Romanis a Græcis obvenisse, ergo eadem eidem homini post vicennium esse sententia debet, etsi idem libro alio aperte professus sit, sese mutasse sententiam. Nunquam ergo homines pœnitet? Frustra tibi, Guido, cecinit Horatius (2)

Parcus Deorum cultor, & infrequens
Insanientis dum sapientiæ
Consultus erro, nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus
Cogor relictos!

Ttt 2 Plu-

(1) *Vindic. pag.* 81.
(2) *Lib.* 1. *od.* 34.

Plutarchus Tibi mendax, qui Platonem senem opinatum esse, scripserit in vitâ Numæ, terram circa Solem, qui non moveatur, moveri, juvenem vero ex stimavisse, circa terram immobilem agi Solem? Falsi omnes, qui scriptores aliter aliis temporibus esse opinatos, animadverterunt. Si nemo sententiâ quondam probatâ cedit, si nemo cedere potest, inutile monere fuit, eorum esse vitium vitandum, qui

——— *turpe putant parere minoribus, & quæ*
Imberbes didicere, senes perdenda fateri (1);

Inutilis, simulque injusta reprehensio illa, qua Tullius *nescio* dixit (2) *quomodo plerique errare malunt, eamque sententiam, quam adamaverunt, pugnacissime defendere, quàm sine pertinaciâ quid constantissime dicatur exquirere*; Inutilis canon Interpretum ille, é diversis ejusdem Scriptoris de eâdem re sententiis posteriorem esse Scriptori illi tribuendam *si constet datâ operâ sententiam mutasse Scriptorem, posterior sententia anteferenda est priori* (3). Jurisconsulti notissimum Baldum habent, de quo, quod sententias sæpe mutaverit, scripsit Pancirolus (4) *cum parum sibi constans, sæpenumero contrarius reperiatur, id tamen non levitate, sed ingenii subtilitate evenisse Paulus Castrensis autumat*; Habent

(1) *Lib. 2. epist. 1.*
(2) *Lib. 2. Academ. quæst.*
(3) *Heinec. elem. Philos. part. 1. cap. 4. sect. 2. §. 195., &c.*
(4) *De clar. leg. Interpr. lib. 2. cap. 70. pag. 284.*

Digitized by Google

bent Cinum (1), Martinum (2), Alexandrum, Decium, Ruinum (3). Ergo erat hominis bene instituti, Guido, erat boni Geometræ sin minus fidem dicto adhibere, dubitare certe, & rem inexploratam in medio relinquere, quam honestus homo narraverit; narraverit vero ita, ut veritas statim esset deprehendenda. Enimvero ego librum adversus te edens, adversarium te mihi creabam immitissimum, & reprehendendi, atque confutandi universi humani generis avidissimum; Narraveram, Joannem Baptistam de Vico Neapoli viventem, libris editis ostendere conatum esse, neque in Græciam aditum patuisse Romanis, quo tempore leges illi e Græcia petivisse dicuntur, neque notam Græcorum eos habuisse linguam, neque Hermodorum illum Ephesium Romæ esse potuisse, adeoque fictum esse, quod de legibus XII tabul. é Græciâ petitis, missisque eò a populo Romano legatis traditum est (4). Rem ergo narraveram, quam tu statim inquirere, quam omnes poterant; narraveram falsi pœnas statim daturus, si falso narravissem, cum tibi, qui jure poposcisses, tum Sapienti illi Neapolitano, quem probabile erat, ægre laturum sibi sententiam affictam scriptæ historiæ cum veteri, tum recentiori contrariam. Scilicet hac

(1) *In l. 1. col. 1. C. de his, qui ante apert. tabul.*

(2) *Accurs. in l. heres §. ult. ff. de pet. hered.*

(3) *Tiraquell. in tract. de constitut part 3. lim. 3. num. 14.*

(4) *Epist. ad Acad. Etrus. edit. Luc. p. 27.*

Digitized by Google

hac ratione constat fides iis adhibenda, qui sibi scribant æqualia (1). His accedit, Joannem Baptistam de Vico librum suum, quo judicium illud de historia LL. XII. Tab. protulerat, quoque prolatum pridem a se ille judicium alio libro commemorat (2), anno MDCCXXV Academiæ Pisanæ misisse, eique Josepho Averanio, cujus amicitiâ ac familiaritate uterque nostrum, Guido, gloriatur. Nec tu ergo Vir bonus, qui honesto homini fidem adhibendam esse, temere neges, nec bonus Geometra, qui argumentum attuleris propositi absurdissimum, qui non comparaveris, non expenderis conjecturas, qui levissimam præsumptionem, perstitisse Vicum in eâ sententiâ, quam semel probaverit, fortissimæ præsumptioni prætuleris, non fuisse me Vico superstiti librum, sententiamque publice tributurum, quam ille non ediderit, quod sine maximo meo periculo non fecissem, qui denique neque dubitandum, neque inquirendum tibi esse, cogitaveris, vivusne homo, cujus voluntas, cujus animus usque ad extremum vitæ spiritum moveri potest, sententiam mutaverit.

V Neque vero hic substitit Monachi virus. Accusavit me violatarum Pandectarum, quod sim ausus Romani juris historiam a Pomponio conscriptam, & in Pandectis quodammodo consecratam re-

(1) *Saint Real traduct. des lettres de Cicer. a Atticus remarq. sur lettr. Cler. Logic. part. 2. cap. 8. num 10. Buddæus elem. Philos. instrum. part. 1. cap. 3. §. 36.*

(2) *Cap. 2. §. 7. in coroll.*

redarguere falsitatis, auctoritatem Joannis Baptistæ de Vico prætendens *noster Doctor Textum ipsum primarium Digestorum infamare audet, ac redarguere falsitatis; nimirum ille pag. 27. ostendere nititur, auctoritatem prætendens Joannis Baptistæ de Vico, neque in Græciam aditum patuisse Romanis, neque notam Græcorum linguam, neque Hermodorum illum Ephæsium Romæ esse potuisse, nimirum commentitia prorsus esse quæcunque Sextus Pomponius in l. 2. ff. de justit. & jur. narrat his verbis*. Primum verba mea referens præcidit ea, quæ allata omnem a me avertissent invidiam, quam hoc loco creare mihi Monachus conatus est, & sententiæ me auctorem edidit, quam ego tantum retuleram auctore laudato. Scripseram ego *infinitum esset leges omnes recensere, quas Cajus, aliique cum veteres, tum recentes Icti a Decemviris sumptas esse, affirmant, ex legibus Athenienſium. At doctissimus Jurisconsultorum, qui a foro abstinent Joannes Baptista de Vico duobus libris editis ostendere conatus est, neque in Græciam aditum patuisse Romanis, neque*, &c. Vichius ergo mihi auctor extiterat, Vichium laudaveram; ex illa sententiâ, quæ minus probabilis Grandio videretur, Vichii debuit esse periculum. Nullum meum verbum afferes, Guido, quo probes, me in eam ivisse sententiam. Attulisse, quod non fateantur, disputantibus indulgeri consuevit, quibus cum suadendi sint homines diversissimis judiciis utentes, inter quos & illi sint, qui de re aliqua diversum ab eo sentiant, quod ipsi, qui disputant, sentiunt, *turpe est, si quid destitutum, aut impugnatum relinquant*

quant (1), & necessarium est *loqui*, *non quod sentiunt* (2). Celeberrimus Juventutis moderator Vichius multis poterat opinionem illam suam de historiâ XII Tab. ingessisse; In illam fortasse populares plurimos suos pertraxerat. Eorum vero, qui magnam faciunt Italorum partem, ratio habenda mihi fuit disputationem edenti, postquam fortissimis aliis argumentis confirmaveram, quod mihi propositum erat, ex unâ, aut alterâ lege, quam duo populi teneant, non effici, ut alter illam ab altero accepisse videatur. Optime doctissimus Hispanus duobus ab hinc annis (3), cum se adversus tui similem, Guido, vitiligatorem defenderet opponentem non satis probatam narrationem, quam clarissimus vir attulisset *To inquit solo digo, que la lei; quando en la comprobacion de un' assumpto solo se da una especie, es seña fixa de que el que usa de ella la cree; però quando se exhiben otras pruebas concluyentes, y seguras es comun entreverar una, u otra, de quien no hai la misma seguridad, dejando al juicio del lector la probabilidad, que puede tener*. Tuum erat, Guido, Vichii legere librum, & ea diruere, quibus suam ille sententiam construxerat. Tu vero librum adeò non legisti, ut temere negaveris, virum doctum in eâ unquam fuisse sententiâ, quod viginti retro annis idem probasse videatur vulgatam historiam XII Tabularum, deinde con-

(1) *Gellius lib. 1. noct. Attic. cap. 6.*
(2) *Hieronym. adv. Jovinian.*
(3) *Reverendissimus Abbas Benito Feijoo illustrac. apologetic. del Theatro Critic. disc. 12. num. 5.*

Digitized by Google

congessisse contentus vulgaria illa veterum monumenta, ex quibus extitit historia XII Tabularum, quasi sapientissimus Vichius ea ignoravisse videatur, quæ ne vulgus quidem ignorat. In hac vero omnibus tritâ congerie duo sunt tibi peccata, quæ Geometram te minime esse, demonstrant. Alterum illud, quod acceptas a Græcis, & ab Hermodoro explicatas leges illas f isse, statuâ probaveris a Romanis positâ Hermodoro, eamque esse, dixeris, *indubium tantæ rei monumentum* (1). O indubium argumentum! Indubia ergo Religio tibi illa Gentium est omnis, Guido, quam innumera falsis numinibus ab Ethnicis posita Templa testantur? Indubia omnia illa Deorum gesta, quæ Templis, statuis, donariis, aliisque monumentis caussam dedisse feruntur? Aliud est vera illa fuisse numina, vera quæ iisdem opera tribuebantur, aliud Religionibus illis adstrictas, & occupatas hominum fuisse mentes. Simplicitas illas, aut impostura inchoavit, fama diffudit, tempus, & multitudo constituit. Ex opinione communi Templa, & alia illis numinibus dicata sunt; opinionem itaque communem maximeque vulgarem, non veritatem monumenta illa testantur (2). Alterum est omisisse alia firmissima, quibus ego affirmandis quod erat propositum perfeceram, unam que illam vulgarem arripuisse historiam XII Tabularum, qua posses facile debacchari, librumque, quod rudes solent, implere; Erant contra tibi

(1) *Vindic. pag.* 81.

(2) *Langlet method. de estud. l' histoir. tom.* 1. *cap.* 21. §. 1.

illa confutanda, quæ a me meo erant scripta periculo; de XII Tabulis poteras non me, sed Vichium, cui non assenseram, aliquâ ratione reprehendere. Commodum tibi fuit, ea non attingere, quibus pugnare sine multarum rerum scientiâ non poteras, istud rejiciendum suscipere, quod & rejectu facile erat, & rejectum erat mihi magnam invidiam creaturum. Pravi fuit, & parvi animi tui ab eo abstinere sibi scientiam deesse sentientis, hoc aggredi, quod invidiâ erat unâ, qua ureris, efficiendum, etsì cum hoc absolveris nulla tibi certa victoria, sed unus plebeculæ plausus, quæ in me commoveretur, sperandus esset. In libro Faventino confessus tandem est Grandius, se in libris Vichii reperisse, quam ego attuleram viri docti de legibus XII tabularum sententiam (1); sed aliò convertit usitata sibi convicia. Negavit, affirmavit, ut libitum ei fuit; Dixit, me quæ affirmaveram Vichio imputasse, cum nihil affirmaverim aliud, quàm Vichium ea scripsisse, quæ ego ejus periculo relinquebam. Dixit, se non negasse, ea a Vichio scripta esse. At quid est aliud refutare sententiam, deinde scribere *neque Jo: Baptistæ de Vico auctoritatem jactet Adversarius; is enim non semel, sed bis saltem, accepisse Romanos a Græcis suas leges fatetur in libro de ratione studiorum*? &c. Denique in Vichium inurbanissime invectus est. Ex libro enim Vichii *Principj di una nuova scienza* tria, aut quatuor frustula decidit, quæ rideret, quæ morderet, ut canes isti Rhetorici solent, qui & Homerum laceratum deturpant, & Ligarianam illam eloquentiæ

(1) *Part.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. 7. 8., & 9.

tiæ Romanæ exemplar pulcherrimum fractam, dissectamque insectantur (1). Nihil est, quod particulatim propositum vituperari non possit *cujusvis oratio* inquit Apulejus *insimulari potest, si ea, quæ ex prioribus nexa sunt principio sui defraudentur* (2). Si potuisses Vichium confutare, ad alia non divertisses, Guido, sed argumenta cominus aggressus esses, quibus ille vulgarem opinionem illam adortus erat. Commentus es, unâ Vichium Ciceronis auctoritate contendisse, qui XII Tabulas Athenienſium legibus, Spartanorumque prætulerit. Sed Vichius & Varronem attulerat, & Polybium, & reconditiores historias, & altissime repostos mundi fastos, & humani generis conversiones, naturamque cum doctrinæ magnâ copiâ tum subtili meditatione comparaverat. Non eget Vichius me defensore; Qua est ille sapientiâ, & peritiâ antiquitatis, optime poterit Ciceronem, quem tu Ciceroni objicis ab eo laudato explicare, qui probe noverit, & Ciceronem, & alios sæpe scriptores, ut populus loquebatur, ut opinabatur, esse locutos, probe & alia plurima noverit, quæ hujus loci non sunt. Quem tu temere, ac stulte Vichii librum aspernaris, doctissimus Joannes Clericus in epistolâ, quæ in eum librum relata est, laudat magnopere *vidi multa, & egregia tum Philosophica, tum etiam Philologica, quæ mihi occasionem præbebant ostendendi nostris Septentrionalibus Eruditis acumen, atque eruditionem non mi*

(1) *Victruv. lib. 7. in præf. Vet. Schol. Juven. ad Sat.* 10. v. 271.

(2) *In apolog.*

minus apud Italos inveniri , quam apud ipsos, imo vero doctiora, & acutiora dici ab Italis, quam quod a frigidiorum orarum incolis expectari queat.

VI. Neque vero facinus fuisset morte piandum, aut brevibus Cyaris dignum , aut carcere , quod , ut me invidiâ oneraret , Monachus tantopere persecutus est , reprehensus Pomponius , cujus me reum fecit , cum non a me ille fuerit, sed a Vichio refutatus (1). Plurimos habebit Vichius auctores, quos tibi objiciat , si quando ab hac se notâ purgare velit. Quod scripserit de Papirio Pomponius , *qui fuit illis temporibus , quibus Superbus Demarati Corinthii filius* , Budæus animadvertit *hoc loco hallucinatus est Pomponius, Superbum accipiens pro Prisco* . Politiores Interpretes fere omnes Budæo assentiuntur ; Nuper in prætermissis ad historiam Pomponii Bynkershoekius (2) *non Tarquinius* inquit *superbus , sed Priscus Demarati Corinthii filius fuit , ut omnis historia consentit.* Haloander , Zazius , Garro *superbi* vocem expungunt. Cujacius subtiliter confert ad Pomponium tuendum Plinii locum (3) , & Victoris (4) , quibus probet & Priscum superbum esse appellatum . At Bynkershoekius Dionisyum affert , qui Papirium non ante superbum Tarquinium scripsisse , testatur , & Pomponium , negat, aliter defendi posse, quàm scripturæ emendatione , & fortasse legendum esse

(1) *Vindic. pag.* 80.
(2) *Ad* §. 2.
(3) *Lib.* 36.
(4) *De Cloac.*

esse ait *Demarati Corinthii filii filius*. Grandius (1) in libro Faventino mihi objicit Gothofredum, qui & Plinium & Victorem, quos ego ex Cujacio protuleram, edidit, quibus Pomponium tueretur. Ego vero rem in medio relinquo, contentus eos attulisse viros doctissimos, qui Pomponium emendandum esse, existimaverint. *Magnus error* inquit Muretus (2) *aut librarii, aut Pomponii ipsius*, cum inciderit in ea verba Pomponii, quibus hic inter abrogatas leges Regias, & leges é Græciâ petitas prope viginti annos interiecit, *nam inter ejectos Reges, & eum annum, quo leges è Græciâ petitæ sunt intercesserunt prope sexaginta anni*. Goveanus, Cujacius, Ventura Cœcus ita accipienda esse, ajunt, verba Pomponii, ut non ab ejectis Regibus, sed a Lege Tribunitiâ, qua leges Regiæ sublatæ sunt, inchoandus sit fluxus ille Pomponianus *viginti annorum*; Et cum neque ratio ista sufficere videatur, addit Cujacius, Pomponium usum esse verbo *prope*. Grandius in libro Faventino (3) rursus istâ interpretatione, quam e meo libro descripserat usus est, ut me confutaret, & ut est humanus, & prudens hæc in Muretum torquet *che Pomponio computi il tempo dalla legge Tribunizia, e non dal discacciamento de i Re si fa manifesto dalle medesime parole di Pomponio mal' intese dal Mureto lege Tribunitiâ omnes leges exoleverunt*. Mitto, Grandium verba *exactis Regibus* præcidisse; Mitto lege Tribunitiâ exactos fuisse Reges, eorum vero le-

(1) *Part. 1. cap. 4 num. 2.*
(2) *Ad* §. 3. *legis 2. de origin. jur. in Digest.*
(3) *d. p. 1. cap. 4. num. 2. nuova disamina.*

leges non lege ſublatas videri, ſed uſu contrario, quod Pomponius ipſe indicat verbo *exoleverunt*. Mitto Bynkershoekium ita legere *exactis deinde Regibus Lege Tribunitiâ, omnes leges hæ exoleverunt*. Neque enim Lex illa Tribunitia Regiarum legum abrogatrix ab alio eſt, quàm a Pomponio commemorata; & leges Regias, cum Regum odium deferbuerit, conquiſitas, & in XII Tabulas relatas fuiſſe, auctor eſt Livius (1). Mitto Charondam, Balduinum, alios exiſtimaſſe, Pomponii rationem defendi non poſſe aliter, quam ſi LX pro XX legatur, eiſque *nuper Bynkershoekium* eſſe adſtipulatum. Neque enim hoc loco de verâ annorum ratione diſputo, ſed de Pomponio non ita culto, ut eum a me coli jubet Monachus noſter. Eodem cultu Pomponium privant, qui XII Tabulas, nolunt eboreas fuiſſe, quales illas fuiſſe, ſcripſit Pomponius; Æreas fuiſſe illas monumenta antiquitatis Romanæ omnia teſtantur, præter Dionyſium, qui (2) legum vetuſtiorum tabulas δρυΐνας fuiſſe tradit, quod nondum eſſent columnæ χαλκαῖ, quibus poſtea ſcribi leges conſueverunt. Ergo Pomponium reprehendunt Muretus (3), Mauritius (4), Brodæus (5), alii plurimi, quos attulit Struvius (6). Cujacius, quod, dum Pompo-

(1) *Lib. 6. cap. 1.*
(2) *Lib. 3.*
(3) *Ad l. 2. §. ff. de juſt. & jur.*
(4) *De lib. jur. comm. §. 2. & 3.*
(5) *Lib. 4. Miſcellan cap. 12.*
(6) *Hiſtor. jur. cap. 1. §. 8.*

Digitized by Google

ponius viveret Senatusconsulta ebori inscriberentur, illum, existimat ad morem sui seculi respexisse. Alii aliter Pomponium excusaverunt (1), quorum nemo fuit, qui, quod tu fecisti, Guido, fidem adhibendam esse cœcam Pomponio affirmaverit, quod antiquior sit ille omnibus, qui de hac re disputaverunt (2). Alciatus apertissime reprehendit (3) Pomponium Quinti Mutii accepti pro Quinto Fabio; Alciatum Cujacius confutavit; Sed Alciato nemo maximam jurisprudentiæ laudem, qua fruitur, adimere conatus est, quam tu, Guido, adimis iis, qui minus comiter Pomponii auctoritatem observent. Muretus, Vandermuelen, alii perperam optimum appellatum a Pomponio Scipionem Nasicam, animadverterunt. Struvius, interpretem duntaxat Græcarum legum fuisse Romanis, existimat, Hermodorum, non, ut Pomponius tradit, *auctorem legum ferendarum*, quod cum Pomponius *quo dam retulisse* scripserit, Struvius negat, relatum hoc fuisse a veteribus, cum quotquot superfunt veteres id non retulerint (4). Id vero Struvius, qui celeberrimus est Germanorum Jurisconsultus, historiæ etiam laude clarissimus, quem que tu in libro Faventino refutandum suscepisti reconditâ illâ Grammaticâ, qua auctorem esse pluribus è triviiis literarum, quadriviisque petitis exemplis probavisti, eum

(1) *Bynkersboek. præterm. ad l. 2. ff. de orig. Jur.* §. 4.

(2) *Nuov. disam. part. 1. cap. 4. num. 2.*

(3) *Parerg lib. 4. cap. 17.*

(4) *Histor. Jur. cap. 1. §. 8. in not.*

eum, qui suadet, qui ad aliquod agendum excitat (1), & impellit, ut doceres, eumdem & suasorem esse legum, & interpretem potuisse. Struvium tamen delere non potes, qui Pomponium reprehendit, quem a me laudatum non commemoras, ut me unum crimine Pomponii læsi commacules. Nihil Decemviris illis servandis affers, quos unus Pomponius constitutos fuisse, tradit, per quos leges e Græciâ peterentur, *placuit* (2) *publicâ auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges a Græcis Civitatibus, & Civitas fundaretur legibus.* Tres ad Civitates Græcas Legatos non decem, Historici veteres omnes fuisse testantur. *Bynkershoekius* animadvertit, Interpretes plerosque desperavisse. Cujacius ipse brevitatem, cui studeret Pomponius, unam habet Pomponii excusationem *ne longam texeret historiam Decemviros, ait, non tantum tulisse, sed & petiisse leges a Græcis Civitatibus, quamvis petierint eas tres duntaxat.* Bynkershoekius vero verba addit, disponitque Pomponii, contra quam omnes hactenus illa Codices exhibuerunt (3). Taces, Guido, etiam de eâ, quam Senatusconsultis Pomponius tribuit, caussâ, & origine, Civium multitudine, quæ cogi jam non potuerit in Comitia (4); Interpretes fere omnes Senatusconsultis vim legum additam fuisse primum Tiberio imperante, Tiberiique artibus, ex Tacito monent,

---

(1) *Nuov. dis. p. 1. cap. 4. num. 4.*
(2) *L. 2. §. 4. ff. de orig. Jur.*
(3) *d. l.*
(4) *d. l. 2. ff. de orig. jur. §. deinde 9.*

nent, Pomponiumque refellunt (1). Ædilium Curulium constitutionem longe diversam a Livio (2) Pomponius dedit (3), ipsorumque Prætorum. Alia sunt plurima ejusdem generis, quæ Jurisconsultis elegantioribus displicuerunt in historiâ Pomponii. Sunt plurima, quæ sapientes in ipso Romano jure reprobaverunt jam a Phavorini temporibus (4). Non sunt, Guido, hoc sæculo Jurisconsulti omnes, quales tu fingis, servum pecus Justiniani. Non sunt omnes leguleji tantum, cauti, & acuti præcones actionum, cantores formularum, syllabarum illi aucupes, quos Cicero in foro Romano notabat, eorum simillimos, quos in solemni studiorum instauratione magnâ copiâ, & eloquentiâ paucis ab hinc annis Vir doctissimus Josephus Averanius castigavit, & politiores Jurisconsulti cum docendo, tum scribendo passim contemnunt. Non sunt hoc tempore Justiniani farragines uni fontes, unus fundus Jurisprudentiæ. Ducitur illa liberrime ab humanæ naturæ principiis; ornatur historiis populorum; rerum publicarum legibus, ac moribus cum similibus, tum dissimilibus amplificatur, sacrorum notitiâ distinguitur, sapientiæ universæ luce perfunditur, & laudes omnes, & munera Oratorum veterum occupavit. Fuit olim barbarum tempus illud, quo Imperii Romani, jurisque admiratio,

(1) *Vinn. Bachov. Otto &c. in §. Senatusconsult. 5. Instit. tit. de jure natur. gent. & Civ. Nood. in Pand. tit. de Just. & Jur. §. tertia juris. Thomas. de Nau. Jurispr. lib. 1. cap. 9., &c.*

(2) *Livius lib. 6. in fin.*

(3) *d. l. 2. §. 26., & 27.*

(4) *Lib. 20. Gellius cap. 1.*

tio, etsi utrumque vires jamdiu, & potestas legitima defecissent, ejus definitiones ad morem diversarum a Romanâ gentium, ac Civitatum, ad hominum magno temporis intervallo, maximis publicarum, privatarumque rerum conversionibus a Romani populi more longe sejunctorum, quâ apte, quâ inepte traduxit. Fuit aliud, quo historiæ veteres, artesque detectæ peritiores pepererunt antiquitatum Romanarum, adeoque Romani juris interpretes. Illuxit denique dies, quo laudato magnâ ex parte Romanorum jure, quemadmodum, & Græcorum leges, & utrorumque alia multa laudantur, sua gentes jura colere consueverunt, *Romana quantum naturali honestati illa adhærescant, quantum ex iis* majorum mores exceperint, retinentes. Magistratuum, Jurisdictionum, Imperiorum Romanorum nullus hodie in Europâ usus, nullus servorum, nullus usurarum, nullæ concubinæ, nulla divortia, nulla repudia, nullæ adoptiones. Quantula illius juris pars in matrimoniis? Quantula in sacris, in religione, in judiciis, in jure Fisci, in jure belli servatur? Quantula in universo publico jure? Quæ est hodie in Europa Civitas, in qua mortuis ex Justiniani legibus succedatur? Quæ hodie in Europâ gens feuda non habet? Quæ contractus *censuales*, magnamque commerciorum partem *cambiales*? In jure vero Justinianeo nulla feudorum, nulla censualium contractuum commemoratio, nulla *cambiorum*, quæ a trajectitiâ pecuniâ Romanorum sunt longe diversa. Quis hodie post Hotomanni Antitribonianum Interpres non contraria, non supervacua, non inutilia multa in Justiniani libris deprehendit, & confitetur? Cum itaque Justinianeis legibus legitima desit hodie po-

potestas; Cum maximam illarum partem usus respuerit; Cum adoratio syllabarum omnium Triboniano decesserit, & religio Pythagorea; Quid tu Vichio, quid mihi, Monache, obstrepis de violatâ religione Justiniani ob historiæ particulam vetustissimæ, & Romuli in Cœlum translati simillimæ, & altissimis tenebris involutæ levissime tactam, & in dubium, Pomponii Justiniani omissis nominibus, revocatam? Quot Dionis, quot Tranquilli, Taciti, Victoris, Eutropii, omnium Augustæ historiæ Scriptorum in dubium revocantur, quorum non est eâ, quæ Pomponii sit, minor auctoritas? Neque vero Digesta, in quæ Pomponius translatus est, Cœlum sunt, unde fatum ineluctabile fluat, & oracula Divina proferantur. Neque jus Academicum, quo Justiniani libri proponuntur explicandi, eos Sacris addit, legis illis tribuit potestatem. Quod Philippus pulcher Gallorum Rex expresse constituit (1), non videri a Regibus Gallorum leges latas eas, quæ Justiniani libris continentur, etsi eas illi in Academiis explicari jussissent, id est in aliarum gentium Academiis tacite constitutum; Id tu, Guido, de Pisanorum Republicâ habendum esse, non negabis, qui toties ejus *Constituta* commemoraveris, in quæ si quando aliquid accipitur de jure Romano, illius Reipublicæ expressâ accipitur voluntate. Quamobrem non est ex jure Academico Pomponio reverentia major, quàm Aristoteli, cujus libros eodem vos Philosophi jure interpretari jubemini, quosque tamen paucis ab hinc annis edito carmine contemni tu impune posse (2), festive, atque acriter contendisti, ado-

(1) *Hotom. Antitrib. cap. 17.*
(2) *Quinti Lucii Alphei Diacris.*

ptatis cum Launojanis de variâ fortunâ Aristotelis, tum salibus plurimis, & facetissimis narrationibus, quibus & doctrinâ, & facundiâ vir celeberrimus Paschasius Giannettius, gravissimos, copiososque sermones suos quotidie condit, magnamque suis affert cultoribus delectationem. Ad ita, Guido, sentiendum de Justiniani libris signum extulit doctus Conringius, cum origines investigaret Academiarum, jurisque Germanici; Hoc latissime, atque altissime Christianus Thomasius fundavit duobus illis libris, quibus est nævos Jurisprudentiæ Justinianeæ persequutus, & illis, quos de exiguo Pandectarum usu in foris Germaniæ conscripsit.

VII Quis vero Geometram esse Monachum arbitretur postquam ejus illa legerit in me scripta, qui somnium ab Accursio esse, dixeram, originibus Romani juris adjectum, de stulto Romano Cive, quem uno primum, deinde tribus sublatis digitis Divinam Unitatem, ac Trinitatem accepisse Græci crediderint, adeoque dignos Romanos esse existimaverint, quibus Græcæ leges darentur *verum ne suis quidem primariis auctoribus parcit noster obtrectator, sed Accursium Glossatorem accusat, quod vanum somnium adjunxerit de Græco illo nutibus loquente cum Romano; nec veretur ejusmodi traditionem multò antiquiorem illâ, quæ favet derivationi Pandectarum ex Amalphi, & in Auctore magni nominis expressam, & in Authenticis Digestorum Glossis propemodum consecratam, absque ullâ prorsu ratione, quæ illi contrarium persuadere possit, arrodere, ac fabulosam pro suo arbitrio traducere, ut tantum Virum commaculet qualis Accursius fuit* (1)? Siccine, Gui-

(1) *Vindic. pag. 62. §. Verum.*

Guido, putas tempora? Siccine componis antiquitates? Ita abuteris Etruscorum ingeniis, ut pro traditione antiquissimâ illis obtrudas, quod Accursio nemo tradiderit, nemo excipere ab Accursio narrante voluerit (1)? Antiquior tibi est nostrâ istâ repertarum Amalphiæ Pandectarum Accursiana illa traditio? Dic nobis, Guido, unde vis ducamus antiquitatem Accursiani commenti, quam tu præfers historiæ nostræ Pisanæ antiquitati? Ejus unus affertur auctor Accursius; adeoque ab Accursii est ævo antiquitas illa ducenda, quod ad annum MCCXLVI producas licet (2), ad quem Chronistæ Gryphiani ætatem contraximus. Ad Accursium a Legibus XII Tabularum mille, & septingenti fere anni defluxerant, quibus nemo scripserat, quod post illos Accursius scripsit unus ac primus, nemo dixerat, nemo ab aliquo dictum fuisse, retulerat; ab Accursio vero scriptum uno minores fere omnes contempserunt, riserunt, cum fabulis, ac somniis connumeraverunt (3)? Ad ChronistamGryphianum, ad Grancium ab Amalphiâ direptâ annos repetes vix ducentos, trecentisque inde labentibus annis Scriptores innumeri Pisa-

nam

(1) *Bellarmin. controv. tom. 1. lib. 4. cap. 2.*
(2) *Gloss. in Autent ut præpo. no impe.*
(3) *Bernartius de util. hist. lib. 1. p 141. Ludovic. Vives de caus. corrupt. art. ib. 1. Struvius histor. Jur. cap. 1. §. 7. in not. Rictersusius ad Leg. XII Tab. proleg. cap. 1. Bud. ad l 2. ff. de orig. Jur. Jametius ad Observ. Ælii Nebris. Bynkersb. praeterm. ad l. 2. de orig. Jur. § 4. & seqq. Thomas. de Nævis Jurispr. lib. 1. cap. 2. næv. 2. in expl., &c.*

Digitized by Google

nam illam historiam probaverunt . In vastissimo XVII seculorum gurgite unus natat Accursius, qui illud de duodecim tabulis mini ne probabile scripserit ; Sex vero seculis & Amalphia direpta est , & Pandectas ibi repertas esse plurimi tradiderunt. Colligas ergo , mi Geometra , quascunque velis argumentationes : Traditio est , cum in quod est a majoribus affirmatum minores multi consenserint (1). Accursianum illud nemo ante Accursium affirmavit , in illud post Accursium nemo fere consensit . Ergo traditio est ejus , quod retulit in *glossas* Accursius . Traditione plurium hominum , pluriumque saeculorum historia illa Pisana *constat* : Unius hominis , unius horae dictum est , quod attulit de legibus XII Tabularum Accursius: Est haec ergo Accursii traditio Pisanâ traditione gravior,& credibilior.Quo propinquior est rei , quae narratur, historicus , eò est fides historica firmior : Accursius rem narravit , a qua erat mille & sexcentum annis remotus ; Ducenti vero inter Amalphiam direptam,& Pisanam historiam nostram anni duntaxat sunt interiecti ; Est ergo major Accursio de duodecim Tabulis , quàm Pisanis Scriptoribus de Pandectis Pisanis *habenda* fides. Perge sodes argumentari : *Amalphitanâ* direptione XII tabulae sunt antiquiores ; Ergo quod de XII tabulis dixit Accursius est inventis Amalphiae Pandectis antiquius . Cumque inde audacter extuleris , quodcunque tu primus dixeris de bello Trojano, antiquius esse illis, quae de Augusto Tacitus , Tranquillusque tradiderint , jure petas , Tibi de bello Tro-

(1) *Bellarmin. ubi sup.*

Digitized by Google

Trojano magis esse, quàm Tacito, Tranquilloque de Augusto credendum; Est enim Augusto bellum Trojanum antiquius. In hæc sese potest Monachus absurda conjicere, his sese laqueis implicare, cum Geometriæ sese potentissimum esse, ac fuisse, perpetuo glorietur, & historias omnes suscipiat, aut confutandas, aut emendandas. Aptissimum sane in hoc opere est auctorem nactus Accursium. Eum Guido, sequere diligenter; & historiam Augustam ab Accursianis illis exordiare (1) *Imperator volebat adoptare quemdam nomine Germanicum, & hic noluit consentire; unde Imperator callide suasit cuidam nomine Tiberio, ut illum Germanicum adoptaret, quod fecit*: quibus similia sunt, quotquot Accursius affert historica. Eum vero, nemo fuit hactenus elegans Juris interpres, qui historiæ imperitissimum fuisse, non dixerit (2). Nulla, inquit Grandius, ratio fuit cur Accursii narratio fabulis adderetur in *authenticis* Digestorum *glossis* propemodum consecrata (3). Quid ista terribilia verba, Guido, significant *in authenticis Digestorum glossis propemodum consecratam*? Quæ sunt istæ tuæ *authenticæ glossæ*? Scilicet explicationes, & opiniones Accursii, & aliquot veterum Juris Interpretum, quibus defuit prorsus histo-

ria

(1) *Gloss. ad Inst. tit. de adopt.* §. *illud.*

(2) *Balduin. in Proleg. de Jur. Civil. Jametius ad Nebriss. Hagemejer. de us. & auct. Jur. Civil. p.* 34. *Bernarth. de utilit. leg. hist. lib.* 1. *cap.* 3. *Struvius histor. Jur. cap.* 5. §. 13., *&c.*

(3) *Pag.* 62. *Vindic.*

Digitized by Google

ria (1). Historiam ergo jubes ab illis nos discere, qui historiâ omni caruerunt? O miseram Monachorum tuorum conditionem, quibus parere necesse est Abbati inhumanissimo! Quis unquam Siculus, quis Mezentius tormentum hujusmodi excogitavit? Gratias ego Omnipotenti Deo maximas habeo, quod non in tuam sim, sed in sapientissimi Viri Josephi Averanii disciplinam traditus, qui magno me esse animo, jussit, unamque sequi veritatem, & *glossam* deseri facile posse, tum verbis, tum scriptis suis sæpe monstravit. Subtilissimæ, atque elegantissimæ Juris Interpretationes, quas edidit Vir ille magnus, cum *glossâ* sæpissime congrediuntur: Nuper disputanti illi de modo damni, qui emptori tribuat actionem ex *l. 2. C. de rescind. venditione* subortam, hæc verba exciderunt (2) *recentiores his disciplinis instructi, sine quibus hæc controversia dirimi non potest, acerrimo judicio, doctrinâque singulari rem accuratius examinantes, veterum argumenta frivola, ac ridicula, & nullius roboris esse deprehenderunt, & ineptam vocarunt GLOSSÆ opinionem, ac veteribus inconstantiam, erroris pertinaciam, & plusquam Cimmeriam cæcitatem exprobrarunt*. Doctus Cujacius, qui aliquando Accursium laudavit, eundem sæpe rejecit

---

(1) *Brunquell. dissert. prælim ad hist. jur. §. 42. Dempster. præf. ad Instit. Just. Struv. hist. jur. cap. 5. §. 13. Gravina de ortu, & progr. jur. civ. cap. 135.*

(2) *Consultatio in Florentina Læsionis edita, Pisis ann. 1724.*

Digitized by Google

ctaspernatus (1). Gallorum doctissimus Ægidius Menagius amœnitates juris, quas edidit, erroribus Accursii ridendis magnâ ex parte confecit; Videas ibi, Guido, si libeat, legem Falcidiam a falce dictam, qua legata præciduntur; Videas alibi (2) Ulpianum Accursio natum diu ante Christum; Videas, Justinianum aera Christianorum ideo non usum Accursio videri, quod vixerit ante Christum natum (3). Dempsterus tuus librum integrum edidit contra glossam, quem fulmen & sagittam appellavit. Ego vero neque Accursium aspernatus sum, neque Jurisconsulti præclarissimi dignitatem, qua pluribus jam ille seculis fruitur, diminui; illum connumeravi eos commemorans gravissimos viros, qui primordia rerum faciunt augustiora mendaciis, Accursiumque cum Livio, aliisque Livii similibus copulavi. Neque vero Doctori est vitio vertendum, quod summus juventutis moderator Quintilianus monendum censuerit, monuisse *neque* id inquit Quintilianus (4) *statim legenti persuasum sit, omnia, quæ magni auctores dixerint, utique esse perfecta; nam & labuntur aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum voluptati*. Idem de re maximi momenti, quanti religio est, monuit post Melchiorem Canum do-

Yyy ctis-

(1) *Ad l. si minor* 102. *ff. de legat.* 1. *ad l.* 2. *ff. ad leg Rhod. ad l. un. in pr. C. de rei uxor. act. ad l. Titio* 73. *ff. de cond. & demonstr., ad l. comparationes, ad l. contractus C. de fid. instrum.*

(2) *Ad l* 5. *ff. de feriis.*

(3) *Ad Novell.* 47 *cap.* 1.

(4) *Instit. Orat. lib.* 10. *cap.* 1.

Digitized by Google

ctissimus, ac Sanctissimus Vir Ludovicus Muratorius (1) *Ecclesiæ plurimum interest nosse, quibus in locis non satis recta tradiderint majores nostri, nequis tantorum nominum auctoritate ubi non debet fretus in transversum agatur, uti ea confingere, & adoptare, aut dissimulare turpissimum est, ita revelare, & palam exsibilare justissimum atque honestissimum.* Illud tandem te doceam, oportet, Guido, stolidissime ferocem, duobus jam seculis cum tuis illis *authenticis consecratisque glossis* ab editoribus Pandectarum Accursiano illi commento *glossam* istam adjici consuevisse *ineptissimum hoc Accursii commentum ridet Budæus; sed jocos, inquit Zazius, miscere voluit.* At, negat Grandius, rationem fuisse ullam, quare, Accursianæ illi narrationi fidem adimeremus. Evolvas, amabo te, Guido, Græcorum veterum doctrinam universam; Nulla nobis ratio tum demum erit, cum inde erueris, cum extundere inde potueris illam de Divinitate sententiam, quam Græcis tribuit Accursius, qui seculis ante Christum natum quinque vixerunt. Præsto est Monachus noster ejus opem implorantibus nobis. Divinavit, imperitos nos esse futuros *Vindiciarum* lectores; & *addendis* illis libello tenuissimo, quæ hominis gravitatem, judicium, constantiam ostendunt, hæc adiecit (2) *nisi forte de Sacrosancto Sanctæ Trinitatis mysterio Græcis utique tunc temporis incomperto anno ab V.C 303 sermonem esse quis putet, ubi non alia Trinitas intelligenda est, quam quæ ab Aristotele lib. 1. de* Cœl.

(1) *De moderat. ingenior. lib. 2. cap. 2.*
(2) *Vind. pag. 78. & 79.*

Cœl. text. 2. memoratur, quo ex loco quidam ex ejus sectatoribus ansam arripuerunt, Aristotelem fide Sanctissimæ Trinitatis imbutum esse, comminiscendi, aut eadem illâ Trinitate a Græco tunc apprehensâ celebre ternarium summorum apud Græcos Deorum, Jovis, Neptuni, & Plutonis, aut Dearum Palladis, Junonis, Veneris trias, seu quid simile intelligi potuit. Hactenus, Guido, aliqua causa fuit, ob quam parcere tibi potuerimus historiam Jurisprudentiæ, a qua alienum te esse, confessus es, ignoranti. Sed quam inveniamus parcendi caussam historiæ Philosophicæ imperito tibi, qui Philosophiam publice docuisti, qui Philosophiam meliorem te primum Pisis condidisse, gloriari soles, & ingenia Etruscorum a Democrito, a Galilæo, ab Esperientibus ad Cartesium convertisse? Fuerunt ergo Aristotelis Sectatores, quinque ante Christum natum sæculis, qui de Divinâ Trinitate eadem cum Christianis Aristotelem sensisse docuerint? Lauda inauditæ hactenus doctrinæ auctorem aliquem, a quo defendaris. Nullum invenias non Aristotelem ipsum, qui fuit XII tabulis seculo fere posterior (1); non Aristotelis Interpretes quorum primus Georgius Trapezuntius decem & octo post latas leges illas sæculis Aristoteli tribuit Christianorum de Trinitate sententiam, magnâ vi, magnâ copiâ a Bessarione confutatus (2). Neque vero aliud Aristoteles di-

(1) *Gell. noct. Attic. lib. 17. cap. 21. Petav. ration. temp. part. 1. l b 3 cap. 13.*

(2) *Naudæus apolog. des grands hommes p. 328.*

dixerat, quàm ternarium numerum a naturâ prodiiſſe, eoque uti conſuevisse homines ſacra facientes. Sacris ternarium numerum adhibebant quicumque minime Chriſtianorum Divinitatem agnoſcebant. Ritus omnis eo plenus numero erat, quod plurima Poetarum vetuſta teſtimonia paſſim oſtendunt

—Digitis tria thura tribus in limine ponit (1);
Terq; senem flāmâ, ter aquâ, ter ſulphure purgat (2)
Ipſeque ter circum luſtravi ſulphure puro (3);
———Ter ſocios purâ circum tulit undâ (4);
Ter liquido ardentem perfudit nectare Veſtam (5);
Ter matutino Tyberi mergetur & ipſis, &c. (6).

Si Ariſtotelis locum de tribus menſuris *excipiemus*, deque vi ſyllogiſmi, aut præſtantiâ trium numerorum Pythagoreâ, multó erit ille a noſtrâ Divinitate remotior. Eóque etiam minus Accurſii commentum ad Ariſtotelea illa pertinuiſſe videbitur, quod Græcus uno prius micaverat digito, quám tres digitos morio Romanus extolleret. Efficitur enim his, ut quæ tu, Guido, ariolaris de tribus Diis Jove, Neptuno, Plutone, Deabuſque Junone, Pallade, Venere ineptiſſima ſint Accurſium interpretantibus, qui Romanos non Trinitatis modo, ſed & Unitatis Divinæ myſteriis imbutos fuiſſe viſos Græco, affirmavit, & paullo minus, quàm Esdra ſa-

(1) *Ovid. lib. 2. Faſt.*
(2) *Id. ib. lib. 3.*
(3) *Propert. lib. 4. Eleg. 9.*
(4) *Tibull. lib. 1. El. 5.*
(5) *Virgil. lib. 6. Æn.*
(6) *Id. lib. 4. Georgicon.*

Digitized by Google

sapuerit, aut Concilii Nicæni Patres, sapuisse. At in libro Faventino me objurgat Monachus ob Esdram, & Concilii Nicæni Patres hoc loco commemoratos (1). Scilicet ignorat, idem prius ab Ælio Nebrissensi scriptum fuisse (2). Ait, Unitatem, Trinitatemque Divinam a veteribus agnitam, qui Parmenidem, Platonemque secuti sunt (3). Sed neque Platoni, neque Parmenidi unus fuit Deus, quantum ex Platonis verbis, seu Timæi, seu Parmenidis colligere possumus, adeoque Cyrillo visus est Plato a Christianis in hac religionis parte multó diversus (4), etsi Eusebius, Clemens Alexandrinus, Justinus existimaverint, similem nostræ Platoni fuisse de Divinitate sententiam. Plotinus, Procli, Sinesius, qui Platoni unum Deum fuisse, triaque omnium rerum principia, caussam rerum omnium, rationem, animam mundi, interpretati sunt, multis fuerunt sæculis Parmenide, Platone, adeoque legum XII Tab. latione juniores. Justinus ipse fatetur, Platonicos mente retinuisse sententiam unum esse Deum, neque edere ausos ob metum populorum superstitiosâ plurium Deorum religione adstrictorum (5). Quare & ignoramus quâ ratione juniores illi scire potuerint, Platoni unum fuisse Deum, cum id intelligere ex libris Platonis non potuerint, & inde constat Accursium esse mentitum,

(1) *Part.* 1. *cap.* 3. *num.* 11.
(2) *Post Lexic. jur. obs.* 2.
(3) *Nuov. disam. d. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 8.
(4) *Lib.* 8. *cont. Julianum.*
(5) *Adhortat. ad Gentes pag.* 24.

Digitized by Google

rum, Græcorum Legatum publicâ auctoritate probasse Deum esse unum, quo tempore id Plato ne scribere quidem in libris, quos pauci lecturi erant, potuerit. Omnibus denique judicandum ego relinquo, sint ne in *Glossis* Accursii vestigia ulla reconditioris veterum sapientiæ, quæ Accursium indicent, ejus ita fuisse consultum, ut non Platonis, qui XII tabulis antiquior minime fuerat, sed Parmenidis doctrinam, Græcis vulgo usurpatam fuisse per id tempus, affirmantem Accursium excipere debeamus. Jam & Grandius ipse adeo rixatus, denique professus est, *che non si è impegnato a creder per vero il racconto dell'Accursio, ma che non si ardirebbe perciò di beffarlo* (1). Quis risit Accursium, Guido? Scilicet præter me omnes, quibus de eâ narratione hactenus incidit sermo. Affer mea, quibus Accursium despexerim, verba. Affer unum, qui Accursium historiæ dixerit esse peritum. Sed pudeat te sacrorum scientiam tibi esse gloriantem, addis enim tuo nomini illa perpetuo *Teologo di S. A. R.*, ut aliquâ Accursiarum illud ratione explicares, ex profanorum libris ridicula illa duxisse, cum probabile sit ex historiâ Ecclesiæ fictum quod Accursius ejus sæculi more corruptum proposuit. Scripserat Sozomenus (2), ab Arianis, qui Meletium cum Arianis sentire existimabant, eundem Ecclesiæ Antiochenæ fuisse præfectum; cum vero eum pro concione affirmantem, audissent, Filium ejusdem, ac Patrem esse substantiæ, eosdem manibus admotis illius

(1) *Nuova difam. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 13.
(2) *Lib.* 4. *hist. Eccl. cap.* 27.

illius os obturasse; Meletium vero tres tantum digitos palam tetendisse, iisdem deinde demissis unum extulisse, ut illis nutibus Populo suaderet, quod verbis non poterat. Imperitis historiarum confusiones hujusmodi usitatæ fuerunt, etiam ubi nugari minime vellent. Monachorum fortasse aliquis, quo tempore uni illi sapientes habebantur, & quærebantur admirabilia, monstrum illud historicum fidenter conflatum Accursio objecerat minime expensuro, neque rationem temporum postulaturo.

X Denique quam apte, quam vere Grandius Dempsterum defenderit exæquam..., qui obscuram Bononiensis scholæ originem fabulis explicavisse, quam aliis alii fabulis involuerunt, mihi visus erat *a S.Gulielmo Scotiæ Rege ad Pontificem M legatio decreta missaque est; Oratores fuere Jacelinus, Arnaldus, Osbertus Walterus, & Kilianus; re feliciter Velitris peracta XVI Kal. Apr. anno* MCXXXVIII *in patriam illi redierunt. Dum Bononiam adpulissent, in morbum incidit Kilianus, qui dum ingravesceret in dies, alii ulterius perrexerunt, eo relicto, qui convalescens cum Bononiensibus tunc pevegrinos impense colentibus serio persuasit, jurisprudentiam facile posse, & magno decore, ornamentove, nec minore emolumento revocari; placuit avidis scientiarum ingeniis tentamentum, e fisco censu stabilitus, apertum toti Europæ emporium dixerim? an theatrum honestarum artium, magna Kiliani fama, & Scotiæ, favore Henric. Hoveden annal. par. II ScotiChr. lib 5. c. 41. Nevizzanus, Gomessius, Ficbardus. Hunc meritis, & ætate senem defunctum discipuli eadem in professionis orchestra secuti Pepo, Irnerius, Columbus, Fajolus, atque illis successerunt* Ho-

Hugolinus, *Joannes*, *Bulgarus*, *Martinus* (1). Fichardus Kilianum, ejus patriâ non commemoratâ, posteriorem Irnerio, non antiquiorem exhibet (2) *post Irnerium increbrescere statim cæpit jurisprudentiæ studium, nec discentium tantum multitudo, verum etiam Doctorum copia fuit; Circa eadem enim tempora anni* MCXC *professi sunt leges Hugolinus, Bulgarus, Martinus, Placentinus, Joannes, ut alios interim obscuriores omittamus, quales fuerunt Albericus, Barnerius, Kilianus, Columbus, Fasolus, & similes quorum nulla extant monumenta*. Haud aliter Nevizzanus, & Gomessius, adeoque mendax, & impostor Dempsterus, qui ad annum MCXXXVIII Kilianum revocat auctoritate Fichardi, Nevizzani, Gomesii, & initium ei tribuit jurisprudentiæ Bononiensis, quam Scriptores illi, omnesque cæteri Irnerio tribuerunt Scoti Chronicon vero illud, quod pariter laudavit Dempsterus, alia impostura est, teste Seldeno (3) *qualinam Dempsterus sit usus Scoti Chronico, fateor me nescire pariter, ut & mecum puto alii, unde non pauca ei temere nimis effusa habeantur*. Doctissimi homines mendacii Dempsterum accusaverunt. Guilielmus Cave *quod vero* inquit (4) *Dempsterus Histor. Scoticæ lib. 6. num.* 536. *affirmat, Fastidium nostrum Scotorum Chronicon scripsisse, id homini nugivendulo, & in gentis suæ*

(1) *Fulm. & sagit. in glos. 4. lib. Instit.*

(2) *Vit. Jurisc. recentiorum c. 2.*

(3) *Judicium de Decem Script or. Anglicanis edit. Londin. tom 2. pag.* 1144.

(4) *De Scriptor. ad ann. Ch.* 420.

Digitized by Google

ſuæ rebus pene ſemper ineptienti condonandum eſt. Bailletius (1) haud aliter *Mais quoique il fut habile d' ailleurs, il n' en avoit ni le ſens plus droit, ni le jugement plus ſolide, ni la conſcience meilleure. Il eùt voulu, que tous les Savans fuſſent Ecoſsois, il a forgè des titres des libres qui n' ont jamais etè mis au monde pour relever la gloire de sa patrie, & il a commis diverſes autres forbes, qui l' ont decriè parmi les Gens de lettres.* Doctus Uſſerius *commenti* inquit (2) *genus eſt illi homini non minus familiare, quàm librorum, qui nunquam ſcripti ſunt, ex ipſius otioſo deprompta cerebro recenſio.* Alii plurimi hoc de Dempſtero judicium protulerunt (3). Tu vero, Guido, qui poſſis commentum illud probare Dempſteri, poſtquam adoptaveris Seldeni, Struvii, Aſtenſis de initiis Bononienſis Scholæ, & Irnerii vitâ ſententias? Quum tibi videatur Irnerius occidiſſe ante annum MCXL quatuor (4) poſt luſtris, quàm Jus Civile Bononiæ docere cœpiſſet, quâ ratione, qua fronte Dempſtero fidem adhibendam eſſe, contendas, qui, quo anno Irnerium obiiſse vis, Kilianum Irnerio Magiſtrum tribuit, & ſtudendi Juſtiniani libris auctorem? Denique & Scotorum tibi erit hiſtoria delenda,

(1) *Jugem. des ſavans tom. 2. p. 188.*
(2) *De Britan Eccl. Primord. p. 463.*
(3) *Labbe Bibliot. Bibl. p. 159. Nicolaus Anton. Bibliot. Hiſpan. præfat. p. 34. Sandius animad. in Voſſ. p. 175. Langlet metodo di ſtudiar la Stor. accreſciuto dal Mencbenio lib 2. cap 50.*
(4) *Epiſt. ad Aver. cum not. pag. 61. & 62.*

Digitized by Google

Dempsteri narrationem istam afferenti, qui Scotis Regem S. Wilelmum fuisse scribit anno MCXXXVIII, cum David eo anno ibi regnaret, cui Marcolmus successit quinque post annis, qui plurimis post Davidem exactis in regno annis Wilelmum habuit successorem (1). Quare si Dempsterum audiamus, anno MCLV nondum Kilianus in Italiâ erat, nondum Schola Bononiensis condita erat, adeoque nondum libros Justiniani erat interpretatus Irnerius, quem ex Ottonis Morenæ Chronico anno MCLVIII jamdiu scimus obiisse, & clarissimos Viros habuisse discipulos, & Jacobum sibi jussisse succedere, quem successisse jam Irnerio anno MCL ex Hugutione intelleximus, quo anno decretum est editum Gratiani. Sed Dempsterum suscepit Monachus defendendum. Inscripsit cap. II Vindiciarum *in Dempsterum objecta convicia repelluntur* (2). Ait, me laudibus invidisse, quibus editores operis *de Etruriâ Regali* Dempsterum cumulaverunt, *Hetruriâ* scribit Grandius, cum Dempsterus *Etruria* scribendum esse, monuerit. Verba editorum describit. Addit ex farraginibus sibi usitatis *Popleblontii*, & Miraei Mattheum Peregrinum de Dempstero scripsisse XIV *diei horas eum in librorum lectione continuare* consuevisse. Addit, Magirium memoriam tenacissimam Dempstero tribuisse, & scientiam to-

(1) *Richard. de gest. Reg. Stephani Gervasius in Chron. Matth. Par. hist. in Stephan. & Henric. II.*

(2) *Pag.* 59.

Digitized by Google

totius antiquitatis, eumdemque testatum esse Magirium, a Francisco Cospio magnam Bibliothecam appellatum esse Dempsterum. His vero descriptis defensionem absolvit Grandius & quasi rem confecisset exclamat *ubinam gentium sumus*? Quis hunc defensorem Geometram esse, arbitretur, qui aliena omnia a re, quæ agitur, affert, & quæ Dempstero objecta sunt oculo præterit penitus irretorto? Accusatus confícti Chronici, accusatus prælati Irnerio Kiliani, & Ficardi falsó laudati, accusatus prælati pariter Wilelmi Regis Regibus Davidi, atque Marcolmo, accusatus Bononiensis historiæ turbatæ Dempsterus, defenditur a Grandio, quod é nobili genere ortus, Romana sacra secutus, plurima legeret, lecta omnia memoriâ tenacissimâ complecteretur, & antiquitatis esset peritissimus. Quid ista, mi Geometra, ad rem, quæ agitur? Nullus tibi nobilis homo mentitur? Cedo ubi (1)

——*Nobilitas sola est atque unica virtus*,

non ubi ex genere nobilitas uno æstimatur,

Rarus enim fermè sensus communis in illâ
Fortunâ (2);

istis nobilibus plerumque cum veteres, tum recentes meritissimis exprobraverunt (3)

Cur Allobrogicis, & magnâ gaudeat arâ
Natus in Herculeo Fabius lare, si cupidus, si
Vanus, & Euganeâ quantumvis mollior agnâ.

Est tibi Deus, qui ex patriciâ sit gente ortus, nam

 Paul-

(1) *Juven. Sat.* 8. *lib.* 3. *ver.* 20.
(2) *Ib. vers.* 73.
(3) *Ibid. v.* 13. *& seqq.*

Digitized by Google

Paullus Apostolus *est autem* inquit (1) *Deus verax, omnis autem homo mendax*? Nobilissimi Romanorum Auguratu fungebantur, perpetuoque mendacio Nobilissimi totius humani generis Athenienses mendacissimos fuisse non minus, quam Thebanos, & Cretenses, Lucianus tradit, simulq e ait, se plurimos ostendere posse prudentes alioqui, & admirabili sapientiâ mendaciorum studiosos πολλοὺς ἂν ἐγώ σοι δείξαιμι, συνετοὺς τ' ἄλλα, καὶ τὴν γνώμην θαυμαστοὺς φιλοψευδεῖς ὄντας (2). Quo vivebat tempore in Etruriâ Dempsterus nobilissimus ibi erat Curtius Inghiramus, *qui Ctesias alter*, & Annius falsissima edidit Etruscæ antiquitatis monumenta, quæ *Scaritti* ab eo sunt appellata, ab Allacio primum solidis animadversionibus confutata, Europæ deinde universæ indignatione, & maledictis explosa (3). *Si* vero Ciceronem audimus, cumque eo sapientum omnis ævi cohortem, nihil est nobilitate mendacius, quæ dum sese ornat, & supra cæteros tollit, familiarum historiis historiam omnem corrumpit (4) *multa scripta sunt in eis historiis, quæ facta non sunt, falsi triumphi, plures Consulatus, genera etiam falsa, ut si ego me a M. Tullio esse dicerem*. Deinde vero qua ratione probes, Guido, nobile genus fuisse Dempstero, si eum jactantem suum genus ad testimonium de re sua dicendum non ad-

---

(1) *Ad Roman.* 3. v 4.

(2) *Lucian. in Philopseud. num.* 2.

(3) *Rer. Ital. tom.* 10. *in Tabulam Chorog. medii ævi sect.* 18.

(4) *In Brut. paullo post princip.*

Digitized by Google

admittamus? Quem tu, imperante Cosmo III, Scotum in Etruriâ vidisti, aut Hibernum fullonem, coquum, tonsorem, qui se avitas divitias, avitam potentiam reliquisse non ostentaret, ut vera sacra sequeretur? Magnos viros regiones illæ ferunt, corporum viribus, animorumque præstantes, sed cum vitiis nemo sine nascatur, cum paupertatem illi nativam ferre non possint, peregrinari solent, & ut ad sui commiserationem excitent potentiores, religionem, nobilitatemque prætendere in more habent contentione tantâ, quanta sæpius cordatorum hominum risus, quam lacrymas, & fidem eliciat (1). Religionem Dempsteri dubiam facit cum Nemausensis, in qua Dempsterus docuit literas humaniores, Academia, in qua Catholicum Doctorem per ea tempora vix reperias (2), tum duo libri, quos legi non permisit Ecclesia Romana, a Dempstero vulgati *de antiquitatibus Romanorum, & Mendicabula repressa*. Pudorem certe ei fuisse vix putemus, qui uxorem lascivissime incedere Lutetiæ passus sit, & non fuerit persecutus, seu volentem, seu nolentem Pisis ereptam (3). Peritiâ antiquitatis, Romanâque religione & ille pollebat Annius Viterbiensis literariâ celebris impostura, *historiarum omnium, quot sunt, quotque fuerunt peritissimum, & antiquarium præstantissimum* illum Sixtus Senensis, & Leander Albertus appellaverunt, Voss.

(1) *Barchajus Euphorm. part. 4. cap. 4.*
(2) *Baile in Dempster.*
(3) *Id. ibid. ex Nicii Erythr. Pinacot., & Miræo de Script. sæculi XVII.*

Vossioque dictus est idem *homo quidem doctus, sed totus plane ex mendaciis, & fraudibus consutus* (1). Nobilis itaque, Catholicus, doctus potuit & mentiri, & fraudem Dempsterus facere; adeoque nulla tua est, Guido, defensio Dempsteri, nulla eorum confutatio, quæ sunt objecta Dempstero. Nil ano opus est antiquiore, quam fuerit Irnerius, Scoticoque Chronico edito, quo auctore est usus Dempsterus, Wilelmo Rege Scotorum anno MCXXXVIII, ut Dempsterus defendatur, quæ intacta omnia, Guido, reliquisti.

Audiamus Monachum nostra (2) illa confutare conatum in libro Faventino. Ait, me laudasse testes hæreticos a Popebluntio allatos in censurâ Dempsteri, & Catholicos Dempstero faventes præteriisse *ho detto che delle censure raccolte dal Popeblount sopra il Demstero ce ne sono dieci almeno alla fama di lui gloriose, & sette contrarie, e quelle da' Cattolici, tra' quali ei visse, e che meglio, e più dappresso lo conoscevano, composte; queste dagli Eretici suoi giurati nemici distese. Ora perche vi attenete voi al peggio.* Quæ fuit unquam frons Grandianâ fronte perfrictior? Ergo Labbeus Jesuita, Nicolaus Antonius Canonicus Hispalensis, Bailletius presbyter, quos Dempsteri attuli reprehensores, hæretici fuerunt? Nemo hactenus hæreticos illos, aut desertores Romanæ religionis fuisse, dixit, præter te Guido? Te vero ridebunt cum hæretici, tum Catholici putantem men-

(1) *De art Gramm. lib.* 1. *cap.* 9.
(2) *Nuova disamina part.* 1. *cap.* 5.

mendacia Dempsteri statim esse purgata, ac tu protuleris mendacia illa esse ab hæreticis deprehensa, etsi vera esse, quæ Dempsterus scripserit non confirmaveris. Siccine, Guido, tu Theologus Catholica defendis? At non fuerunt hujusmodi defensione contenti quotquot nostri ab antiquissimis usque temporibus in hæreticos pugnaverunt. Neque nos de Catholicorum aut hæreticorum sententiis ad Religionem pertinentibus agimus, sed de re historicâ; quæcunque illa sit, integra constat sua utrisque religio *neque enim prodit amorem hæresis, aut pravæ doctrinæ laudem sonat, qui eruditos quandoque appellat Protestantium quosdam, eorumque verba, & inventa in sui commodum trahit. Hæreticum non est quidquid hæretici dicunt; cujuscumque enim ore veritas proferatur, suam retinet pulchritudinem, & nemo nescit, eruditionem posse cum pessimâ fide sæpe consistere* (1). Affert deinde Grandius a Fichardo Chilianum commemoratum, non Chiliani nomine, ut a Dempstero laudatus ille fuerat, sed Kiliani. Sed, ut est stolidissimus, dum videt Kilianum a Fichardo posteriorem factum non Irnerii modo, sed & Irnerii discipulis Hugolino, Bulgaro, Martino, putat, se defendisse Dempsterum *essendo rammentato*, ita Grandius (2), *appunto da Ficardo esso Chiliano tra gl' illustri Giurisconsulti di Bologna DOPO Ugolino, Bulgaro, Martino Barnerius, Hilianus, Columbus, e poi di-*

(1) *Lamind. Pritanius de moder. ingen. lib. 2. cap. 6.*

(2) *Nuov. disam. p. 1. cap 5. num. 65.*

dicendo di Roffredo Præceptore usus est Kiliano. Ut Dempsterus verax haberetur, Kilianum oportuit Irnerio priorem a Fichardo factum fuisse, auctoremque, & conditorem Academiæ Bononiensis. Azzoni æqualem paullò antiquiorem Kilianum fuisse inde intelligimus, quod Roffredum ille auditorem habuerit, Azzonis quoque discipulum (1); adeoque verissime Fichardus Kilianum locavit post omnes Irnerii discipulos, quorum Bulgarus Joannem Bosianum habuit auditorem (2), quem audivit Azzo (3), qui ad sæculum XIII pervenit. Neque meliore Dialecticâ conatus est Grandius Henrici Hovedeni annales statuere, *quibus fabulas illas suas constructas* voluit Dempsterus, cum enim auditum hactenus dixerim Rogerium Hovedenum historicum non Henricum, Grandius affert Joannem Hovedenum; ait Rogerium potuisse & Henrici nomine uti; denique Henricum in Dempsteri præfatione potuisse alium esse ab Hovedeno, ita ut duos non unum auctorem attulisse Dempsterus videatur *Fiorì Giovanni Ovvedeno Cappellano della Regina Madre del Re Odoardo Oudin. de Script. Eccl.tom.3 -- Sono così rari gli uomini che abbiano due nomi? Chi vi assicura, che Ruggeri Ovvedeno non*

(1) *Fichard Vit. Jurisc. in Roffred. Pancirol. de clar. leg. Int. lib. 2. cap. 49.*

(2) *Odofr in l. 1. ff. de off ejus cui mand. est jurisd. & in l. ult. C. de in integ. rest. min. Pancirol lib 2. cap. 23.*

(3) *Odof. in l. 8. ff. si quis caution. Panciroli ib. cap. 25.*

non si chiamasse ancora Errico? In terzo luogo un potrebbe essere, che il testo del Destero non dovesse leggersi così Henricus, Hovedenus, come due autori distinti (1) Quid ad rem Joannes Howedenus, ubi Henricum quærimus? Duobus usum nominibus Rogerium Howedenum fuisse, credemus, cum tu, Guido, allatis monumentis probaveris. Idem tibi faciendum est, si suadere nobis velis, alium Henricum, alium Howedenum fuisse Dempstero, qui & hominem, & hominis librum afferens *Henricus Hoveden. part. II annal. Scotichron. lib. 5. cap.* 41, Henrico nullum librum tribuisse videatur, cum Henricum ab Hovedeno separaverimus. Nobis, qui in Fichardo apertissime deprehenderimus mendacem Dempsterum, quem hominem nugivendulum a viris gravissimis Britannorum Seldeno, Caveo, Usserio & in Scotorum rebus ineptientem appellatum sciamus, Catholicis etiam suspectum Langletio (2), Bailletio, Labbeo, Nicolao Antonio, cum de re Scoticâ agatur & Kiliano Scoto extollendo, & in Wilelmo Rege mentitum illum noverimus, & rem narrasse historiæ omni Juris, Bononiæque contraria, facile, pronumque est existimare, fallere voluisse Dempsterum, adeoque nullam ei omnino fidem esse adhibendam (3), nisi aliud afferatur præter Dempsteri nudam auctoritatem, quem in Scotorum rebus dignum, cui fides adhibeatur minime esse, comperimus. Sed minatur

Aaaa Gran-

(1) *Nuov. disam. part. 1. cap. 5. num. 5.*
(2) *Method. pour etud. l'Histoir. lib. 1. cap. 50.*
(3) *Heinec. elem. Logic. §. 134. & seqq.*

Grandius, se probaturum Anno MCXXXVIII Scotorum Regem fuisse Wilelmum, si quando IV Vindiciarum partem ei libeat absolvere *se poi* (1) *prima, o dopo il 1138. regnasse nella Scozia Guglielmo lo vedreſſimo bene, ed eruditamente esaminato nella IV parte delle Vindicie del P. Grandi, dove ancora si dimostrano altre particolarità, che da voi si bramavano da esso più minutamente discusse, se egli avesse avuto opinione di perfezzionarla, e darla alle stampe.* Est hic gloriosorum in re literariâ militum mos, usitata hæc est illis jactantia; omnia possunt, omnia ferunt; nihil est illis difficile, cum libitum eis fuerit, cum vacaverit, nisi Divinâ vi aliquâ impediantur. At numquam vidimus Davidem Blondellum de Joannæ Paptissæ fabulâ a Salmasio refutatum, qui gloriose dixerat, se eum librum uno halitu diffiaturum (2). Heus tu, qui aridum hoc argumentum sex jam annis, ac majore es opere, & mole executus quám fuerint duo Cæsaris anticatones, adhuc non perfecisti? est tibi

——— ——— ——— plenâ jam margine libri
Scriptus & in tergo nondum finitus Orestes?

Utrique nostrum consultum fuisset, si in spongiam tuus iste Aiax, ut Octavii Augusti ille, incubuisset. Sæpe vidimus, libro te neque edito quatuor post quám es illum minatus annis, neque edendo ea reservare, quæ neque sarcire, neque tueri, neque tegere potes, & ad incitas redactum tenebris te illis

(1) *D. part. 1. cap. 5. num. 6.*
(2) *Steph. Courcelläus Præfat. Apol. apud Morellum p. 31.*

illis involuere, ea te abſcondere nube, & ad nihilum tamquam aſylum confugere, quod tu aliquid eſſe putare ſoles. At nobis, qui ſapientes non ſumus, qui corpore, qui ſenſibus ſumus obtuſis, quod mente, quod oculis, quod manibus uſurpare poſſumus, aliquid eſſe videtur, eaque firma ſententia eſt, ab homine *nil poſse creari de nihilo*; Eique nihilo adjicimus quæcunque tu minaris parva, aut infinita, quæcunque inutili ſubtilitate in Mathematicis acuere conſueviſti, iis ſimilia, de quibus Seneca (1) *nec ego*, inquit, *nego proſpicienda iſta, ſed proſpicienda in hoc unum, ne verba nobis dentur, et aliquid eſſe in illis magni, aut ſecreti boni eſſe judicemus*, quæque prudentes, & rerum humanarum peritiſſimi homines cancros eſſe exiſtimant, quos qui edant, multa vorent oſſa, ut nutrimenti minimum capiant, aut catenas, quæ muſcarum pedibus injiciantur, Auguſtini eis illa aptantes (2) *plerunque accidit, ut facilius homines eas res aſſequantur, propter quas diſcendas iſta diſcuntur, quam talium præceptorum nodoſiſſimas, & ſpinoſiſſimas diſciplinas*. Quod te negotium quatuor his annis impedivit? Quæ tibi res familiaris, quæ fuit publica adminiſtranda? quæ te privata, quæ publica calamitas exercuit, aut conturbavit? Num regendi Monachi, qui adeo pauci tibi ſubſunt, ut petiturus jam videaris a Pontifice jus trium Monachorum quorum dicaris Ab-

 bas,

(1) *Epiſt.* 49.
(2) *De doctr. Chriſti lib.* 2. *cap.* 37.

Digitized by Google

ƺas, quemadmodum Munna ille apud Martialem ludi magiſtrum ſeſe videri cupiens, jus trium diſcipulorum a Principe poſtulavit (1)? Num otii cupiditas honeſti ac literati? Sed nullum tibi gratius ullum ab ineunte ætate eo tempus fuit, quod jurgiis, maledictis, tumultibus, indignationibus contriviſti. Academiæ Concordium Claſſenſium invidiſti nondum major. Theoremata Hugeniana Borellium, Wallisium inhumaniſsime reprehenderunt, Bellarminum, Bollandum conjecturis leviſsimis Camaldulenſes diſſertationes. Quibus aculeis contumeliarum Vitalem Jordanum epiſtolæ, quibus Alexandrum Marchettum Apologia non incenderunt cum utriſque dicaris ſenio laborantibus feritate tuâ mortem intuliſſe? Qua rabie Laderchium in puerilibus illis colloquiis, quæ a te *calculus*, *ferula*, *ſcutica*, *cenſura* dicta ſunt, non vexaviſti cum ei non doctrinæ modo, ſed & hæreſis, & Religionis litem intenderis? Venturinius ſodalis tuus, Tosius Architectus, quotquot his annis in Italia vixerunt, tecumque agendum aliquid habuerunt, tuum virus, tuam aſperitatem pati debuerunt. Quo unquam tempore a conviciis abſtinuiſti? Qui tot plerunque non læſus offenderis, qui Marchettium vel mortuum fueris inſectatus in iis, quæ Galilæi operibus Florentiæ nuper editis addidiſti, qui epiſtolam ad Academicos Etruſcos meam, quâ illatam a te mihi injuriam eram ſine contumeliâ perſecutus, adeo non tuliſti, ut *vindicias* ſtatim imparatiſsiſimus publicaveris non doctrinâ, ſed conviciis e plau-

(1) *Lib. 10. ep. 60.*

plaustro conflatas, qui *secundam defensionem* meam, in qua tibi adeo peperceram, ut graviores praeterierim errores tuos, petulanti, & contumelioso exceperis libro Faventino, qui librum Diomedis Bravæ nomine finxeris, ut tua de Gratiano illa falso instrumento probares, quæ veris tueri non poteras, taceres, otiareris, diverneres si potissimam epistolæ meæ partem confutare posses, si Wilelmi Scotorum Regis ætatem eam fuisse quam ei Dempsterus tribuit posses ostendere? Nulli id mortalium suadere poteris, quibus est perspectissimum, Clodium stupra facilius, Catilinam tumultus, quam te rixas posse relinquere, teque hujus ætatis hominibus, qui versantur in literis, tormentum esse, pestemque datam, immissamque luctificam illam Alecto.

—————— cui tristi bella
Iræque, insidiæque, & crimina noxia cordi,
Odit & ipse Pater Pluton, odere sorores
Tartareæ monstrum; tot sese vertit in ora
Tam sævæ facies, tot pullulat atra colubris.

F I N I S.



IN-

Digitized by Google

INDEX

Al-

Digitized by Google

Digitized by Google

I N D E X

B.

Brenc-

Google

C.

D.

Google

E

Digitized by Google

Fi-

Digitized by Google

Digitized by Google

pore

Digitized by Google

H

I

Ha-

Digitized by Google

erat

Ma-

Digitized by Google

M

N

O

Omni-

Digitized by Google

P

Pe.

Po-

Q

R

V

Imprimatur

Horatius Mazzei Vicarius Generalis

Imprimatur

Fr. Vincentius Conti de Bergamo Min. Convent. Inquisitor Gen. Florentiæ

Imprimatur

Philippus Bonarota Sen. & Aud. S. R. C.

INDEX
CAPITUM

527390

ERRA-

ERRATA:	CORRIGE.
P.3.v.15. Pisanum	Pisanorum.
p.7.v.28.c.9.§ .constat	c.7.§.quandocunque.
p.31.v.30.lib.252.	lib.2.cap.2.
p.54.v.7.Pessuli	Pessulani.
p.62.v.1.appellat	appellavit.
p.64.v.12.peccavit	peccat.
p.76.v.9. & quæ	&.quæ sit.
p.77.v.10. eloquentiæ	eloquentia &
ib.v.12. casis	causis.
p.83.v.44. Genuensibus	cum Genuensibus.
ib.v.25. Gryphiano	cum Gryphiano.
p.106.v.15. noverat	novit.
p.124.v.13. Lycanæam	Lycambeam.
p.128.v.27. Coss.	Eccl.
p.133.v.25. ratianum	Gratianum.
p.151.v.6. Plisas	Pisas.
p.155.v.26. Grancius	se Grancius.
p.175.in cit.Suor	Lucret.
p.180.v.2. descripsit	descripserit.
p.218.v.16. canonibus	cum Canonibus.
p.221.v.7. Comanus	Cumanus.
p.236.v.16. superstruit	præstruit.
p.241.v.7. secundo	cum secundo.
p.260.v.10. scribat	scripserit.
p,268.v.3. scribit	scripsit.
ib.v.7. MXCVI	MCXCVI.
p.284.v.4. ducit	duxerat.
p.289.v.29. fieri	fieri ait.
p.291.v.6. γραίφειν	γράφειν.
p.302.v.12. sæculis	sæculi.
p.311.v.10 Saucisque	Italisque.
p.335.v.20. Lollario	Lothario.
p.302.v.29. ivi quam	iniquam.
p.373.v.4. Ita si	Itali.
p.408.v.18. promptere	promittere.
p.412.v.33. callidi-tate	calliditate.
p.224.v.22. permisisset	permiserit,
p.427.v.8. lata	lata est.
p.429.v.ult. probabliem	probabilem.
p.459.v.1. tonen secundnm	tonem vero secundum.
p.667.v.21.latine scribuntur	latinæ sunt.
p.546.v.22. quibus	in quibus.


NAPOLI

527390

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google